

Board 4

Biblioteca Universidad	
GRANADA	
Clase	a
Sección	38
Número	134

4

9-1164





Del Coll.º de la Comp.ª de Seru. de Granada.

A.º 1720

R-12.723

Compañía de S. Pedro de Montenegro

ANTONIUS
DE ESCOBAR ET
MENDOZA BURGENSIS
E SOCIETATE IESV CONCIONATOR
IN EVANGELIA SANCTO-
RVM ET TEMPORIS

CHRISTI, DEI PARÆ, APOSTOLORVM, RELI-
gionum Parentum, Angelorum, Martyrum, Confessorum, sacra-
rum Fœminarum, Defunctorumque fidelium effert magnalia;
Myfteriorum autem, Miraculorum, Virtutum, Sermo-
num, ac Parabolarum illustria recenfer

PARAPHRASI, COMMENTARIO, ILLUSTRATIONE
que, ac Observatione morali panegyrica.

TOMVS PRIMVS DE SANCTIS
CHRISTVS.

Gr. Navas

Volumen prius.



Anno

1637

Afferens fructus duodecim
per singulos menses. Apoc. 22

IULIO BRIGAE.
Apud Viduam Didaci à Mares.



15. 7. 23

DESSONORAT
MENDOCIA VARRENSIS
IN EVANGELIA SANCITO
CHRISTVS
TOMVS PRIMVS DE SANCIS



Voluntarius

15. 7. 23



Altera lingua duodecim
per hanc mensuram. 3. 1. 2.

IULIO RICAE
Apud Vindobonam Disici & Marci



REVERENDISSIMO PATRINOSTRO P. MVTIO

VITELLESCHISOCIETATISIESV
GENERALI PRAEPOSITO.

DIV est, Reuerendis. Pater, quod in delicijs habeo, Sancto-
rum, & Temporis Euangelia cum historice, tum ethice dis-
cutere. Exteriori etenim contrita cortice, qua potui dexteri-
tate, medullam exfluxi, ex mysterio & littera multa producens
flagella morum in improbos, in probos virtutum monumenta. Quae v-
traque Patrum amentis roboravi, ne quasi ex peculio meo dispensata
vilescerent; ac in decem digessi Tomos, ne nimia Voluminis mole labo-
rarent. Teneor profecto, hoc opus tuae Paternitati consecrare, quod So-
cietatis Iesu, cuius tenes clauum, contemplor referre magnalia. Si San-
ctorum hinc solemnia quinque prioribus Tomis euulgo, *Christi* festiui-
tates nostri institutionis exprimunt gresus. *Deipara* gloria ostium effin-
git, quo D. Ignatius ad Christum fortitur penetralia. *Apostolorum* ge-
sta Apostolicum Societatis morem agunt. *Religionum* Parentes propria
vniuscuiusque imaginem a Socijs Iesu proferri conclamant. Angeloru
demum, Martyrum, Confessorum, Virginumque celsitudo illam familiam
praesentat, vbi Gonzaga, & Stanislaus adfociantur Coelicolis, vbi Dida-
ci, Pauli, Ioannis innumerorumque Heroum stolae praetioso sanguine
purpurascunt, vbi Xauerius, Borgia, ac complures egregij viri pacis bel-
lum honorant. Si Temporis sacra quinq; posterioribus Tomis enuncio,
Mysteria Evangelica velocissimum Societatis cursum memorat, qui cor-
datis omnibus positus in mysterium. *Miracula*, illa proferunt instituta,
quae sacris annalibus plurimos Thaumaturgos adiungunt. *Virtutes* nostri
processus normam depingunt. *Sermones* inclamitant, quam velociter per
vrbes, per villas, per compita terra marique, inter Christicolas, inter fedi-
grafos noster sermo percurrat. *Parabola* denique doctrinam Societatis
tot voluminibus effigiatam deferunt ad memoriam. Certe qui nunc pri-
mus Tomus emanat, Iesu magnalia recensens, totus est Iesuita; vnde soli
tibi, summe Iesuitarum Antistes, nuncupandus, qui tui prudentia regi-
minis tot familiae Iesu glorias promouisti, eximioque amplitudinis, &
virtutis auctario geminasti. Tuum ergo tuus tui operis, reuerendis. Pa-
ter, ambit aaspirium, hospitium mendicat, poseitque clientis iure patro-
cinium. Quandiutissime valeas orbi, Vrbi, Societati, mihi filioru in Chri-
sto tuorum minimo.

Antonius de Escobar
& Mendoza.

L I C E N C I A R. P. P R O V I N -
C I A L I S.

EG O Ildefonsus del Caño Societatis Iesu in Prouincia Castellę Prepositus Prouincialis potestate ad illud mihi facta a Reuerendo admodum Patre nostro Mucio Vitelleschi P. reposito generali, facultatem facio, vt Tomus primus inscriptus *In Euangelia Sanctorum & Tęporis commentarij, illustrationes, moralesque obseruationes circa Litteram: Authore Patre Antonio de Escobar Burgensı nostrę Societatis Theologo, & eiuldem Societatis grauium, doctorumque hominum iudicio approbatas, typis mandetur. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus. Vallisoleti in nostro Diui Ambrosij Collegio Die 22. Octobris. Anno 1634.*

Ildefonsus del Caño

R E V E R E N D O A D M O D V M P. F R. L V D O V I C I D E
Sancto Ioanne Euangelista ex D. Francisci regularis obseruantia ordine egregij Concionatoris censura.

IVSV. V. Celsitudinis, legi ac perlegi librum hunc, cuius titulus est commentaria in euangelia Sanctorum & Temporis, per doctissimum Patrem Antonium de Escobar & Mendoça Religiosum ex sacratissimo doctorem fonte scilicet, Societate Iesu compositum. Et imposita diligentissima circumspectione esse comperi, tantum abesse, vt aliquid fidei catholice, sanę que Patrum Doctrinę sanctorum, probis que moribus contrarium interfuit, quin potius tanti Doctõris profunditatem ingenij, docendi eminentiam, scribendi facilitatem, assiduarum Lucubrationum diligentiam, & in selligendis Sanctorum Doctõrissimorumque Doctõrum sententijs, ac floribus, tanquam officiosę Apis dexteritatem in Christianę reipublicę emolumentum eximum hoc opus futurum summa animi voluptate contemplatus, merito imprimendum, ab omnibusque eruditissimis viris lectitandum frequentissime censeo, nam, audeo dicere, hoc opus, non Antonij, sed Dei, nũcupari posse, quia deuotissime mouet, ardentissime inflamat, simulque Legentes doctissime docet. Sed quid mirum, vt filius suę matris (quę semper similes parere, educareque in magistros, filios, ad Dei laudem, Ecclesię que vtilitatem solet) locutus est. Ideo V. Celsitudo, cum gratiarũ actione, quod postulat concedere potest, imo de iustitia debet. Hoc iudico sub correct. S. Matris Ecclesię. Datum Apud S. Egidium Reg. die vndecimo Mensis Ianuarij ab orbe redempto. 1635.

Frater Ludouicus a S. Ioanne Euangelista

D. DO.

D. DOCTORIS D. IOSEPHI

DE HEVIA CARRIO EX ILLVSTRISSIMO D. ISIDORI Legionens. Canonico regularium Regali Conuentu, Regumque habitaculo, operis iudicium.



EX commissione. Doct. D. Didaci Garcia Sanctos gener. Vicarij Legion. Dioces, acuratissime perlegi Commentaria in Euangelia Sanctorum & Temporis, auctore P. Antonio de Escobar, & Mendoza e Societate Iesu Theologo. Nil sane in eo Catholicis dogmatibus, integritati ve morum dissonum offendi, verum totum opus illæ. D. Petri Chrysologi assonum sententiæ serm. 52. comperi: *Doctōris officium est lecta differere, & mysticis obserata sensibus lucido astruere, & demonstrare sermone.* Differit equidem sapientissimæ litteræ quæstiones ex Patrum voluminibus proferens vetera, ex proprio Marte, nec sine veterum patrociniõ, noua recensens. Verum mysticis obserata sensibus tam lucido egregiarum excogitationum moralium ex litteræ medulla Patrumque doctrina effert sermone, vt solis in morem totius anni tam Sanctorum quam Temporis sacra percurrentes domicilia, sibi auream lapidibusque rutilantibus inter doctissimos Societatis mysticos scriptores coronam interferat, eam scilicet, de qua Psaltes, *Benedices corona Anni.* Quare decem hi Tomi prælo dati in duodecim diggesti volumina Solis huiusce lucido sermoni in Concionatorum æternum positi miraculum duodecim Signorum vices gerentes præparant habitacula.

Licencia del Ordinario.

EL Doctor D. Diego Garcia Santos Vicario general en la Ciudad de Leon, y su Obispado, dio licencia para que estos diez tomos se impriman, como consta del testimonio signado de Antonio de Vega Notario Apoltolico. En Leon quatro de Nouiembre de 1635.

Antonio de Vega.

¶ AD LECTO

AD LECTOREM.



QUATVOR Euangelistarum choro, cuius concordia discors, prudens lector, Iesu, & Deiparę magna lia, Diuorum gesta, ac pro temporis instantia cœlestem diffluentem doctrinam celebritatis resonat apparatus, non sine periculo conor ascribi. Vtinam tanquam anseri inter olores mihi interstrepere non cõtingat. Nec enim leuiter me suspicio vellicat, an rubrica temeritatis attaminet, quod eisdem prorumpam in aulus, vbi iam non solum cum improba difficultate, sed etiam cum acerrimo aliorum ingenio colluctari necesse est. Etenim licet eisdem laudationis chordas oberrem, nefas est, eisdem numeris indulgere; ne tibi fastidium, mihi prouocem damna pudoris. Verum nebulam suspicionis facile absterges, vbi nostris te permiseris commentarijs, quæ non solum panegyrica amantitate frondescunt, sed etiam literæ succû ministrant. Sic enim flore luxuriant, vt etiam fructu curuentur. Videris namque vt idem semen, diuerso si spargatur in agro, quam diuersa emergat in germina; & licet idem laudationis scopus mihi, alijsque contigerit, quam distinctos iuerim in concentus, quem variè delicietur auditus, vbi tam diuersa vox accommodatur ad cantum.

Non prius supremus Opifex mundum de pigritia inanitatis eduxit, quã Angelorum creationi dispensauit arbitrium. Simul enim formositas vniuersi festinabat in lucem, simul Angelorum cætus illius aderat spectaculo; ne molitor ille diuinus, dum operatricem manû septem spaciatur in dies, nullo mulceretur elogio, sed potius laudationis ad numeros formaretur mundi concentus. Non aliter igitur ire iubat in modos, dum melior orbis necitur meliore compagine, & vinculo maritatur aeterno. Iam noua dies plenam laxatur in lucem, Christi videlicet fulgor enubilat, mysterijs rutilat, exemplis fulget, miraculis coruscat, nusquam noctis passurus inertiam. Iam Ecclesiæ Firmamenta subsidunt, quæ Apostolico subnixæ subsidio, vñ quam soluentur in ruam. Emicant Religionum Parentes Ecclesię Proceres, qui velut noua germina novos fecundantur in fetus; qui nusquã priuina, nusquam ætatis iniuria tristentur. Iam cœlo geminatur instantia lucis. Hinc Angelorum, Confessorum, sacrarumque Foeminarum lumen apparet, illinc Martyrum stilla cruoris meliorem transmigrat in stellam, nouosque vibrata radios diuino scintillat ardore. Iam cum volucribus pennatus sermo Dominicus similitudinibus, & parabolis vber cœlestia profundit arcana. Iam cum primis viro, viragine que cœlesti Parenti fetus nouus exsurgit, melioris paradisi, virtutum nempe Euangelicarum cultor egregius. Denique naturæ Dominus Virginis angustatur in thalamum, & quasi sacratissimo requiesceret in Sabbato, nouë in menses dilatauit angustias. Huic reformationis arbitrio nostra obsequitur harmonia, quæ licet Angelicæ dulcedinis æmula non possit, imitatrix esse contendet.

AD LECTOREM.

Totius operis corpus decē partibor in tomos. Litterę brevis paraphra-
sis assidebit, postea calamus explicationis in liberū soluetur excursum, ita
vt, quæ faciant ad mores, non nullas illustrationes interserat. Tandem ob-
servationes longiores, quæ aut sanctorum glorię, aut mysteriorum commē-
dationi subseruiant, & nobis virtutis nutrimenta confoucant, ex visceri-
bus litteræ pullulabunt. Huius mentis in sublidia veniunt sacræ paginę te-
stimoniam, quæ non leuiter SS. Patrum suffragia muniunt. Vni autem curæ
semper intentus, ne aliena transcribam, sed proprium quale quale peculiū
expromam. Nec sacrorum ferculorum apparatus deerunt Ægyptiorū vasa,
equidem argentea, & aurea. Nam vt vna dulcedo omnium non facit ad gu-
stum; ita necesse est, vt scripta saporis diueritate condiantur.

Enim vero prioris frons Voluminis vniuersi corporis huiusce membro-
rum exprimat effictionem. Quatuor animantium concentu psaltes ego E-
uangelia Sanctorum, & Temporis litteralibus, ac panegyricis numetis cō-
celebro. Profecto Diuorum studens laudationi, Christo in primis vitali Ar-
bori, cuius duodecim mysteriorum fructus, gloriam impertior. Deinde su-
namitidem Palladem nouem cœlestibus imperantem Choris totidem Re-
ginæ solemniam referentibus, commendo. Mox Apostolos superne Ieroso-
lymæ fundamina laudibus orno. Postmodum Religionum Parentes sapiē-
tiæ domus incolas, egregijs operibus ad arcem, & ad mœnia vocantes ple-
no ore collaudo. Denique Angelorum, Martyrum, Confessorum, sacrarū-
que Fœminarum magnalia ē turri Dauidica pendentia profundo. Verum
Temporis dadus decursui, primum vitę ac mortis Iesu alia mysteria phate-
tra equitantis Victoris effusa prædico. Præterea virtutum paradysum vi-
ris, viragibusque euangelicis consutum laudatione afficio. Cæterum po-
tentioris Moysi, altioris virtutis virgæ miracula effero. Ad hæc sermones
Dominicos, vtraque parte collimatam romphęam acutam intellectui, mini-
strantem splendorem voluntati in summa celebritate colloco. Demum,
parabolarum sigillum Agno referante, doctrinæ cœlestis arcana in astra,
donante Numine, suffero. Cuncta hæc vnusquisque Tomus primo aspectu
vberius & lamina enunciabit, & calamo. Interim tamen tractatum Sylla-
bum obijciat vicina tabella.

TRACTATVVM

SYLLABVS.

TOMVS I. DE SANCTIS.

CHRISTVS.

- Lib. 1. Circumcisio.
- Lib. 2. Nomen Iesu.
- Lib. 3. Epiphania.
- Lib. 4. Passio in horto.
- Lib. 5. Passio ex Caypha.
- Lib. 6. Passio apud Pilatum.
- Lib. 7. Passio Crucis.

- Lib. 8. Patientis funera.
- Lib. 9. Deiparentis compassio.
- Lib. 10. Resurrectio.
- Lib. 11. Resurgētis apparitio IV.
- Lib. 12. Resurgētis apparitio V.
- Lib. 13. Ascensio.
- Lib. 14. Spiritus sanctus Para-
cletus.
- Lib. 15. Spiritus sanctus Lux.
- Lib. 16. Spiritus sanctus Vita.

- Lib. 17. Trinitas.
- Lib. 18. Eucharistia.
- Lib. 19. Crux inuenta.
- Lib. 20. Crux triumphans.
- Lib. 21. Transfiguratio.
- Lib. 22. Crux exaltata.
- Lib. 23. Basilica Sauatoris.
- Lib. 24. Natiuitas.
- Lib. 25. Pastores.
- Lib. 26. Verbi incarnatio.

TRACTATVM SYLLABVS.

TOMVS II. DE SANCTIS. DEIPARA.

- Lib. 1. Deiparę Historia.
- Lib. 2. Purificatio.
- Lib. 3. Annunciatio.
- Lib. 4. Visitatio.
- Lib. 5. Dedicatio ad Niues.
- Lib. 6. Assumptio.
- Lib. 7. Natiuitas.
- Lib. 8. Pręsentatio.
- Lib. 9. Conceptio.
- Lib. 10. Expectatio.

TOMVS III. DE SANCTIS. APOSTOLI.

- Lib. 1. Matthias.
- Lib. 2. Pauli conuersio.
- Lib. 3. Marcus.
- Lib. 4. Philippus, & Iacobus.
Philippus singulariter. Si-
gillatim Iacobus.
- Lib. 5. Ioānes ante portam La-
tinam.
- Lib. 6. Barnabas.
- Lib. 7. Petrus & Paulus. Petrus
Speciatim. Particulatim Paulus.
- Lib. 8. Iacobus maior.
- Lib. 9. Bartholomęus.
- Lib. 10. Matthęus.
- Lib. 11. Lucas.
- Lib. 12. Simon, & Iudas. Simon
pręfertim. Iudas specialiter.
- Lib. 13. Andreas.
- Lib. 14. Thomas.
- Lib. 15. Ioannes.

TOMVS IV. DE SANCTIS. RELIGIONVM PA- RENTES.

- Lib. 1. Antonius Magnus.
- Lib. 2. Nolascus. S. Marię de
Mercede dux.
- Lib. 3. Benedictus.
- Lib. 4. Franciscus de Paula
B. Marię de Victoria Fun-
dator.
- Lib. 5. Basilins.
- Lib. 6. Norbertus Pręmonstra-
tensium Pręsul.
- Lib. 7. Elias Carmelitarum Ma-
gister.
- Lib. 8. Ignatius Societatis Ie-
su Significer.
- Lib. 9. Dominicus.
- Lib. 10. Bernardus.
- Lib. 11. Augustinus.
- Lib. 12. Hieronymus.
- Lib. 13. Franciscus. Stigmata.

Lib. 14. Petrus Alcantara dif-
calceatorum rector.

Lib. 15. Bruno Carthusiensium
Doctor.

Lib. 16. Theresia Carmelitarū
discalceatorum ductrix.

Lib. 17. Ordinis Ss. Trinitatis
magnalia.
Ioannes de Dios.

TOM.V. DE SANCTIS. OMNES DIUI. AN- GELI. MARTYRES. CONFESSORES. VIRGINES. ET NON VIRGINES.

- Lib. 1. Omnes Diui.
- Lib. 2. Defuncti fideles.
- Lib. 3. Deposito defuncti.
- Lib. 4. Annauerlarium.
- Lib. 5. Michael.
- Lib. 6. Custos.
- Lib. 7. Sebbastianus. Blasius.
Crispinus, & Crispinianus.
Colmas, & Damianus. Pe-
trus Martyr.
- Lib. 8. Paulus, Ioannes, & Dida-
cus, è Societate Iesu.
- Lib. 9. Ioannes Baptista.
- Lib. 10. Laurentius.
- Lib. 11. Ioannis Decollatio.
- Lib. 12. Stephanus.
- Lib. 13. Innocentes.
- Lib. 14. Thomas Aquinatis.
- Lib. 15. Iosephus.
- Lib. 16. Ioachimus.
- Lib. 17. Antonius Paduensis.
- Lib. 18. Gonzaga è Societate
Iesu.
- Lib. 19. Bonauentura. Rochius.
Martinus canonicus Legio-
nensis ex regali Conuentu
D. Isidori. Nicolaus Tolen-
tinus. Isidorus Agricola. Ille-
phonus. Isidorus. Ludoui-
cus Rex.
- Lib. 20. Martinus Episc.
- Lib. 21. Nicolaus Episc.
- Lib. 22. Borgia è Societate Iesu.
- Lib. 23. Xavier è Societate Iesu.
- Lib. 24. Magdalena.
- Lib. 25. Anna.
- Lib. 26. Clara. Monica. Cathari-
na Senensis. Ursula & Socię.
- Lib. 27. Catharina.
- Lib. 28. Lucia.

TOMVS VI. DE TEMPO- RE I.

VITÆ, AC MORTIS IESV MYSTERIA.

- Lib. 1. Iesus apud Doctores.
- Lib. 2. Iesu ieiuniū, & Tęratio.
- Lib. 3. Transfiguratio,
Iesus videntes è templo
projiciens.
- Lib. 5. Iesus impenitentiam Iu-
deorum prędicens.
- Lib. 6. Iesus tradendus Ieroso-
lymam scandens.
- Lib. 7. Iesus flagellans templi
prophanatores.
- Lib. 8. Iesus ad necę requisitus.
- Lib. 9. Iesus sequentes ad inte-
ritum effugiens.
- Lib. 10. Iesus apud templum En-
ceniorum solemni.
- Lib. 11. Concilium circa mor-
tem Iesu.
- Lib. 12. Iesus triumphans.
- Lib. 13. Iesus pedes Discipulo-
rum diluens.
- Lib. 14. Iesus post resurrectio-
nem apprens.
- Lib. 15. Iesus Paracletum pro-
mittens.
- Lib. 16. Iesus tribulationes Dis-
cipulorum prędicens.
- Lib. 17. Iesus plorans.
- Lib. 18. Iesus ab Herodianis im-
petitus.

TOMVS VII. DE TEM- PORE. II.

VIRTUTES EVAN- GELICAE.

- Lib. 1. Ioannis Patientia.
- Lib. 2. Ioannis Humilitas.
- Lib. 3. Ioānis prędicatis Zelus.
- Lib. 4. Simconis Spes.
- Lib. 5. Chananaę Fides.
- Lib. 6. Centurionis Pietas.
- Lib. 7. Socrus Petri Patientia.
- Lib. 8. Samaritana Constantia.
- Lib. 9. Adulterę Silentium.
- Lib. 10. Lazari Poenitentia.
- Lib. 11. Lazari Confessio.
- Lib. 12. Magdalenaę Charitas.
- Lib. 13. Reguli Misericordia.
- Lib. 14. Principis Reuerentia.

TOMVS VIII. DE TEM- PORE. III.

MIRACVLA.

- Lib. 1. Aqua in vinum.
- Lib. 2. Leprosus.
- Lib. 3. Nauicula.
- Lib. 4. Cęcus apud Hierico.
- Lib. 5.

TRACTATVM SYLLABVS.

Lib. 5. Tempeſtas.
 Lib. 6. Signum Ionæ.
 Lib. 7. Piſcina.
 Lib. 8. Diabolus mutus.
 Lib. 9. Quinque panes.
 Lib. 10. Cæcus natus.
 Li. 11. Viduæ filius.
 Lib. 12. Piſcium captura.
 Lib. 13. Septempañes.
 Lib. 14. Surdus, & mutus.
 Lib. 15. Decem leproſi.
 Lib. 16. Hidropicus.
 Li. 17. Paralyticus.

TOMVS. IX. DE TEM- PORE IV.

SERMONES.

Lib. 1. De Iuditiij ſignis.
 Lib. 2. De Ieiunio.
 Lib. 3. De Dilectione inimi-
 corum.

Lib. 4. De Iudicio.
 Lib. 5. De Moyſis cathedra.
 Lib. 6. De Medico.
 Lib. 7. De Correptione fra-
 terna.
 Lib. 8. De Innocentia Apo-
 ſolorum.
 Lib. 9. De Doctrina Ieſu.
 Lib. 10. De Luce mundi.
 Lib. 11. De Innocentia Ieſu.
 Lib. 12. De bono Paſtore.
 Lib. 13. De Prædicatione recessus
 poſt modicum.
 Lib. 14. De Oratione.
 Lib. 15. Adhuc de Oratione cõ-
 mendatio.
 Lib. 16. De Iuſtitia legis noue
 abundantia.
 Lib. 17. De falſis Prophetis.
 Lib. 18. De duplicis dominatus
 incompoſibilitate.
 Lib. 19. De dilectione Dei, &

proximi.
 lib. 20. De Abominatione de
 ſolationis.

TOM. X. DE TEMPO- RE V.

PARABOLAE.

Lib. 1. Zizaniæ.
 lib. 2. Synapis.
 lib. 3. Operarij.
 lib. 4. Semen.
 lib. 5. Epulo.
 lib. 6. Vineæ.
 lib. 7. Prodigus.
 lib. 8. Cæna.
 lib. 9. Oues.
 lib. 10. Villicus.
 lib. 11. Publicanus.
 lib. 12. Samaritanus.
 lib. 13. Nuptiæ.
 lib. 14. Rex.

OPERIS TOTIVS ET MEN- SIVM, ET DECVRRENTIS TEMPORIS Ordine Syllabus.

DE SANCTIS.

Ianuarius.

1. Circumciſio. to. 1. lib. 1.
 6. Epiphania. to. 1. lib. 2.
 17. Antonius Ab. to. 4. l. 1.
 20. Sebbastianus. to. 5. l. 7.
 Conuerſio S. Pauli. to. 3. l. 2.
 23. Ildeſo. Arch. Tole. to. 5. l. 19
 25. Petrus Nolaſcus. to. 4. l. 2.

Februarius.

2. Purificatio B. Mariæ. to. 2. l. 1.
 3. Blaſius. to. 5. l. 7.
 5. Paulus, Ioannes Didacus, Mar.
 Societ. Ieſu. to. 5. l. 8.
 24. Matthias Ap. to. 3. l. 1.
 Martinus Can. D. Iſidori Se-
 gion. to. 5. l. 19.

Martius.

1. Angelus Custos. to. 5. l. 6.
 7. Thomas Aquin. to. 5. l. 14.
 19. Iosephus Conf. to. 5. l. 15.
 20. Ioachimus Conf. to. 5. l. 16.
 21. Benediſtus. to. 4. l. 2.
 25. Annuncia B. Mariæ. to. 2. l. 3.
 Ioannes de Dios. to. 4. l. 17.

Aprilis.

2. Franciscus de Paula. to. 4. l. 4.

4. Iſido. Arch. Hiſpal. to. 5. l. 19.
 25. Marcus Euan. to. 3. l. 3.
 29. Petrus M. to. 5. l. 7.
 29. Catharina Senel. to. 5. l. 26.

Maius.

1. Philippus, & Iacobus Ap.
 to. 3. l. 4.
 3. Inuentio Crucis. to. 1. l. 3.
 4. Monica. to. 5. l. 26.
 6. Ioan. ante portã Lat. to. 1. l. 5.
 15. Iſidrus Agricola. to. 5. l. 19.

Iunius.

6. Norbertus Conf. to. 4. l. 6.
 11. Barnabas Ap. to. 3. l. 6.
 13. Antonius Paduës. to. 5. l. 17.
 14. Baſilius. to. 4. l. 5.
 21. Gõzaga e Soc. Ieſu. to. 1. l. 18.
 24. Ioannes Bapt. to. 5. l. 9.
 29. Petrus, & Paul. Ap. to. 3. l. 7.
 30. Pauli commemor. to. 3. l. 2.

Iulius.

2. Viſitatio B. Mariæ. to. 2. l. 4.
 14. Bonauentura. to. 5. l. 19.
 16. Triũphus Crucis. to. 1. l. 4.
 20. Elias. to. 4. l. 7.
 22. Magdalena. to. 5. l. 24.
 25. Iacobus Ap. to. 3. l. 8.
 26. Anna. to. 5. l. 25.

31. Ignatius Societatis Ieſu

fundator. to. 4. l. 8.

Augustus.

4. Dominicus. to. 4. l. 9.
 5. Dedicatio ad Niu. to. 2. l. 5.
 6. Transfiguratio. to. 1. l. 5.
 10. Laurentius. to. 5. l. 10.
 12. Clara. to. 5. l. 26.
 15. Aſſũpt. B. Mariæ. to. 2. l. 6.
 16. Rochius. to. 5. l. 19.
 20. Bernardus. to. 4. l. 10.
 24. Bartholomæus Ap. to.
 3. l. 9.
 25. Ludouicus Rex Franciæ
 to. 5. l. 19.
 28. Auguſtinus. to. 4. l. 11.
 29. Ioannes decollat. to. 4. l. 11.

September.

3. Natiuitas B. Mariæ. to. 2. l. 7.
 10. Nicolaus Tolẽ. to. 5. l. 19.
 14. Exaltatio Crucis. to. 1. l. 6.
 17. Scigmata B. Franciſci. to.
 4. l. 13.
 21. Matthæus Ap. to. 3. l. 10.
 27. Coſmas, & Dami. to. 5. l. 7.
 29. Michael Arch. to. 5. l. 5.
 30. Hieronymus. to. 4. l. 12.

October.

1. Franciscus Borgia e Societ.
 Ieſu. to. 5. l. 22.

4. Fran-

TRACTATVVM SYLLABVS.

- 4. Franciscus Conf. to. 4. l. 13.
- 6. Bruno. to. 4. l. 15.
- 15. Theresia de Iesus. to. 4. l. 16
- 18. Lucas Euan. to. 3. l. 11.
- 19. Petrus Alcantara. to. 4. l. 1
- 21. Vrfula cū Socijs. to. 5. l. 26.
- 28. Simō & Iudas Ap. to. 3. l. 12.

November.

- 1. Omnes Diui. to. 5. l. 1.
- 2. Comaemo. omnium fidelium defunctorum. Depositiō de functi. Aniuersarium. to. 5. l. 2. 3. 4.
- 9. Dedicatio Basilicæ Saluatoris. to. 1. l. 7.
- 11. Martinus Episc. to. 5. l. 20.
- 21. Præfatiō B. Mariæ. to. 2. l. 8.
- 25. Catharina Virg. to. 5. l. 27.
- 30. Andræas Apost. to. 3. l. 13.

December.

- 2. Franciscus Xauier è Soc. Iesu. to. 5. l. 23.
- 6. Nicolaus Episc. to. 5. l. 21.
- 8. Conceptiō B. Mariæ. to. 2. l. 9
- 31. Lucia Virg. to. 5. l. 28.
- 18. Expect. B. Mariæ. to. 2. l. 10.
- 21. Thomas Apost. to. 3. l. 14.
- 25. Natiu. Iesu. to. 1. l. 8. 9. & 10.
- 26. Stephanus. to. 5. l. 12.
- 27. Ioannes Apost. to. 3. l. 15.
- 28. Innocentes. to. 5. l. 13.

Mebilia.

- Resurrectiō. l. 10.
- Resurgētis apparitiō IV. L. 11.
- Resurgētis apparitiō V. l. 12.
- Ascensio. l. 13.
- Spiritus sanctus Paraclet. l. 14.
- Spiritus sanctus Lux. l. 15.
- Spiritus sanctus Vita. l. 16.
- Trinitas. l. 17.
- Eucharistia. l. 18.
- Passiō. l. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

DE TEMPORE

Dom. 1. Adu. to. 9. l. 1.

Dom. 2. Adu. to. 7. l. 1.
 Dom. 3. Adu. to. 7. l. 2.
 Dom. 4. Adu. to. 7. l. 3.
 Dom. inf. Oct. Nati. to. 7. l. 4.
 Dom. inf. Oct. Epiph. to. 6. l. 1.
 Dom. 2. post Epiph. to. 8. l. 1.
 Dom. 3. post Epiph. to. 8. l. 2.
 Dom. 4. post Epiph. to. 8. l. 3.
 Dom. 5. post Epiph. to. 10. l. 1.
 Dom. 6. post Epiph. to. 10. l. 2.
 Septuagesima. to. 10. l. 3.
 Sexagesima. to. 10. l. 4.
 Quinquagesima. to. 8. l. 4.
 Fer. 4. Cinerum. to. 9. l. 2.
 Fer. 5. post Cin. to. 7. l. 6.
 Fer. 6. post Cin. to. 9. l. 3.
 Sabbato post Cin. to. 8. l. 5.
 Dom. 1. Quad. to. 6. l. 2.
 Fer. 2. post Dom. 1. to. 9. l. 4.
 Fer. 3. post Dom. 1. to. 6. l. 3.
 Fer. 4. post Dom. 1. to. 8. l. 6.
 Fer. 5. post Dom. 1. to. 7. l. 5.
 Fer. 6. post Dom. 1. to. 8. l. 7.
 Sabba. post Dom. 1. to. 1. l. 5.
 Dom. 2. Quad. to. 1. l. 5.
 Fer. 2. post Dom. 2. to. 6. l. 4.
 Fer. 3. post Dom. 2. to. 9. l. 5.
 Fer. 4. post Dom. 2. to. 6. l. 8.
 Fer. 5. post Dom. 2. to. 10. l. 5.
 Fer. 6. post Dom. 2. to. 10. l. 6.
 Sabba. post Dom. 2. to. 10. l. 7.
 Dom. 3. Quad. to. 8. l. 8.
 Fer. 2. post Dom. 3. to. 9. l. 6.
 Fer. 3. post Dom. 3. to. 9. l. 7.
 Fer. 4. post Dom. 3. to. 9. l. 8.
 Fer. 5. post Dom. 3. to. 7. l. 7.
 Fer. 6. post Dom. 3. to. 7. l. 8.
 Sabba. post Dom. 3. to. 7. l. 9.
 Dom. 4. Quad. to. 8. l. 9.
 Fer. 2. post Dom. 4. to. 6. l. 6.
 Fer. 3. post Dom. 4. to. 9. l. 9.
 Fer. 4. post Dom. 4. to. 8. l. 10.
 Fer. 5. post Dom. 4. to. 8. l. 11.
 Fer. 6. post Dom. 4. to. 7. l. 10.
 Sabba. post Dom. 4. to. 9. l. 10.
 Dom. Passiōis. to. 9. l. 11.
 Fer. 2. post Passi. to. 6. l. 7.
 Fer. 3. post Passi. to. 6. l. 8.
 Fer. 4. post Passi. to. 6. l. 9.
 Fer. 5. post Passi. to. 5. l. 24.
 Fer. 6. post Passi. to. 6. l. 10.

Sabba. post Passi. to. 7. l. 11.
 Dom. in Ramis. to. 6. l. 11.
 Fer. 2. post Ram. to. 7. l. 12.
 Fer. 3. post Ram. to. 1. l. 11. & 12.
 Fer. 4. post Ram. to. 1. l. 11. & 12.
 Fer. 5. post Ram. to. 6. l. 12.
 Fer. 6. Passiō. to. 1. l. 4. 5. 6. 7. 8. 9.
 Sepultura Dom. to. 1. l. 12.
 Resurrectiō. to. 1. l. 13.
 Fer. 2. post Res. to. 1. l. 13.
 Fer. 3. post Res. to. 1. l. 13.
 Dom. in Albis. to. 6. l. 13.
 Dom. 2. post Pasc. to. 9. l. 12.
 Dom. 3. post Pasc. to. 9. l. 13.
 Dom. 4. post Pasc. to. 6. l. 14.
 Dom. 5. post Pasc. to. 9. l. 14.
 Fer. 2. Rogat. to. 9. l. 15.
 Fer. 3. Rogat. to. 9. l. 15.
 Fer. 14. Rogat. to. 9. l. 15.
 Ascensio Dom. to. 3. l. 16.
 Dom. inf. Oct. Asc. to. 6. l. 15.
 Pentecostes. to. 1. l. 17.
 Fer. 2. post Pent. to. 1. l. 18.
 Fer. 3. post Pent. to. 1. l. 19.
 Dom. Trinitatis. to. 1. l. 20.
 Festum Corp. Christi. to. 1. l. 22.
 Dom. in f. Oct. Corp. Chr. to. 10. l. 8.
 Dom. 3. post Pent. to. 10. l. 9.
 Dom. 4. post Pent. to. 8. l. 12.
 Dom. 5. post Pent. to. 9. l. 16.
 Dom. 6. post Pent. to. 8. l. 13.
 Dom. 7. post Pent. to. 9. l. 17.
 Dom. 8. post Pent. to. 10. l. 10.
 Dom. 9. post Pent. to. 6. l. 13.
 Dom. 10. post Pent. to. 10. l. 11.
 Dom. 11. post Pent. to. 8. l. 14.
 Dom. 12. post Pent. to. 10. l. 12.
 Dom. 13. post Pent. to. 8. l. 14.
 Dom. 14. post Pent. to. 9. l. 18.
 Dom. 15. post Pent. to. 8. l. 11.
 Dom. 16. post Pent. to. 8. l. 15.
 Dom. 17. post Pent. to. 10. l. 19.
 Dom. 18. post Pent. to. 8. l. 16.
 Dom. 19. post Pent. to. 10. l. 13.
 Dom. 20. post Pent. to. 7. l. 13.
 Dom. 21. post Pent. to. 10. l. 14.
 Dom. 22. post Pent. to. 6. l. 17.
 Dom. 23. post Pent. to. 7. l. 14.
 Dom. 24. post Pent. to. 9. l. 20.



LICEN-

L I C E N T I A.

ANtonius de Escobar & Mendoza Societatis Iesu habet à catholico Hispaniarum Rege Philippo IV. priuilegium, vt Commentarij in Euangelia Sanctorum, & Temporis per decem annorum interstitium excudi possint. Huiusce autem Voluminis vnaqueque filura quatuor dipondiorum prætio tradenda.

ERRATA SIC CORRIGE.

PRolo. lin. 23. *dadus, datus.* Syllab. l. 51. *Significer, Signifer.* Pag 3. col. 2. l. 44. dele *Vnde non dixit, Posquam consummati sunt dies octo, ad numerum dierum* bis enim appositum. pag. 11. c. 2, l. 3. *Actio, lege Actonis.* p. 29. c. 1. l. 1. ad margin. de est *Confessionis facilitas.* p. 66, c. 1. l. 6. 16. Hethæro præterijt hæc sententia: *in serie historia referenda, Credebat enim Dauid de more pij Regis Saulem minime se se interfectioni dedisse, nunciumque mentitum.* Omnia hæc in fine parenthesis ab ipso claudenda. p. 79, c. 2, l. 4, atque, aqua. p. 101, c. 1. l. 14. ad margin. *Pœnitentiam, Pœnitentia.* p. 149, c. 2, l. 11. ad margin. *Nomen Iesus. Cum natus esset.* p. 150, c. 2. l. penult. ad margin. *Nomen Iesus, Cum natus esset* p. 151. c. 2. l. 20. ad margin. *Nomen Iesus, In Bethlehem Iudæ* p. 222. c. 2. l. 26. *in hos.* p. 225. c. 1. l. 33. *adocauit, aduocauit.* p. 242, c. 1. l. 1. dele, *Pasto cautum Iosephum recedere ne.* nambis appositum, & barbare carptim transcriptum. p. 355. Sect. 4. deficit titulus *Impropria Iesu.* p. 358. c. 2. l. 32. *toleratus, toleraturus.* p. 370. c. 1. l. 12. *pœnitent conterens, pœnitentia conterens.* p. 381, c. 2. l. 8. *reor, vt Afferunt enim.* lege. *reor, vt Iesu passionem expectaret. Afferunt enim &c.* p. 450. c. 2. l. 29. dele in. Ibi ad marginem deest, *Contrà vnionis &c.* p. 406, c. 1. l. 9. *effluxit, effluxere.* Precipuum autem erratum, malæ scilicet impressionis, quod necessaria mea apud Iuliobrigam commisit habitatio, iam simul Martinus Nutius Antuerpiensis, & Gabriel Boissat Legionensis corrigunt.

LIBRORVM AC SECTIONVM HVIVSCE VOLVMINIS TABELLA.

LIBER PRIMVS.

Circuncisio.

- Se&t. 1. *Temporis consummatio* pag. 1.
Se&t. 2. *Certitudo, & ambiguitas Circuncisionis.* 25.
Se&t. 3. *Circuncisionis causa.* 41.
Se&t. 4. *Ætas pueritæ circuncisi Iesu.* 68.

LIBER SECVNDVS.

Nomen Iesu.

- Se&t. 1. *Nominis Iesu impositio.* 93.
Se&t. 2. *Nominis Iesu magnalia.* 125.

LIBER TERTIVS.

Epiphania.

- Se&t. 1. *Magorum profectio ex Oriente.* 149.
Se&t. 2. *Magorum quarentium Iesum constantia.* 167.
Se&t. 3. *Magorum Stella.* 184.
Se&t. 4. *Herodis, ac Ierosolymæ turbatio.* 205.
Se&t. 5. *Magorum in Bethlehemum immissio.* 224.
Se&t. 6. *Adoratio, & Oblatio Magorum.* 239.
Se&t. 7. *Magorum reditus.* 255.

LIBER QVARTVS.

Christi Passio in horto.

- Se&t. 1. *Iudæ proditio.* 275.
Se&t. 2. *Oratio Iesu.* 284.
Se&t. 3. *Sanguinis sudor.* 303.
Se&t. 4. *Osculum Iudæ.* 312.
Se&t. 5. *Petri gladius.* 320.
Se&t. 6. *Comprehensio Iesu.* 329.

LIBER QVINTVS.

Christi Passio ex Caypha.

- Se&t. 1. *Iudæorum calumnia.* 336.
Se&t. 2. *Silentium Iesu.* 342.
Se&t. 3. *Alapa.* 349.
Se&t. 4. *Impropria.* 355.

Se&t. 5. *Petri Negatio.* 360.

LIBER SEXTVS.

Christi Passio apud Pilatum.

- Se&t. 1. *Pœnitentia Iudæ.* 373.
Se&t. 2. *Illusio Herodis.* 386.
Se&t. 3. *Barabba dimissio.* 392.
Se&t. 4. *Pilati ablutio.* 397.
Se&t. 5. *Flagella Iesu.* 403.
Se&t. 6. *Spina Iesu.* 415.
Se&t. 7. *Ecce Homo.* 422.

LIBER SEPTIMVS.

Passio Crucis.

- Se&t. 1. *Crucis variatio.* 248.
Se&t. 2. *Cyrenæi coactio.* 436.
Se&t. 3. *Suffixio.* 440.
Se&t. 4. *Titulus Crucis.* 453.
Se&t. 5. *Nuditatis Iesu.* 458.
Se&t. 6. *Impius Latio.* 464.
Se&t. 7. *Bonus Latio.* 466.
Se&t. 8. *Sitis Iesu.* 472.
Se&t. 9. *Mors Iesu.* 76.

LIBER OCTAVVS.

Christi funera.

- Se&t. 1. *Creaturarum motio.* 483.
Se&t. 2. *Lancea.* 488.
Se&t. 3. *Sepultura.* 492.

LIBER NONVS.

Deiparentis Compasio.

- Se&t. 1. *Virginitatis Martyrium.* 501.
Se&t. 2. *Virginitatis Luctus.* 510.

LIBER DECIMVS.

Resurrectio.

- Se&t. 1. *Fœminarum vinctio.* 515.
Se&t. 2. *Fœminarum profectio.* 329.
Se&t. 3. *Monumenti reseratio.* 335.
Se&t. 4. *Angeli proloquium.* 548.
Se&t. 5. *Fœminarum missio.* 564.



COMMENTARII

INEVANGELIA

SANCTORVM, ET TEMPORIS.

AVCTORE

P. ANTONIO DE ESCOBAR, ET MENDOZA

è Societate IESV Theologo.

TOMVS PRIMVS DE SANCTIS.

CHRISTVS.

PROEMIUM.

VERBUM, per quod omnia, factum unus ex omnibus, vitalis ligni (auctore Ambr. apud Lipa.) preparatur imagine. In medio (ait) Paradisi est lignum vite, illud scilicet lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, cuius folium non defluit, quia totus in eo fructus exuberans, idest, Christus Dñs. Hic vitæ fidei cum spiritali duodecim in tempore suo fructus varios interserit. Collium aeternorum cedrus, Niliviam conuallium, exoritur; ut montana misericordiae oliua apareat in campis. Circumcisionis vulnere saucio Iesu, pretiosissima priori myrrha ditescit Ecclesia. Principibus populi non sui malum punicum, fructuum praeses; sub mortalitatis cortice purpureas dominatus genas ostentat. Solis perstringens luminare et trasfiguratur, ut de pomis fructuum Solis repleat fideles. Sub Eucharistiae velamine de rore Caeli, ac de pinguedine terrae cibus factus, exitialis pomi mutat effectus. Passionis praelo botrus cellarijs sponse cedit in merum. Crucis piatanus medica. Inuenitur, ut inueniat errantes; exaltatur, ut eleuet corruptos; triumphum agit, uti nos exerat in victorias. En manipulus regnans exurgens e tumultu, fratribus adstat adoratoribus. Palma non apud Cades casus quidem errorem, sed apud stabilitatis verticem auolat exaltanda. Profecto e superis Paracliti in missione agrum odoris replet plenitudine, qui videntibus iam sub unius propaginis imagine triplicis parente botri Essetiae unitate, Personarumque trinitate expresserat. Salvatore denique consecratur Basilica, ubi Sabaeus odor compleat aethera, ubi delinquentibus persurgit Civitas exadificetur. Duodecim fructuum varietatis, viginti sex libri dulcedine diffrunt. Vinam gustu vestrum celestis manna peregrina voluptas non excitet in fastidium. Quare ciborum copia priori, ac posteriori volumine, quasi uno ac altero disco, vobis apponam.

VOLUMEN PRIVS.

CHRISTI CIRCVMCISIO.

COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES

INCAPVT SECVNDVM LVCÆ. OBSERVATIONES

MORALES PANEGYRICAE IN CHRISTVM

CIRCVMCISVM.

INTER Acria Circumcisionis vulnera, inter largos flentis Pueruli ìmbres nomen dulcissimum Iesù resonat vulne-
ris medicamen, solatium lacrymarum, futurum planè vulne-
rati mundi remedium, lacrymosæ vallis exultatio. O quàm
appositè à Circumcijsione (vti Salmeron adnotauit) non à
natali Dominico anni auspicamur exordium, nec non operis
institutum, vt felici omine à Iesù inchoato discursu, ad opta-
tum terminum progrediamur.

LVCAS CAP. II.

PARAPHRASIS.

Verf. 21. *Postquam consummati
sunt dies octo, tunc circumcideretur*

Puer.

21. Postquam illuxit dies à partu octauus, quo
lex Mosaiica iubet infantem masculu circumcidi,
amputata summa præputij pellicula, & in hac
parte legisatisfecit, qui legem non solutus,
sed impleturus aduentarat.

SECTIO PRIMA.

Temporis consummatio.

TEXTVS.

Postquam consummati sunt dies octo.

COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES.

Quid Circumcisio, & quare instituta?

§ I. **C**IRCVMCISIO, siue abscisio
circularis præputij signum erat
doctore Damasc.) Israël à genti-
bus determinans, quæiscum conuer-
sabatur. Præcepta autem, vt quiuis hoc
insignitus stemmate intelligeret, se ad
vniuersam legem Mosis implendam adstrin-
gi. Hinc Paul. *Testificor omni homini cir-*

*cumcidenti se, quoniam debitor est omnis le-
gis ferenda. Gal. 5. Deinde vt ex fi-
de vel sua, vel maiorum suorum ad sa-
cramentum Circumcisionis accedens,
Deum, accepta gratia, & originarie la-
bis remissione, reddet mansuetum. Præ-
terea ad comprimendam carnis concu-
piscenciam, qua Iudæi maximè æstua-
bant. Vulnerato enim generationis me-
bro, minus procliuus reddebatur ad ve-*

nerè.

nerem, vti philo attigit. Insuper ad pro-
testandū sibi futura mysteria, quæ no-
bis præterita insunt. Ad hæc in lapideo
gladio secante (ad notat Salmer.) me-
dicus Iesus innuebatur, de quo Aposto-
lus, *Petra autem erat Christus.* 1. Cor. 20.

2. Habuit autem Circumcisio expre-
sam ablationis peccati originalis simili-
tudinem (autore D. Tho.) & propter
inflatum generationis membro, per
quam originis labes transfunditur, vul-
nus: & propter poenam contra concu-
piscentiæ delectamenta, in quibus fomi-
tis virtus præcipuè viget: & propter san-
guinis effusionem Christi pro hac cul-
pa satisfacturi typum gerentem.

3. Data equidem solis viris Circumci-
sionis lex. Quia licet peccatum (loquor
cum D. Tho.) *incæperit a femina, tamen
transfusionis originalis peccati causa non
fuit femina: sed vir. Quia si vir non peccas-
set, originale peccatum transfusum non fuis-
set.* Data item & Hebræo populo tantū,
ex quo Christus ducturus erat exortum,
& vsque ad eius aduentum solummodo
per quæ Circumcisionis perfectio erat
tribuenda. Vnde merito nos Circūcisio-
nis vulnere minime adficimur: nam qui
circumciditur, Christum nondum venis-
se profitetur. Nobis plane Sacramentū
Baptismi præsentissimum peccati me-
dicamen. An non totius corporis ablu-
tio aptius denotat, peccati illius maculas
super totum animum diffusas abstergi,
quam vnicui membri circumcisio? Nū-
non facilius Baptismus medicamen, ma-
gisque legis gratiæ dilutio, inunctio,
quam vulnus, quam crudoris effusio cō-
ueniens?

¶ Vnde nam hi dies consummati?

4. EXORTVS Christus vigesima
quinta die Decembris, post octo ve-

ro dies, prima Ianuarij tenerrimam cul-
tro carnem obtulit ferendam. Vtraque
dies Dominica fuit. Post quā igitur con-
summati sunt dies octo à natalitio Do-
minica die est vulnere affectus. Videtur
sane nona à natiuitate die Christum cir-
cumcisum, quia dies non consumman-
tur, nisi terminentur.

Vt vim dictionis expendam, suppo-
no Circumcisionem secundum legem
octauo die fieri solitam. *Infans octo dierū*
(Deus ait) *circumcidetur in vobis.* Genes. Ge. 17.
17. At cum hinc minimè constet, num
post perfectum octauum diem deberet
cultro infantulus committi, nec ne? sic
ex Leuitico aperte monstratur. *Die oc-
tauo circumcidetur infans.* cap. 12. Nō
igitur post diei octauū perfectionem,
aut consummationem; sed priusquam
dies octauus elaboretur; imo me iudice,
octaua illucescente die Iuer dignatus
est Circumcisionis parere precepto.
Quia videlicet, lege inflante, intra octa-
uæ diei terminum Circumcisio per-
agenda.

Sensus itaque sic eliciendus, *Postquā*
consummati sunt dies, id est, postquam
dies à natiuitate octauus aduenit. Ne-
que enim Lucas vlla posset ratione sig-
nificare consummatos dies, seu vsque
ad noctem transactos, si necessario legis
præscriptū sibi deberet obijcere. Quod
(si affirmare conaretur, die nona Puerū
Circumcisionis vulnere affectum, dixi-
set procul dubio, *Postquam consumma-
tus est dies octauus.* Signat igitur octona-
rij dierum numeri perfectionem, non
diei octauū consummationem affirmat.
Caietan. huic subscribens sententiæ fa-
tur, *Non significatur, quod post consumma-
tum octauum diem (fuisset enim dies no-
nus) sed refertur illa particula: Postquam
consummati sunt dies octo, ad numerum
dierum. Vnde non dixit: Postquam consumma-*

ti sunt dies octo, ad numerum dierum. Unde non dixit, Postquam consummatus est dies octauus, sed postquam consummati sunt dies octo. Propter quod Evangelista apponit. Ut circumcideretur Puer; ut sic consummatus dies octo significaret, ut exiguntur ad Circumcisionem. Non ne lege (ut possumus) infans octo dierum, seu octavo die circumcidi debebat? Illa igitur dictio: Consummati, refertur ad tempus ex lege determinatum, hoc sensu: consummato, siue perfecto dierum numero iuxta legis præscriptionem, Puer circumciditur. Sic Tol. Maldo. Ian. & alij.

¶ Quare octava die solita Circumcisio celebrari?

7. **C**ausam in primis naturalem vestigamus, cur octavo die, & non ante, puerulus cultro traderetur? Equidē infantium masculorum vita usque ad septimum diem inclusiue in magno periculo versatur, tū propter causas particulares, tū propter caelestium orbium impressiones, quæ quidem summo cum imperio tenebris huic præ sunt etari. Accipe ex Aristoteli, qui de infantibus differens, sic scribit. *Plurimi ante septimum diem interierunt, unde fit, ut nomina septimo die imponantur, tanquam saluti iam pueri magis credemus.* Eadē causam apud Romanos attulit Plutar. cur nona die masculis nomen imponeretur. *Dies enim septimus (inquit) anceps erat: octauus autē, quia feminis numerus par adscribebatur, relinquebatur, & ad nonū adferebatur.* Deus igitur noluit antē octauum diem Circumcisioni operam dari, ne periculum periculo adderetur, quin potius octauus dies ad id munus electus est, quando infantium vita tā ad natum periculū euasisset. Rogas, cur ulterius post octauam diem Circumcisio minime protraheretur? Ne, me auctore, iā valentior puer effectus, maiori do-

lore adficeretur.

Quid si antē octauum diem pueri in circumcisi discederent? Num alio lauro à peccato originis mundaretur? Suppono ex Doctore Angelico octauo die peragi Circumcisionem debuisse propter præcepti obligationem, non quantū ad efficaciam Sacramenti: qualibet alia die suū effectū sortituri. Ast cū infans ante octauū diem in tēpestiua morte præreptus esset, non ideo Circumcisionis tempus deberet, aut posset inueniri, ne præcepti incurrerent transgressionem; sed huiusmodi morte propria sublatis puerulis sub esse remediū, quo ante Circumcisionem fideles utebantur (ex Hugone Victor.) fidem sciilicet parentū cū protectione, vel aliquam orationem per patres verosimiliter fieri solitam, quādo filius ad nouissimum discrimen aduocabatur; uti de Dauide se se pro filio, quē de Bersabee susceperat, asistente, legimus in Regnorum historia. 4. Reg. 12. Morales causas reddo.

8.

Hugo:

Non elucescit octaua æternitatis dies, nisi hebdomade seculari transacta.

Spiritalis, & secularis vita pugnāt

Ad illud:

Dies octo.

9. Spiritualis nuncium sæculo remitte.
10. Properans ad Dominicam æternitatis dies secularis purificet.
11. Egredere à sæculi face caelestia petens tabernacula.
12. Sæculo implicitus sine requie.
13. Sæculum fuge, caelo potiturus.
14. Abstractus à sæculo hic quodāmodo beatus.

9. **A**DDVCO Ex D. Cypria. primā causam mysticam, cur octauo die Circumcisio solita esset celebrari? Circumcisio (ait ille) cum octaua die missa sit celebrari, & nomen circumciso aptari; intimatum est his, qui digni Sanctorum consortio censebantur, quod aeterna beatitudi-

9.

Cypria: Ser. de Circū.

nis

nis, quam post vita huius septimanā octava consequitur, heredes fieret, & consortes, qui cumque vita innocentia se se Domino consecrassent. Transacta itaque vita sæculari cælestis vitæ felicitas elucescit.

IO. Totius hebdomadis sæcularis elaboratur decursus, vt gloriæ plenitudine dies nos Dominica redonet, Elisæus Naamano Syro lepræ inquinato feditate, Laua Re. 5. re (inquit) septies in Iordane. 4. Reg. 5. Et quare septies lauari iubetur? Nū vt omnia scēlera capitalia, quæ septem adnummetantur, omnino abradenda signentur, priusquam sanitas adsit æterna? Id videtur sentire Tertul. Attamen accōmodatius argumento, ideo septies arbitror Naamanum ablutum, vt sæcularis hebdomadis purificatio innueretur, Dominicæ æternæ sanctificationi præmittēda. Nec longe abest idem Tertul. ab huiusmodi mente. Simul (ait) & vt totius hebdomadis caneret expiationē, quia vntus lauacri vis, & plenitudo Christo dicatur soli. Ac si diceret: solus dominicus dies, sola octaua lux, seu Christus Dominus vim habet ad mundandum omnino, ac purificandum cor hominis post septē dierum, seu post sæcularis hebdomadis transactum curriculum.

II. Egrediendum prorsus nobis à sæculari vita, si æternæ beatitudini herere conamur. Egredimini (conclamant Cœlicolæ) filia Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater. Cant. 3. An sine egressione optato felicitatis obiectu potiemur? Egrediamini à sæcularibus necessum est. Rem expendit Ambros. Ad animas dicitur, vt è claustris exeant corporis, Christo occurrant. Quasi Angeli Christi hoc loquantur; Non potestis videre claritatem eius, gloriam eius, nisi egrediamini humane fragilitatis curis. Haud in vna sede morantur terrenæ sæces cælestes q̄ diei intermina-

bilis fulgores. Vel profanus cecinit ille.

¶ Hac superimposuit liqui dum, & gravitate carentē Cuid. Met. 1.

AEthera, nec quidquā terrene facis habētē.

Procurauit Sponsa septem hos cæ laboris dies cum Sabbatho gloriæ copulare.

Num potuerit? Surgam (ait) & circuibō ciuitatem, per vicos, & plateas quarā quem diligit anima mea. Cant. 7. Non e-

quidem inuenit. Quare? Respondet Palchaf Quia vita viam expetit, & longius vita plateas requirit. Sæculum tuge, cælestis illico adderit consolatio.

Aptius David ad Dominicam p̄roperans requiem, ait. In terra deserta, &

in iuuia, & in aquosa, & sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam. Psal. 62. Ad desertum confu-

gi, à sæculari tumultu exulaui, vt tua frui gloria valerem. Nisi enim (August. ait) prius deficiat in malo, in quo est, nunquam perueniet ad bonum, quod Deus est.

Fugæ te committe, vt malæ finem hebdomadæ imponas, cuius dies mali sunt.

Num post huiusce vitæ curriculum mysticę Circumcisionis gloria sumus potituri, an in presenti? Non solū equidem felicitas futura repromittitur, sed et præsens datur à sæculari quiescenti tumultu.

O quoties Eucharistico pane refectus, dum a sæculari turpitudine recedis, cælesti quodammodo fructus es cōspectu. Rursum preme Dauidicū carmē.

In terra deserta, & in iuuia, & in aquosa, & sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam. Psal. 62.

Vbi (Agel. doctore) virtus, & gloria Testamenti arcam adumbrant. An nō Virtus Arca appellatur? Et tradidit in captiuitatem virtutē eorum. Psal. 16. Huius-

modi autem nomine insignita merito fuit. Nam per illius præsentiam (inquit ille) sepiissime virtutis diuinæ opera edebantur. Eadem Gloria vocitatur. Vxor Phi-

neæ

neæ

neæ

nees puerum enixa, illum *Ioabod* adno-
minauit: quia *capta* esset *arca*. *Ioabod* e-
nim sonat *Vbi gloria*, de clade *Arce* cap-
tæ puero nomen imponens. *Et sic in san-
cto apparui tibi.* Hebr. *Et sic in sancto vi-
dite.* Te, ò Domine, in *Arca*, siue in *arca*
no inclusum mysterio facie quodam-
modo ad faciem vidi, dum omnino sæ-
cularibus, ac mundialibus nuncium re-
missi.

D. Ambr. *Cave* (inquit) *ne cum mortuus* Ambr.
fucriis semel, moriaris iterum. Resurgentis
enim Christi nec iam iterum morituri
sequi vestigia debemus. Vberius in rem
præsentem Theodor. *Per hæc verba sa-* Theod.
*tis docuit eos, qui crederent, volens à pecca-
to abducere. Semel, inquit, mortuus est Chri-
stus, nec ut bis moriatur, fieri potest. Ita vos
existimate, vos esse quidem peccato mor-
tuos, viuentes autem Deo in Christo Iesu.*

Peccati
reciden-
tia taxa
tur.
Ad
illud:
Dies
actio.

**Circumcisio incidens figura-
to Resurrectionis die admo-
net, ne à peccato surgen-
tes, rursus moria-
mur.**

In cuius quidem typum *Philisthijm* 17.
olim tulerunt *Arca* Dei, & a spotauerunt
eam à lapide adiutorij in *Azotim*. 1: Reg. 1. Re. 5:
5. Ad quæstionem reuoco, num hæc fue-
rit prima, & postrema *Arce* captiuitas?
Primam fuisse certum est, nec quisquã
aduersatur: *Arca* enim sempervictrix ex-
titit in deserto. An non illa exurgente,
inimici Dei dissipabantur, & qui oderant
eum, a facie eius fugæ se se committe-
bant? *Psal. 67.* Porro apud terram pro-
missionis vsque ad *Heli* tempora num-
quam fuit superata. Vnde *Basil.* asserit,
tunc, id est, tempore *Heli*, *Arca* ea per-
tulisse, quæ ante illam memoriam numquã
fuerant audita. Profecto non minus cer-
tum existimo hanc vltimam fuisse *Ar-
ce* captiuitatem, & postquam à *Philis-
tæis* restituta est, nullam postea captiui-
tatem subisse, neque *Babylonicam* per
Nabuchodonosorem, neque *Romanã*
per *Titum Vespasianum*, neque vllam
per *Regem Antiochum* inter mediam.

- 15. Persistenter in Iesu viuamus.
- 16. Sequamur Iesum semel tantum morientem.
- 17. Et *Arca* semel captam.
- 18. Pœnitentia iteranda, & non iteranda.
- 19. Peccata, corui inftar, non reuertantur.
- 20. Occasiones fuge rursus peccatis nolens impleri.

15. **S**ECVNDAM Sic D. Augustinus
Aug. *causum* expendit. In ista *Circumcisio*
ne significabatur spoliatio carnis vita
*octauo die per Christi Resurrectionem. Sep-
timus enim dies hebdomadæ Sabbato com-
pletur. Sabbato Dominus iacuit in sepul-
chro. Octauo autem die resurgendo nos in-
nouauit. Nos ergo octauo die resurgendo cir-
cumcidit, nos in ipso viuimus. Viuimus
in ipso? Vitam igitur Christi resurgen-
tis nos spiritualiter circumcisi imitari
conemur. Christus resurgens ex mortuis,
iam non moritur. Ita igitur circumcisi ex
confessione vitam instituamus, vt rur-
sum delictis impliciti, minime redea-
mus ad sepulchrum, si Iesus ex mortuis
resurgens iam non moritur.*

Quorsum hæc? *Arca* semel capta *Chris-
tus* semel à morte captus, & statim resur-
gens non rursus moriturus significa-
tur, quem pœnitens hoc octauo mylli-
cæ resurrectionis die secutus: à culpa, in
quam cecidit, semel excitatus, non rela-
bi deberet, testatus cum *Dauid*. *Non
mouebor in æternum. Psal. 29.*

Calleo iam difficilis illius testimonij 18.
sensum: *Non iteres verbũ in oratione tua.* Eccl. 7
Eccl. 7 Num non preces iteranda? Ne
qua-

16. Meam excogitationem Paulus illud
Ro. 6. trar. *Christus mortuus est semel. Ro. 6. Vbi*

quaquã. Iesus preces effundens, nõ semel eandem replicat petitionem. Eandem orationem dicens, & amicus propter importunitatem, seu orandi persistentiam petita acquirit. Quenam igitur preces, seu oratio minime iteranda? Existimõ sermonem hinc procedere circa verbum illud: *Peccavi*, quo pœnitens internum dolorem manifestat, ut sensus sit. Semel tantum dicas, *Peccavi*, pœnitentiã hanc replicari cura. Chrysol. *Magna vis inquit magna obscuritas Quid est quod dixit, Ne repetas sermonem in oratione? Quis enim non repetat? An forte illud intelligendum est de eo, quod dicit Deo, Peccavi. Obscurior profecto hinc nebula insurgit: laudabile namque sepe vnicum peccatum pœnitentiã dilluere, Dauide clamante. *Amplius laua me ab iniquitate mea.* Psal. 50. Oportet ergo pœnitentię affectum iterare. Expendo iam mentẽ. Non iteres verbũ *Peccavi*, seu non rursus delinquas, qui semel te delicto cõtaminasti, ne rursus cogaris pœnitere. Sic Chrysol. *Non repetas factum, quia cum repetis, id est, ad peccatum redieris, orationem repetis.* Seu repetere cogaris iterum pœnitendo. Certe expendens Pater, quonammodo alioqui de eodem delicto sape dolere debeamus, adiicit. *Elegendum est à sapientibus peccatum agnoscere, & dolere semper præterita vetusta male commissa, male cogitata, pessime delectata, inordinate dicta debent quotidie in mente manere, & semper homo debet ista dolere.**

19. Omnes pœnitentiã lauacrum maculas dilluit, omnia obruit flagicia minime replicanda. In cuius typum aquis diluuij caro mergitur, ceruus seu carnis opera à iusto Noe pœnitentis imagine emittitur, qui certè non reuertebatur. Gen. 8. *Ad quem locum* Ambr. *Aqua est, quia caro mergitur, ut omne abluatur peccatum.*

Sepelitur ibi omne vitium, ceruus est figura peccati, quod exit, & non reuertitur. Semel factificatus cura, ne rursus admittas inquinamentum.

Præstatũ id facile si peccatorum illamentã, peccandi scilicet occasiones efugas. *Dimisit Noe coruum, qui egrediebatur, & non reuertebatur.* Gen. 8. Hebr. apud Caiet. *Misit Coruum, & exiit ex eundo, & redeundo.* Exit equidem, quia a Noe immissus, redit autem, quia non erat, ubi posset requiescere. Cur ergo ad Arcam non se legitime recipit? Quid, iudice me, post emissum coruũ Noe mox fenestram occlusit, ne aquarũ in obiectu avis timida protinus rediret. Non igitur reuertitur coruus, quia a Noe adhibetur custodia. Peccatum vis a te æternũ ablegari? Numquam reuerti? custodia prorsus adhibenda, claudendum ostium, occasio fugienda est. Appositè D Ambr. *Coruus est figura peccati, quod exit, & non reuertitur, si in te quę iusti custodia seruetur.* Cõcinit Theodor. *Qui Iesum semel mortuũ obijciens, nosque ad pœnitentiã alliciens resurrectionem cum affectu non rursus excidendi, ad illud: *Christus mortuus est semel.* Rom 6. fatũr. *Oportet itaque nos hanc doctrinã mentem adhibere, & peccati quidẽ insidias fugere.* Animam rursus agere renuis, & pristinis peccatorum insidijs implicaris? Quam verè naufragus ille. *Terretur minimo penna stridore columba, Vnguis accipiter, sancta facta tuis.* Non procul à stabulis audet decedere, si qua Excusa est auidi dentibus agna lupi. Et mea cymba semel vasa percussa procella. Illam, quo læsa est, horret adire locum. Semel percussus: horreas illum locum adire, ne rursus percussus intereas.*

Volubilitas animi obest poenitentiae. Ad illud: Dies octo: Dum vita est incerta, seu poenitendi varium propositum, non adest spirituali Circumcisioni opportunitas.

21. Instabilitas taxatur.
 22. Instabilis cornu similis.
 23. Stabilem quadraturam Deus inhabitat.
 24. Epuloni non sibi constanti medicina negatur.
 25. Deus persisterenter efflagitanti subuenit.

21. **T**ERTIAM Denique causam ex nostralitterali expositione expressam sic inuit Toletus. Ante octavam diem puer cultro non tradebatur, quia septem diebus non dum vita hominis certa inter homines computatur. Sunt qui ad mysticam circumcisionis sanctificationem properare conantur, è tumultu surgere moliantur: sed parum stabiles in voto dubitatis fluctibus ultro, citroque circumferentur: iam diffugiunt illectameta, iam voluptatibus illigantur. Horum incerta vita, non maturum vulnus indicamini.

22. Iterum me ad Noemi Arcam recipio. Corvus ille ab Arca decedens peccator tibi sit Dei iniquens domicilium.

Go. 8. Egrediebatur, & non reuertebatur. Gen. 8.

Caiet. Caiet. ex Hebr. Exiit exeundo, & redeundo. Nec tamen rursus receptus in Arcam, quia non firmiter consilio reversionis inhesit. O quisquis ad Patrem remeare contentis, apud domum paternam firmiter manere cura, ut ipse ad te veniens apud te constituat mansionem.

Io. 14. Ad eum inquit Iesus) veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Io. 14. Vbi

Augu. August. Veniunt ad nos, dum venimus ad eos. Adde, & manent apud nos, dum mansionem apud eos facimus. Vnde Grego.

Greg. sionem apud eos facimus. Vnde Grego.

Sunt in quorum corda Deus venit, & mansionem facit, quia per compunctionem respectum Dei percipiunt: sed hoc ipsum, quod compuncti fuerunt, obliuiscuntur. Ac si diceret, Ideo Deus dum ad illos venit, non manet: quia si ad eum properantes, mox recedunt, prius consilium illico deponetes.

Hebraei olim à domo paterna corui in morem decessere. Quod cum reditum prepararent, Quater in die, & quater in nocte confitebantur Dominum Deum suum. 2. Esd. 3. Vbi forsam (si ad mystica feramur) quadratae figure memoria poenitentis nobis obijcit firmitatem. Non nutat consilium, diuersum propositum non admittitur. Pulchrè Lyr. Per hac significatur, quod vera confessio peccatorum habet annexam quadraturam stabilem. Quam apposite stabilis quadratura statuitur, ut Deus apud nos eternam constituat mansionem.

Diues ille haud extinguibili igne immersus, non semper damnati peragit simulacrum: sed eius, qui conscientiae prae hic igne distorquetur, agit persona, Chrisol. fante. Adhuc iste conscientiae calor est, non illud extremum, quod te manet, & expectat incendium. Iam requiro, cur Abraham tam beneficus, tam pius refrigerantis aquae & ardenti, & postulat denegavit stillam? Tantae ne celestibus irae? Diues certe ille indignus, cui mysticum poenitentiae lauacrum flammis extinguens, immitteretur. Quia, & si poenitendi consilio ferebatur, dum ait, Mitte Lazarum: mox à poenitudinis proposito excidit, dum adiungit, Mitte eum in domum patris mei. Lu. 16. Et quare ad domum patris immitti in opem procurabat? Sub specie pietatis (inquit Chryf.) ad vulnera, ad praeiteritos gemitus Lazarum vult redire. Vide quemadmodum Epulonem praeteriti facinoris poeniteret: iam curat ingremium, aduocari me dicu

23.

2. Es. 3.

Lyr.

24.

Lu. 16.

Chryf. ser. 121.

dicum, iam ad præteritam vulnerum suam redire deprecatur. Non crudelis Abraham diuiti in disposito, sed ipse sibi crudelissimus tanta laborans mobilitate.

25. Quod si epulo minime varietate ferretur, quis asserat Abrahamum à crudelitatis liberandum nota, qui clamanti, flagranti que non subueniret? Iobum

Job. 29. *audite. Clamo ad te, & non exaudis me, sto, & non respicis me: mutatus es mihi in crudelem.* Cap. 29. *Quid ò bonè? crimen ne Deo crudelitatis objicis? Scio Strabum ab huiuscemodi calumniæ suspicione Dominum liberare, dum inquit. In Deo nec crudelitas, nec mutabilitas venit. Sed adiungit: mihi, ut ipsa crudelitas, atq; mutatio non sit in qualitate iudicis, sed in mente patientis? Deus igitur minime crudelis, quia non ipse, sed homo mutatur.* Clamo, & non exaudis, sto, & non respicis.

Lyra. *Lyran. Clamo ad te orando, sto perseverando, & non respicis me, remedium adhibendo* Quid ergo? *Mutatus es mihi in crudelem?* Porro Deus Iobum persistentem in oratione audiuit, ægrotantem sanitate donavit. Id quod exprimit vir patientissimus hisce verbis. *Veruntamen non ad cõsumptionem emittis manum tuam, & si corruerim, ipse saluabis.* Perpetuus sit itaq; planctus, persistens pœnitentis affectus. De bona ille cecinit pœnitentia.

Antho. *Quæ sceleris, noxa q̄ gravis bene pœnitet, illi Perpetuus lacrymis obruit ora dolor.*

OBSERVATIO I.
MORALIS PANEGYRICA CIRCA LITTERAM.

Retributionis aternæ memoria efficiat adar duæ que cū que. **Carnis ac spiritus Circucisione cū Resurrectionis memoria Iesus copulavit, quia quid quid in circucisione amittis, in resurrectione recipies.**

26. Circumcisionis dies diem Resurrectionis prospectat.
27. Resurrectio pelliculam à Circumcisione abscissam Iesu restituit.
28. Et speciali celeritate donat eos, qui se nunc pedum libertate abdicarunt.
29. Claudus nunc, tunc veluti Ceruus prosiliet.
30. Religetur qui festinantem Dominum Resurrectionis die inf. qui conatur.
31. Veterascat in more pœnitentis innovandus.
32. Soli restituitur lux Resurrectionis die.

Ad illud: *Postquam consummati sunt dies octo.*

OCTAVVM Resurrectionis diē 26. necnon Circumcisionis sibi mutuo respondere notanter Beda affirmat. *Bene Iesus octava die circumcitur, quia videlicet utraque nostra & mortua, & futura & spiritus, & carnis innovatio & eius Resurrectione præfigurata est, & in nostra est quandoque perficienda.* Cur ergo circucisio carnis & spiritus futura connotat resurrectionis innovationem? Quia quidquid carnis ac spiritus circucisione amittis, tibi resurrectio retribuet.

27. Resurrectio nè ablata à Circucisione restituit? Non igitur datur ambigendi locus circa Iesu pelliculam cultro abscissam lapideo. Quærit Titus Bost. v. Titus. *trum pellicula venerabilis illa maneat apud nos? Pars aliquibus affirmatiua placet, quæ in præsentia nobis improbat, quia abscissa ex Circumcisionis vulnere particula in Resurrectione debuit recuperari. Certum est (inquit ille) qui sponte se circumcidi passus est, eum modis, & rationibus, quas ille compertas habet, totum illud, quod per Circumcisionem à corpore decesserat, ita cõservasse, ut Resurrectionis tempore nihil eorum omnium, quæ ad perfecti corporis constitutionem deposcuntur, omnino desideratum fuerit. Illud pède: Qui sponte se circumcidi passus est. Opus illud non fuit obligatorium, sed omnino spontaneum, magnæ existens perfectionis documentum. Id igitur, quod perfecti studiose voluntariè amputari perunt.*

tis, tibi ex resurrectione restituendum.

28. Quare, dic mihi delicata virgo claustra ingredi renuis? Meamne, ais, voluntatem carceri committam? Meos amputabo pedes, ne possim libere per vicōs & plateas, per agrorum incedere amenitates? Oculis, quæ so, diem resurrectionis obijcias, quæ tibi in integrū restituet quidquid amans Sponsi immaculati vitronea precidisti. Locutus veritatis Magister de resurrectionis communis instantia, profatur, *Va pregnantibus, & nutrientibus in illis diebus. Luc. 21.*

Lu. 21. Et cur tunc temporis pregnantibus precipue calamitas imminet? Quia nuptæ, de queis sermo, non se se voluntarie pedum libertate abdicarunt, ad claustra properantes cœlestem Agnum secuturæ: vnde resurrectio nihil speciale velocitatis habebit, quod eis possit restituere. Haud sic virginibus, seu vere viduis, ad Deum toto (vti vere viduas decet) affectu tendentibus, vel intra claustra degentibus accidet; nam quia se voluntariè libertatis velocitate abdicarunt, speciali celeritate donabuntur necessaria equidem expeditioni. Rem Tertulia. Illustrat. *Cur Dominus va pregnantibus, & nutrientibus cecinit, nisi quia filiorum impedimenta testatur in illa die expeditionibus incommoda futura? Tamen autem ad viduas (id est, ad non vxores) non pertinebit. Ad primam Angeli tubam expedita profiliunt. Quia scilicet libertæ à lege viri, in morem virginum, pedes religarunt. Sic resurrectio à circūcisione restituit ablata.*

29. O quam veloces tunc, qui abscissa nunc pedum celeritate claudicarunt? Isaiam audite. *Ecce Deus noster ultionem adducet retributionis. Tunc saliet sicut cervus claudus. Cap. 35.* Christi iudicaturi resurrectionis die exprimit proprietates. *Vltorem se se malis ostendet, iustis*

retributorem. Quid? *Tunc saliet sicut cervus claudus. Vndenam claudor tanta celeritas? Non ne claudicauit? Resurrectio igitur iusto restituit, quod spiritualis circumcisio absciderat. D. Ansel. Dece (in Ansel. quit) causa securitatis, Christus, cui Pater dedit iudicium, ultionem adducet in iudicio retributionis. Appositè equidem iudicium retributionis appellatur, quia dies iudicij retribuit. Quid? Redum abscissorū celeritatem. Vnde tunc saliet sicut cervus claudus. Saliet inquam (adijcit ille) de hoc mundo ad calum. O quam veloces ab ergastulo profiliemus.*

Adnotabo id expressius ex Phasse celebratione. Comederis (Legislator ait) *festinanter. Est enim Phasse, id est, transitus Domini. Exo. 12. Domini, inquam, resurgentis è tumulo transitus hic memoria colitur. Leges autem pransuris prescribens, adijcit. Hac est religio Phasse: Omnis seruus emptitius circumcidetur. Ac si diceret. Transitus Domini est, quem sequi debemus ad cœlos auolantem. Vnde circumcidamur oportet, id est, spirituali circumcisione abscissa pedū libertate religemur. Neque enim velocitate necessaria ad insequendum Dominum transeuntem resurrectionis die donabimur, nisi nos religauerimus. Id exprimit verbum illud: Religio Phasse, seu religio transitus. Non enim transit qui non religatur. Lyran. Confirmat. Religio dicitur à religando; quia per cultum diuinum homines religantur Deo. Religare itaque, religionis tenens claustra, vt post modum solus incedas.*

31. Quid inclamat David? *Iustus vt palma florebit. Psalm. 51. Tertu. Vt phenix florebit. Quid phenici cū floram reproductione? Adijcit Vates, Adhuc multiplicabuntur in senecta. Vbi Theodor. Simachus hanc clausulā sic interpretatus est. Adhuc se-*

nes fructus ferēt. Senectutem quidem (ait Doctor.) perfectionem vocavit. Iam sententia nubes ablegatur. Qui ex perfectionis exercitamento (quod quidem licitas amputat voluptates) quasi senescunt, resurrectionis die fulgentissimo innouantur phenicis in morem. Id quod pulchre exprimit Nazianz. qui postquam huiusce volucris veterem vitam innovantis obiecit naturam: sic terminat sententiam.

Nazianze. Car. de prae. ad virg.

¶ *Hac quisquis bene prospiciet, cum corpore foedus*

Non feriet?

Omnia equidem foedera rumpuntur, si ad resurrectionis innovationem expectemus. Vel si feriendum cum corpore foedus, id religandum, distorquendum, ieiunijs frangendum, ac verberibus. Cū oculis foedus pangimus, ne cogitent quidem de virgine; cum pedibus autem, ne libere diuagentur.

32. Nec mirum humanis huiusmodi fieri compensationem, si resurrectio inanimas etiam creaturas simili restitutione exhilarat. Domino resurgente, sol ortu maturavit, vnde mane summo, poterunt foeminae ad sepulchrum orto iam sole appropriare. Mar. 16. Quod si causam requiras, cur sol resurgens tres circiter horas incrementi lucis accepit? ea in promptu adest. Christo patiente, tribus se se totidem horis expoliaverat, uti Soli iustitiae laboranti in sacrificium liberet vespertinum. Rem perficit Anasta. Synai. *Cum defecisset impolluta Christiana anima e corpore, simul etiam defecit sol ex caelesti suo corpore. Vnde etiam Christo exoriente, et resurgente a mortuis mane una sabbathorum, una cum eo exoritur etiam sol e terra faciens diem. Ut videlicet resurrectio soli restitueret, quod e solari corpore diei propter Christum circumcisio illa secarat, defectus que redundantia re-*

penderetur.

OBSERVATIO II.

Actio Dominicae Circumcisionis intentio totum opus effecit consummatum.

Ferues operis inchoatio, quasi perfectio est.

Ad illud:

Post

qua co

sumati

judicis

octo.

- 33. Hodie redemptio quodammodo perfecta.
- 34. Abrahā institutus efficaciter sermo multus.
- 35. Opus Abrahā perfectum, cum inchoatio.
- 36. Iob surgens ad pugnam donatur triumpho.
- 37. Cum Petrus fugam instituit iam libertate perfecta donatur.
- 38. Ut redemptio nis consummatio in Circumcisione.
- 39. Incipiens Iesus martir esse, omnes vincit contritos.
- 40. Cum incipit liberare, perfectus ostenditur liberator.
- 41. Operis festinatio haeret perfectioni.

DIES Octo ait Lucas esse consum-

33.

matos, ut Puer circumcideretur, cum tamen octavo die non dum expleto, cultro percussus infans sanguinem effudisset. Caietanus a cute. *Euan-*

Caiet.

Aperit Deus olim imminentem. So-

34.

Ge. 18.

Quia mul-

rum locutus sum.

Quoniam modo, obse-

cro

cto, multum locutus est, qui solummodo studio loquendi dedit initium? Num quia intense sermonis exordium fecisse Patriarcham, idem quodammodo ac si finem eiusdē sermonis adsecutus esset? Ita planè. Ex D. Tomi cōfirmo. *Significatur (ait) hic admirabilis efficacia precis.*

35. Fidelis ipse Patriarcharum parens filium iugulaturus, gladium stringit, vix que imminet ictus, cū Angelus brachiū retardans, eū absq̄ vulnere donat triumpho. Quasi diceret. Satis militum fortissime, iā enim sine sanguine potiris victoria. Huiusmodi etenim ad tantam actionem affectus intensio (expressa satis, dū Intelligentia recurres ab instituto reuocare, voce geminaus, ait, *Abrahā Abraham. Gen. 2. 2.*) dum exoritur, fruitur consummatione. Manus ista gladiū ostētas ad capud filij amputandum, seu ad nouæ huiusce circumcisionis effectum, absque vulnere executione ornatur triumpho, ac frontis instar, corona redimitur. Isidorum Pelus. hæc excogitatio habet auctorem. *Er at (inquit) cerne re naturam quidem cum suis armis atque opijs omnibus humi prostratā, ipsum vero strantem, et manum extensā non coronā predicam, sed gladio quavis coronā illustri fulgente ornātam. Proh manus fortissimæ, gladij que ad ictum enixè præparati matura victoria.*

36. Hæc profus spiritualis militiæ conditio, intensio affectus coronatur, & quasi reputatur effectus. Vexillo huic Job nomen exhibuit, vix que attripuit arma concertatus, cum ipsius tempora exiguo quidem tempore lauro cinguntur. *Tunc surrexit Job, et scidit vestimenta sua, conso que capite, corruens in terram adorauit. Cap. 1.* Vbi pulchre Orig. *Primum surrexit, et ita demum se prostravit. Surrexit ad prælium, prostravit se ad pacem. Surrexit ad victoriæ perfectionem, prostravit*

se ad coronæ perceptionem. Perfectio ne victoriæ est solummodo militem in surrexise? Cur non magis concertationi, quam conatui victoria debetur? Quia illud feruenter exurgere ad pugnā, quasi victoria est, quasi est operis consummatio.

An non Petrus dormiens inter duos milites vinculus catenis duabus erat? Ecce Angelus Domini adstitit in clamans. *Surge velociter, & ceciderunt catenæ, Rursum cęlestis Nūtius: Præcingere, et calcea te calligas tuas, circumda tibi vestimentum tuū, et sequere me. Act. 12.* Vbi Proclus catenarum casum verbis Angeli deputat, seu velocitati aurgēdi ab Angelo indictæ, *Surge velociter.* Mox requirens, cur iubeatur Apostolus sibi vestimenta accommodare? hoc inquit effectū fuisse, *ad eximendum Petri metum. Tanto (ait) Angelus presidio illum munitum confirmat, ut ociose pallium induere, atque sandalia, et laxatam adstringere vestem possit.* Hinc exoritur quæstio. Quare Petro egressuro tanta velocitas indicitur, *Surge velociter*, si mox moras producit vestimentorum accommodatio, si non Angelum currentem sequitur Apostolus, sed pedetentim gradiens, ne excitet custodes? Profecto surgēte velociter Petro, inchoante efficaciter fuga, iam (ex mente Procli) excidēte catenæ. *Et ceciderūt catena, iam hostes deuicti, iam libertas aderat præparata.* Nil nocet moris vti ei, qui feruenter instituerat carceris, periculi que euasionem.

Redeo ad Puerum circumcisum. Dies in circumcissione consummatos, ac opus redemptionis apud crucem consummatū equidē cōtēplatus sum, Domino in clamāte, *Cōsummatū est. Io. 19.* Apte in cruce cōsummatio, vbi corona, vbi victoria triūph⁹ præparatur. At apud Berthe hemiticā spelūcā, vbi à circumcisionis vulnere opus exoritur redēptionis, perfectio

37

Act. 12
Plocl

38

Hugo. ac consummatio predicatur? Quid tanti operis initio cum consummatione? Hug. Card. ad illud: *Consummatum est*, inquit. *Non enim dicitur liber perfectus*, seu consummatus, *donec rubricatus non est, et miniatus*. Tunc perfectus liber, cum rubricatus, cum miniatus est? Quid ergo mirum Circumcisionis vulnere Iesum affectum praeferre quodammodo operis totius redemptionis consummationem? Vix exoritur octava dies, & tota simul perfecta nascitur, cum morte, cum resurrectione Circumcisio copulatur, libro hodie sanguine rubricato, miniato.

39. Instanti passionis articulo. *Cæpit Iesus* *Ma. 26. sus parere, et mæstus esse*. Mat. 26. Doctor Angelicus tanta Iesum ait tunc affectum tristitia, ut longo intervallo omnes superaret agonistas. *Christus non solum doluit pro amissione vite corporalis propria; sed etiam pro peccatis omnium aliorum: qui dolor in Christo excessit omnem dolorem cuiuscunque contriti*. Si igitur cæpit mæstus esse, quonam modo finem, seu cumulum omnium dolorum tunc attingit cum incepit perfundi mærote? An non quia tanti affectus intensio totam tristitiæ huiusce continet perfectionem?

40. Iam igitur perfectus orbis redemptionis Iesus Circumcisionis die, quasi omnes quodammodo hostes debellasset. in cuius typum fortissimus Sampson Israellem liberaturus in surtexit. Sic Angelus parenti: *Ipsè incipiet liberare Israel de manu Philistinorum*. Iud. 13. Ad illud: *Incipiet liberare*, inquit Lyran. *Per Sæp sonem non fuerunt filij Israel omnino liberati de servitute Philistinorum, licet restricta fuerit tyrannis eorum*. At nos inter perfectos populi liberatores eundem adnumeramus. Sed si perfecte liberavit, quare solummodo cæpisse liberare adieri-

tur? Non minus, auctore me, inchoatio illa liberationis significavit, quam perfecta liberatio; quia efficax, ac affectuosa inchoatio operis omnimodam videtur habere perfectionem. Tam utilis intensa ad opus quodlibet inclinatio.

Liceat mihi ex Iuvenali superius argumentum illustrare. Cecinit sic. Festino ad nostros, & Regem transbo Ponti, Et Cæsulum.

Et quid post tantam festinationem? Aijcit acutè.

Vox iusti facunda Salonis Respicere ad longa iulata patia vltima vita.

Quasi illa festina itineris inchoatio faceret principium illud totius vitæ terminos exequare.

41. Iuven. Sat. 10

OBSERVATIO. III.

Ut Circūcisus Puer nos omnibus donet, impatiens consummationis temporis ostentatur.

- 42. Circumcisionem Iesus non protraxit.
- 43. Inevitanter nos Deus donavit creaturis.
- 44. Beneficia hæc velocissime adveniunt.
- 45. Christus magis dat, quam promittit.
- 46. Sui ipsius velox elargitor.
- 47. Pater hominum nescit dona morari.
- 48. Iesus festinatio munerum.

Munificetia diuina in sciamore. Ad illud: Postquam consummati sunt dies octo.

42. AB Exordio octavae diei Circumcisionis præceptum instabat, cuius executioni tota dies naturalis destinata erat. Ast infans noster terminationis, ac consummationis diei moras non sustinens, licet rite poterat Circūcisio ad diei exitum protrahi, ut vidit rite posse peragi, habuit diem ut omnino perfectam, atque consummatam. Nec illum vulneris sustinendi timor fecit ad terminum diei usque pigritare. Vide (inquit Bernar.) quantum ad suscipiendos labores festinauit, quã

42. Bernar. Ser. 11

quam promptus sanguinem effundere circumcisus pro nobis die Natiuitatis sue octauo. Christus octauā diem à natiuitate sua expectabat, ut suū tibi impēdere sanguinē inciperet. Expectabat sane octauæ diei inchoationem, quemadmodum ægrotans horam, qua sit vade donandus refrigerio, Circūcisionis etenim Iesu articulus expectationis quidem, non timoris materiem ministrabat.

43. Nescit diuina munificentia moras. Hominem & cælo, & terra donaturus, Gen. 1. In principio creauit Deus cælum, & terrā. Gen. 1. Quare non dixit; In principio, in progressu, & operis terminatione Deus cælum, & terrā aduocauit in lucem? Lōgum esset Deo munificētissimo, operis cōmunē expectare progressum. In principio ipso & progressum vidit, & terminationem. Hūc respicit D. Amb. factus, Pulchrē ait, In principio fecit, ut incōprehensibilem celeritatē operis exprimeret; cū effectū prius operationis impleta, quam initium capta explicuisset. Nec enim decebat rem lente à munificētissimo peragi, & exhiberi.

44. Id quod ex eodem loco confirmo Fecit cælum, & terram. Gen. 2. Non dixit; Faciebat, vti processus operis inueretur. Totum simul opus sine manibus, sine arte effectum apparet. Adnotauit idē Ambr. profatus, Pulchre ad didit: Fecit, ne mora in faciēdo fuisse existimaretur. Vel ut sic intelligerent homines quam incomparabilis operator esset, qui tantum opus breui, exiguo que momento sue voluntatis absolueret, & operationem effectus, sensum temporis perueniret. Nemo operantem vidit, sed agnouit operatum. Hinc Tragicus.

Senec. Res Deus nostras celeri citat as
Thyel. Turbine versat.

Haud tam velox copiosus grando se se è nubibus ad terrā diuinit, quam diuina beneficia hominibus præsentatur.

Hęc in generatione.

In regeneratione quid? Futuri temporis Dei liberalitas fert ægrè solutionem. Perentibus cælestis futuri Regni tabernacula Zebedei filijs sic Magister, Sedere autem ad dexteram meam vel sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a Patre meo. Math. 20. Mar. 20.

Quonā, quæso, sensu verificari potest, munus Christi nō esse, iustos cælo donare? Christus Patri futurorum bonorū remittit elargitionē, quasi diceret: Non meæ munificentie tā longam expectare moram, dum homo effectus, hominū inuigilo salutis. Pater munificētissimus velocissimus equidem munerum elargitor, attamen potest immorari ille, cui futura tēpora præsentatur, utique Deo omniū & molitori, & cōseruatori. Ego autem ut homo non expectabo. Potestis biberē calicem, quem ego bibiturus sum? Dicūt ei. Possumus. Calicem quidem (ait) meum bibetis. Num potestis nunc calice potari: si nunc potestis quid in futurum protraham Regni elargitionē? An nō salutaris calice cælestia gaudia continentur? Omne gaudium existimate fratres, cū in varias tētationes incideritis. Iac. 1. Potabimini igitur modo calice propter tribulationū sufferentiā, meam que mox omnia tribuendi exequar conditionē, magis que dabo, quam promittam.

Pueri Iesu menti ortum obijcias, Nabuchodonosore vidente. Videbas (ait Daniel) ita, nempe statuam multiformis æris proceræ magnitudinis adspiciebas, donec abscisus est lapis de monte sine manibus. Dan. 2. Mons hic Iuliano & Irenæo Deipara, lapillus ille Christus est. Hebræorum autem phrasi de petra scindi idem est ac concipi, & nasci: suscipere filios, &ificare domum est. Vade filius Hebræicē Ben, siue ædificium, seu lapis, qui

qui ad domus adducitur constructionē. De monte verò, seu de petra abscindi, nasci est. *Attendite ad petram, unde excisi estis, attendite ad Abraham patrem vestrum, & Saram, quæ peperit vos.* Isai. 51. Sine manibus itaque lapis venit ad nos, quia nulla tanto efficiendo negotio mora impeditur, non hic ars, non manus. Vnde noster Gaspar Sant. *Sine manibus* (ait) *id fieri dicitur, à quo omnis ars abest, & omnis industria.* Id quod de mundi opificio Ambro. adnotauit. *Nec artis usum, nec virtutis expendit, qui momento suæ voluntatis maiestatem tantæ operationis impleuit, ut ea, quæ non erant, esse faceret tam velociter, ut neque voluntas operationi præcurreret, neque operatio voluntati.* Hactenus ille.

47. Num rei in dormiret, munera quæ hodie Iesus Pater futuri seculi morarentur? *Cito* (ait filij poenitentis parens) *proferte stolam primam.* Lucæ 15. Meo sanguine intingatur stola, ad pristinam peccator redeat puritatem. Et cur tam cito? *Itaias.* *Vocabitur nomen eius. Pater futuri seculi.* Cap. 9. Nescit hodie Iesus pater munera remorari, Chrysol. *Cito* (ait) *proferte stolam.* *Non dixit: Vnde venis: fuisti ubi? ubi sunt, quæ tuisti? quare tantam gloriam tanta turpitudine commutasti? sed cito proferte stolam. Tardam misericordiam pater nescit.* Quid igitur mirum, Iesum hodie Patris nomine insignitum morarum impatientem tam festinanter filijs dona contulisse?

48. Alio præterea ex capite Puer sese ad donandum omnia celeriter accingebat, ne moris vteretur. Iesu nomen huiusmodi festinationem inferebat. *Vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab Angelo, priusquam in utero conciperetur.* Lucæ 2. Vocatus Iesus, ante quàm natus? Nō igitur ad diei terminationem expectabit, sed illico, ubi rite poterit, nos omni-

bus Iesus donabit, quia Iesus idem quod festinatio. *Voca nomen eius* (ait Ansel. ex Isa.) *Accelera, Fellina, quia nē dū natus, populū suū solam inuocatione saluabit.* Nē dū natus inuocatione saluat? Quid nō impatiēs sit tēporis consummationis post natalitiū? *Et tu, ò miser peccator* (loquor cū Bern.) *post non dico octo dies, sed nec post octoginta annos solam non rependis voluntatem.*

OBSERVATIO III.

Iesus antè diei terminationem circūcisus, illicò curauit, à se peccati indicamenta proijcere.

- 49. Non egrotas lubiacet medicamini.
- 50. Famulos ablegat Abraham, nē crudelis in cijs appareat.
- 51. Filio aperit arcanum, nē criminis speciem obijciat.
- 52. Curat Moyses magus non haberi.
- 53. Sacerdos se expediat mali indicamētis.
- 54. Inditia mortalitatis excutiat.
- 55. Precipue Religiosi hac lege adstringuntur.
- 56. Speciatim Concionatores.
- 57. Iesus soluit illicò mortalitatis inditium.
- 58. Iob instar, mox lepræ medetur imagini.
- 59. Abstine ab specie delicti.

QUÆRE. *Nemo arguere potest de peccato* (verbis Bernar. vtor) *ipse peccati remedium & verecundum pariter, & austerum sine ulla necessitate suscepit.* Et quare suscepit medicinam, qui minime laborabat? Adparuit equidem in similitudine carnis peccati, ipsum enim nostræ mortalitatis indumentum speciem præ se inquinamenti originarij ferebat. Humanis oculis Iesus incarnationis mysterium ignorantibus peccator apparet? Circūciditur ergo quia non modo peccatum leuissimum à viro iusto debet exulare, sed minima quælibet peccati indicamenta

longe

Fama sinistra notula spiritalis viri, se procuraret di moueri. Ad illud: Post- sumati sunt dies octo.

49. Bern. Scr.

longè ab illo remouèda sunt. Illicò autem, vt ritè potuit, vulnerari cultro patitur, vt ostendat, quàm diligenter vir iustus à se peccati indicia vel leuissima te neatur remouère, Non te sufficit cælesti còspectui iustū ostentari, hominū debitor opetā bonæ famæ nauare còtède.

50.

Ge. 22

Caiet.

Lyran.

Ambr.

Abraham præceptū de immolando filio impleturus, adducens secum Isaac, duobus comitantibus seruis, ad locum à Deo præparatū accedit. Gen. 22. Et quare incessit seruis stipatus? Caiet. *Nec intelligas, quod Abraham per se metipsum strauerit asinum, & sciderit ligna, sed per famulos.* Vt igitur famuli ministrarent, domo egredi iussit. Apèruit nè eis filij immolandi mysterium? Minimè. Ne (inquit Lyran.) *impedirent.* Quanam vi à sacrificio retardarent? Ambros. *Gemitu, aut fletu.* Apud montis fundamina sic Patriarcha ministris: *Sedete hic cum asino. Ego autem, & Puer illuc usque properantes, postquam a dorauerimus, reuertemur ad vos.* Cur non pateris seruos montis verticem tenere, vt testes tanti facinoris æternū possint & parentis fidè, & filij obedientiam decantare? An prohibes, ne tibi obstaculo sint ad executionem? Quid fluxus lacrymarum gladij aciem hebetaret, quem ignis paterni amoris non emolliuit? Conuenientiùs existimo ideo seruos à montis cacumine prohibuisse, quia cum nō oporteret æterni eis Regis arcanum referari, fortasse in scandalum raperentur, sibi obijcentes crudelissimum parentem filij assurgentem in vulnus. Ne igitur iustissimus vir speciè præferret delicti, arbitros facti illius longè curauit dimoueri.

51.

Ge. 22

Quæritur, num Abraham filio aperuerit de ipsius immolatione præceptū an in præstantius cæcæ obedientiæ meritum silentio obfirmarit? Semper mihi prudens visa est Iosephi sententia, qui

in hæc verba senem scribit effusum. *Fi Iosep. li, mille uois te expectatum, postquam in Lib. 1. Antiq. c. 14. hanc uitam uenisti, summa cura, & sollicitudine educanti, mihi beatiuse existimans, quàm si te uirum uidere daretur, & tandem heredem meæ ditionis relinquere. Sed quoniam Deo uisum est, ut te susceperem, & nunc rursum, ut te amitterem, sergense hoc sacrificium.* Requiris iam, quare sacramentum Regis filio aperuerit, qui à seruis id omnino retraxerat? Vt respondeam, locum aliū non facile in expendo. *Ecce Angelus de celo clamauit dicens: Abraham Abraham, ne extendas manū tuam supra Puerum.* Genes. 22. Cum præceptum de immolando filio datur, non uocibus externis, sed menti Patriarchæ loquutus est Dominus; cum autè sacrificio prohiberetur, ualido clamore retardatur. Quare? Ne filius ad scandalum raperetur haud conscius arcani illius, quod cordi fuerat parentis immissū, eum Abraham de sacrificio facit certior. Ne autem, secreto iam referato, fortasse Isaac crederet genitorem patrio affectu à diuino obsequio retardatū, publico Angeli clamore gladijacies obtunditur. Nec enim decebat uel filio ipsi aliquam flagitij speciem parentem exhibere.

Moyse interuentu uirgæ procellas induxit. *Extenditque Moyses uirgam in calum, & Dominus dedit tonitrua, & gradinem, ac discurrentia fulmina super terrā* Exo. 9. At cum intenderet Pharaone in ab exitiali plaga liberare, *egressus à Pharaone, & uibe tetendit manus ad Dominum.* Quare manus nūc leuauit, & non potius uirgam, qua æthera percussit, cælum intonuit, grando cecidit, fulminatoruscarunt? An uirgæ æquè non datū sanare, & percutere? Non dubiū, quin Moyse procurarit, ne inter Magos ab Aegyptijs annumeraretur. Vnde, cum pri-

52. Exod. 9

84

primum aulam Regi ingressus esset, non ipse, sed Aaron virgam in serpente mutandam proiecit, ne aulicis videretur magica arte vsu illam mutationem presticisse. Moyses (inquit Lyran.) *Dū fuerat absens de Aegypto; ideo credere poterant Aegyptij, quod tunc fuisset imbutus magicis artibus. Sed Aaron à iuuentute manserat in Aegypto; ideo non poterant eum ita suspectum habere.* Cum igitur virgæ elevatione tempestatem excitauisset, ne vulgus opinaretur, (loquor cum Procopio.) *magica superstitione virgã esse factam, manus præstitit serenitatis effectrices.* Tã diligens viro iusto studium, nè minus iustus ab hominibus habeatur.

Lyra.

53.

1. Re. 1.

Strictiori id iure ad Sacerdotes attinet bono nomini accurati⁹ inuigilatos. Non bene Heli sacerdos apud Doctores audit. Quare? Num propter negligentem filiorum æducationem? Indignus prorsus laude, qui filiorum correctioni non incumbit. Id quod Patres ad eò culpabili Heli excessui tribuunt, vt lethalter deliquisse affirmet, imo de via excidisse saluari. Ast ego leuiori censura cum ijs sentio, qui opinantur, Heli correctioni quidem filiorum inuigilasse, non tamen id studium publicum effecisse, vti omnibus constaret, sacerdotem fideliter & naturæ, & officij munus expleuisse. Quia igitur sacerdos Heli non fuit de bona fama sollicitus, iustè decus illius à Doctoribus diuerberatur.

54.

Exod. 3.

Quid Dominus Moysi ad celsum vocato ministerium? *Solue calceamentum de pedibus tuis.* Exod. 3. Calceamenta quidem mortalitatis indicia Origine auctore. Dicitur Elcana in Silò cum vxoribus aduentasse. *Erant autem Heli tibi, & duo filij eius Ophim, & Phinees.* 1. Reg. 1. Debèret profecto sacerdos

Heli apud Silò excalceari, seu proijcere mortalitatis indicia, sicut Moyses apud rubum coruicantem. Quia Silò (eodem Origene attestante) interpretatur excalceatio. Templum profecto excalceationis locum Heli excalceatus honorare debèret. Non curauit se se mortalitatis indicamentis spoliare; & ideo sacerdos hîc minus laudabilis prædicatur. Nemo (inquit Orig.) *uita cum mortalitatis indicio incedit.* Talis ergo est locus iste, ubi est Heli minime laudabilis.

Quid dicam de Religiosis ab Aegypto discedentibus, montis cælestis pententibus cacumina? Quam acuratè debent quamlibet sinistrae famæ notulam prohibere. *Solue* (Angelus Moysi apud desertum constituto) *calceamentum de pedibus tuis; terra enim, in qua stas, terra sancta est.* Exod. 3. Qui te ad religionis verticem ex Aegypto recepisti, non modo corporis, ac mentis puritati operam da: verum bonæ apud homines opinioni studere precora. Integram do Origenis sententiam. *Sic dicitur ad Moysen: Solue calceamentum de pedibus tuis. Illud magis pòderandum est, quod cum exiret de terra Aegypti, habebat calceamenta de pellibus mortuis, & erat velut quadam mortalitate confectus. (Cum vero cepit proficere ad virtutem, & ascendere montem Dei: tunc dicit ad eum, vt indicia mortalitatis abijceret, q; in calceamentis pelliceis designatur.*

Orig.

55.

Exod. 3.

Orig.

56.

Quod si ad eos religiosos, qui Apostolico munere proximorum salutem incumbunt, doctrinam contrahere libeat, his Magister: *Nolite (ait) portare saculum, neque peram, neque calceamenta.* Edocentur, quemadmodum bonæ opinioni debeant consulere, qui prædicationis suscipiant ministerium. Rẽperfiat Orig. *Ego puto, quod præterea,*

Orig. quat.

57. *Ap. Apostolis suis Saluator praecepit, ne habarent calceamenta in pedibus suis. Ut apperirent pedes, qui carebant, ad annu-*
ciandam vitam eternam, ut non careret
eternitatis indicio.

Gen. 3. *Serpenti: Ipsu conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.* Gen. 3. *Ex*
 Hiero. *Hebre. Hieron. Ipse conteret caput tuum, & tu conteres eius calcaneum.* Con-

Rup. *tritum genus humanum vulnere pe-*
dibus affectis, ut corrueret, nec posset
per viam salutis incedere. Hinc quasi
verbis ludens Rupertus, data adseruit
gloriam in emorsu pedis vulneris
alligaturam. Calceamentum igitur
mystica mortalitatis erant indicamen-
ta, quemadmodum vitta linea assolet
esse emisi sanguinis documentum, dū
adest vulneris alligatura. Proh Iesu pu-
 Bern. *ritas! Et si non egiit, (inquit Bernard.)*
 Ser. 1. *tamen voluit circumcidi. Nec vestigiū*
quidam vulneris habens, alligaturam
non refugit vulneris. Vulneris peccati
originalis circumcisio erat alligatura.
 58. *Et quis Iesum circumcisionis vulne-*
re affectum cereret, qui non crede-
ret cum peccati originalis gladio inci-
piti vulneratum? Ab hoc itaque mor-
talitatis indicio se se expedit illicō pri-
ma diei octavi luce ad lauacrum accu-
rens.

hummodolepre Iob datur medica-
 men? Vxor in stulticia persistit,
 diuinae magis elongantur, fugit re-
 gnū, amici adhuc molesti, sola sa-
 nities leuamine donatur testula mini-
 sterio. Profecto Iob Christi Domini
 simulacrum, quod sine spiritali cri-
 minis sanie quasi leprosus ostentatur,
 inelamante Profeta, *Vidimus eum quasi*
leprosum. Isai. 53. *Pereant igitur om-*
nia, fama spiritalis viri non laedatur;
omnium temporalium rerum iactura
futurum tempus (vix Iobo accidit)
det remedium; peccati autem indica-
mentū incunctanter oportet ablegari.
 59. *Quodnam, ais, huiusmodi pecca-*
ti indiciorum inconueniens? Respo-
deo, specie mali scandalum suscitari,
quod vitare opere pretium est. Paul.
Omnia probate, quod bonum est, tenete,
ab omni specie mala abstinete vos. 1.
 1. Te. 5. *Tesal. 5. Vbi non à malo solum, sed*
 Ansel. *ab ipso nudo peccati indicimento nos*
iubet Apostolus abstinere. Ansel. ar-
gumentum perficiat. Ab omni specie
mala abstinete vos, id est, non solum ab
eo, quod veraciter malum est, sed etiam
ab ipsa similitudine mali. Si quid mala
specie malum aliquod prae tendit, & si ma-
lum non sit, vos autem abstinentes sitis
ab eo; ne mala specie malum exemplū
detis hominibus. Non enim occasio-
nem male suspicionis de vobis dare ho-
minibus debetis, cum vos malam con-
scientiam non habeatis. Haetenus ille.

OBSERVATIO. V.

Docet Puer maturè circum-
 cisus poenitentiae ma-
 turitatem.

Si heri
 posset
 poenitē
 tia eo tē
 re po re
 fieri de
 beret,
 ac pe-
 catum,

Ad illud: 60. Iesus, Abel in morem, illico obtulit.
 Post- 61. Simul & agrotus & herens medicamini.
 quã co- 62. Te ante tempus poenitentia poeniteat.
 summa 63. Quia sepe peccandi tempore morte cor-
 risipiuntur.
 risipiuntur 64. Dum cadis resurge.
 es octo. 65. Assurge illico à peccato, ne bene ope-
 rãdi dexteritatem oblibifcaris.

60. **N**ON post octo transactos dies, seu post octauæ diei consummationem: sed eiusdem octauæ diei aurora illucescente, circumciditur Iesus; vt doceat nos poenitentia maturitatem. Domino Abel & Cain expiationis sacrificium obtulere. *Respexit autem Dominus ad Abeli, & ad munera eius; ad Cain autem, & ad munera eius non respexit.* Gen. 4. Et quodnam sacrificantis Caini delictum? Paulo superius adnotatur. *Factum est post dies obtulit Cain ex fructibus terra munus Domino.* Abel illicò & adolescentior, & fidelior; Cain post dies senior, & in deuotior. Minimè offerre maturauit.

Amb. D. Ambros. *Duplex culpa Cain, vna. quod post dies obtulit, & non statim.* &c. Iesus circumciditur verus Abel, postquam consummati sunt dies, non post dies sicut Cain; cum primum illuxit octauæ diei aurora, non post dies exactos. Sacrificium etenim in peccatorum expiationem non est villo prætextu differendus.

61. Circumciditur Infans, & ipsum illud circumcisionis medicamini tradi, fuit in similitudinem carnis peccati apparere. Docemur equidem tantæ ægritudini medendum (si fieri posset) in ipsa actione, seu in ipso tẽpore delinquendi. David, *Praueni in matris utero, & clamaui*, Psal. 118. Alij, *in immaturitate.* LXX. *Surrexi adhuc in tenebris.* Ac si diceret: Meo mederi vulneri procurari tẽpore immaturo, quã-

do impossibile est conuerti ad Dominum; quia peccati affectus & effectus poenitentia, non in vna sede commorantur. *Adhuc in tenebris constitutus, seu in ipso tempore, quo à Creatore auertebar, ad ipsum conuerti curabam; simul quodam modo cupiens & apud Creatorem, & apud creaturas cõmorari.* Impossibile omnino eidem puncto peccatum, & poenitentiam mensurari: sed hac exaggeratione ostendo, quàm sit maturanda poenitentia. Circumcisus itaque Iesus ipso eodem tempore, quo peccatori similis adparet, nostræ medetur ægritudini, dicente Beda. *Circumcisione, quam suscepit, non sua, quæ nulla erant, admissa purgauit: sed nostra in se natura vetustatem docuit innouandam.* Innouandam vtique (si fieri posset) tunc, cum vetustate laborat, vt eandem quodammodo nouitas, & vetustas sedem obtineant.

Ecclesiastici consilium prorsus salutare. *Operamini opus vestrum ante tempus, & dabit vobis mercedem vestra in tempore suo.* Cap. 51. Quonam modo ante tempus opus nostrum præstandum? Num ante obitus tempus poenitentiam agere debeamus? Ita planè. Sed accommodatius instruito ante tẽpus poenitentia iubemur poenitere. Mentem expendo. Actio ipsa peccati minimè tempus poenitentia est; quia non eadem via arreptione & à Deo recedimus, & ad Deum redimus. Prodigus primum in regionem longinquam à Deo recedes proficiscitur, postmodum in domum paternam regressus est. Post actionem, seu tempus culpa tempus poenitendi. Docet itaque Sapiens, quàm velociter sit nobis poenitentia studium ad sumendum, si quodam modo debetemus de peccato dolere, cū ipsum perpetramus. Ad quæ

Beda.

Ec. 51.

48

Grego.
ho. 12.
in Eua.

sensum magnum allicio Greg. profā-
tem. *Si sciret quisque de presenti seculo
quo tempore exiret, aliud tempus voluptatibus, atque aliud pœnitentia aptare potuisset. Quasi hinc concludat. Quia ignoramus exitus tempus, non debemus aliud voluptatibus tempus aptare aliud pœnitentia. Sed, si fieri posset, idem tempus & voluptatibus & pœnitentia ad eum esset (posita hominum ad voluptates deuiatione) tribuendum, vt si male sana (proh dolor) voluptate fruereris, simul & pœnitentia carpereris affectu.*

63

Ap. 18.

Aret.

Rationē requiris? Ea in promptu adest. Non semel ea ipsa peccandi actio nouissimam vidit calamitatē, nec aliud nobis pœnitentia tempus exhibetur. *Ioannem audi. Vt & ciuitas illa magna Babylon, quoniam vna hora venit iudicium tuum, & poma desiderij tui discesserunt à te. Apoc. 18. Vbi Aretas idem ait esse poma, ac opportunitatem. Poma desiderij Babilonis quid nisi voluptates? Quid nisi pœnitentia occasio oportunitas? Querimus, quonam modo & voluptatis affectus, & pœnitentia studium possint copulari? Hac exaggeratione innuitur, quam illico nobis sit à casu surgendum. Deberemus (si posset fieri) dum iniuste voluptati vacamus, dare simul operam oportunitati ad pœnitentia exhibita. Quare? *Quoniam vna hora venit iudicium. Hoc est, sæpe eadem hora, qua fruimur voluptatibus, intempestiuo casu corripimur.**

64.

Pro. 24.

Prohibitorum prudentia *Septies in die cadit iustus, & resurgit. Prou. 24. Septies, id est sæpe sæpius grauiter fortasse delinquit. Si toties cadit, quonam modo iustus appellatur? Tam velociter resurgit, vt quodammodo nomen iusti videatur retinere, quasi eodem te*

pore cadens, & resurgens. Pulchre Paschal. *Cadit quidem iustus per varios delictorum excessus, sine quibus nostra mortalitas non subsistit, sed resurgit illico per humilem confessionem. Alioquin non iustus interea cesseretur, dum incidere, si non iustificatus continuo veniam resumeret. Illud expendo: Non iustus interea diceretur, dum incidere. Dum incidit, iustus censetur? Non ne aptius iustus cesseretur post resurrectionem? Concurrunt duo velocissimi cursores, quorum vnus lapsus offendiculo cadit, sed tam velox adsurgit, vt vix nobis in mentem veniat eum incidisse; vnde illi ipsa actio seu tempus cadendi, quodam modo actio seu tempus resurgendi ostentatur. An non, quemadmodum de quibusdam peccatoribus vates, *Deieisti eos, dum alleuarentur. Psal. 72. de excidentibus iustis possumus affirmare: Eleuasti eos dum dei cerentur; quia sicut in illis illud eleuari (cum Aug. loquor) iam deieci est: in istis illud deieci, iam est quodam modo eleuari? Exaggeratio quidem perficiens argumentum.**

Multis equidē rationibus allicimur ad pœnitentia maturitatem. Sed illa non mediocriter videtur vim nobis in ferre; vt videlicet ante actū laudabiliter vita non omnino obliuiscamur. Nam qui longo temporis interuallo permanet in culpa, cum, Deo præstante, ad gratiam resurgit, immemor iam exercitamenti virtutum, nouæ facilitati inquirendæ debet operam nauare. Lapsus Episcopo Iesus. *Memento vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. Apoc. 2. Duo indicantur, lapsus & obliuio; duo suadentur, pœnitentia, & primorum operum exercitamentum. Qui non illico surgit, quasi oblitus est gradus, vbi comorabatur, nec scit quod tendat, amissa bene operandi dexteri-*

tate; unde difficilis huiusmodi delinquenti poenitudo. Pasch. ad hæc. *Omnis qui manet in morte, nescit quo eat; quia tenebrae obcauerunt oculos eius.* Quare nescit quo eat? Quia mansit in morte, non per transeam, sed diu apud crimina læthalia commoratus, nescit, quò tēdat, prioris gradus oblitus. Unde accuratè debet ad memoriam reuocare, ex quonam exciderit fastigio. *Memento unde excideris*, vt ad pristinum gradū non quidem meritorum, quæ per poenitentiam reuiuiscunt, sed dexteritatis ad rectè operandum non sine ingenti difficultate perueniat. Ideo adijcitur: *Prima opera fac*; vt scilicet dexteritas operum replicatione acquiratur. Hinc Naso.

Quid.
I. r. de
Reme.

† Sed propera, nec te venturas differ in horas,

Qui non est hodie, cras minus aptus erit.
Quia videlicet assidua prouolutione eā amittit dexteritatem, qua facilimè ad iusta quæque deferebatur.

Principi-
pe plus
quā ob-
seruato-
re legis
subditus
iustus
est ob-
serua-
tor.

OBSERVATIO VI.

Circumcisio propera Iesu ante præcepti angustias cogit nos, vt debito tempore promptè obediamus.

Ad
illud:
Post-
quā cō-
iūma-
ii sūt di-
es octo.

66. Iesus plusquam obediens legi.
67. Abraham plusquam obediens, vt Isaac obediens prabeatur.
68. Assimile Iosue exemplum.
69. Petro plusquam obediens, subditi obedimus ad libram.
70. Ce nuntioni ultra debitum seruis submisso serui parent.
71. Christo sub creaturis constituto creaturæ obsequuntur.

Ambrosius ad hæc, *Quis circumci-* 66.
ditur Puer nisi ille, de quo dictum Ambrosi
est: Puer natus est nobis, & Fi-
lius datus est nobis, cuius imperium super
humerum eius? Factus est enim sub lege,
vt eos, qui sub lege erāt, lucrifaceret. Imo
plusquam sub lege effectum contem-
plor, dum eum obijeio antè termina-
tum diem à lege constitutum circum-
cisioni parère. Legis limites prælatus
obedienciæ perfectione transfiliat, seu
plusquam obediens ostendatur, vt sub-
diti ad libram legi pareant.

Abrahæ exemplo confirmabo. *Tol-* 67.
le (inquit Deus) *filium tuum unigenitū,* Ge. 22
quem diligis Isaac, & vade in terram
visionis, atque ibi offeres eum in holocau-
stum. Subdit illicò Moses. *Igitur Abra-*
ham de nocte consurgēs, &c. Vbi Abul. Abul.
Hic ponitur Abrahæ obedientia. Fuit e-
nim ista reuelatio facta de nocte. & A-
braham, quia valde obediens erat, nō ex-
pectauit diem, sed immediate consurgens
cæpi tradere executioni. Etcum o virorū
fidelissime, non expectas solis exortū?
An præceptum tibi, vt noctis articulo
consurgas? Minimè. Siste ergo vsque
ad plenam noctis consummationem.
Valde obediens erat Abraham, quia Ie-
su referens imaginem, tempus non ex-
pectat præscriptum, vt commodè filiū
ad necem adduceret: quemadmodum
Iesus non expectauit diei terminatio-
nem, vt circumcisionis vulnere ad fice-
retur. Iam do quæstioni, num pa-
ter filium renuentem colligarit? Res-
pondet Abul. Non est putandum, quod
Abraham ligauerit Isaac inuitum; quia
potentior erat Isaac suo patri. Vndenam
allicitur adolescēs ad promptè obedi-
endum genitori, manus que ac pedes vo-
luntarijs vinculis offerendum? Profe-
cto Isaac, patte aperiente, cognouit se
cogente præcepto moriturum eodem

renore, quo processit; vade prompte paruit, quia sibi parentem proposuit plusquā obedientē, assurgentē de nocte ante præcepti instantiam, plusquā celerē, plusquā prōptū. *Valde obediēs erat.* Quid si Iesū in parēte cōtēplaretur?

68. Iosue Moysis minister appellatur. Ex. 24. Num. 11. Deut. 1. Successor eiusdem constituitur. Num. 37. O quā merito, qui sese obedientē præstiterat, in magistratus munus assumitur. D. Ephr. *Iesu filius Naue perfecta sua obedientia tantum donum promeruit, ut Moysis successor fieret.* Illud pondera: *Perfecta sua obedientia.* Quia non solum obedire didicerat, sed perfecte obedire, ultra debitum scilicet transiens, ad prælaturā eleuatur. Deus sic eum ad præstandum obsequium inortatur: *Cōfortare, et esto robustus valde, ut custodias, et facias omnem legem.* Ios. 1. Ad imperandum autem in hunc excitat modū: *Cōfortare, et esto robustus, tu sorte diuides populos.* Ibid. Vbi acutē Caiet. *Bis dicit ad Iosue verba: semel relative ad distribuendum sub acta terra filijs Israel: iterū relative ad custodiā legis, et hac vice ad inaugurātur due dictiones, Cōfortare, et Roborate valde.* Ac si diceret, ut obedias esto robustus valde, siue sis valde obediēs, instar Abraham. Non autē opus est tanta virtus ad imperandum; quia si te valde obedientē Deo viderint subditi, promptē ipsi præstabunt obsequiū.

69. Prælationis manus Dominus iniūcturus Petro, ait, *Simon Ioannis, diligis me plus his?* Cui Apostolus. *Etiā Domine, tu scis, quia amo te.* Quod cū saepe Iesus replicaret, similiter respondet Ecclesiæ Præsul. 12. D. Tho. *Simō obediēs, Ioānes gratia Dei, quasi obediēs gratia Dei.* Profecto Iesus curat ostēdi Apostolū plus his, seu præ omnibus amantem, obedientem. *Nam licet responde-*

rit Petrus, Etiā Domine, tu scis, quia amo te, (Cū Aug. loquor) non autem addidit: Plus quam his. Cum autem Dominus, aperiēte Petro, velle manifesta obedientiā Petri esse omnium præstantissimam, non semel eandem replicat quæstionē. Ostendo iam, quare de præstantia obediētix Simonis sollicitus Magister appareat? Singulis interrogationibus Dominus adiicit: *Pasce oves meas, Pasce agnos meos.* Omnium equidē prælationis munere fungens, obediētissimus deprehēdendus est; ut plusquā à lege præscribitur, operāte magistro, ad æqualitatē subditus legi satisfaciat.

70. Fidelis Centurio suum sic describit præsulatum: *Domine non sum dignus, ut in domum meam intres; sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus.* Nam ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites. Math. 8. Vimillius Mat. 8. particulæ expono: *Habens sub me milites.* Milites sub te constituens, sub militū teneris potestate? Hugo Card. *Prælati debet confiteri se esse sub altero.* Ro. 13. *Omnis anima potestati sublimiori subdita sit.* Ac si diceret Centurio. *Milites meæ subduntur ditioni, promptē obtēperant; Dico enim huic, vade, et vadit; et alij veni, et venit.* Nec a meæ voluntatis executione poterāt remoueri, qui me prælatū sibi vidēt obtēperantē, ac sub potestate cōstitutū. D. Ber. *De indignatio subiectionis prælationis reddit indignū. Videant in vobis subditi, quid redhibeant, seu reddāt.* Id enim reddere debent subditi, quod à prælato accipiunt. Accipiunt obsequium à prælato? Hoc proculdubio tenentur redhibere. *Qui pulchre (subdit) locutus est beatus ille Centurio: Ego homo sum sub potestate constitutus, habes sub me milites.* Id est, milites me sub se continent obsequentem, ut milites sub me contineam; qui quidem me

Aug
ibid.

70.

Origo
Remo

Mat. 8.

Hugo.

Ro.

Mat. 8.

Mat. 8.

Bern.

Epilo.

42.

Mat. 8.

Mat. 8.

Mat. 8.

Mat. 8.

Mat. 8.

Mat. 8.

me plusquā obedientē obijcientes, nō possunt non iustos se se meorū præceptorum ostēdere observatores. Illustro argumentū ex Solonis proloquio. *Solo percontatus* (ait Stob.) *qua ratione salua posset esse ciuitas, respondit: Si cives obtemperarent suis magistratibus, magistratus autem accuratius Regibus.*

71. Redeo ad Iesum. Paul. *Se metipsum exinanivit, factus obediens usque ad mortem, propter quod & Deus exaltauit illum &c. ut in nomine Iesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium, & infernorum.* Phil. 2.

Et quonā quæro, exemplo excitatur caelicola, terricola, & inferni habitatores ad obedientiam? Num quia Iesus aeterni Patris voluntati seruit, an quia obedientiæ cultor erga parentes Mariā & Ioseph, erga Præsidentem ostentatur? Certè non ex illo capite, quod Patri obtemperat caelesti, nos excitat ad obedientiam prepositis: (nec enim mirum si iustam Dominus, debitam que obedientiā exhiberet Genitori) sed quia subditus hominibus, plus iusto, plus debito

exequitur. Excogitauit pulchrè Caiet. *In hoc, quod Deus factus est homo, Deus filius Patrem non solum existimauit, sed fecit maiorem se, faciendo se minorem. Non inde propensiores ad obedientiam sumus; Iesus namque soluit, quod debuit. In hoc autē, quod factus homo, humiliauit se met ipsum sub lege, sub parentibus, sub Præsidente Pilato, propensioris humilitatis, & obedientiæ nostræ exemplum fuit.*

OBSERVATIO VII.

Circumcisionis Iesu pererogatoria maturitas docet nos operum pererogationis exercitamenta.

- 72. Pererogatoria circumcisionis maturitas Ad illud: *pus fructuum exigit ficus.* Post-
73. Ante famis tempus elurians Iesus ante tempus si qua cōsumantur
74. Pererogationis operibus Iesus pascitur.
75. Aquam libauit Dauid Iesu ante tempus si sumantur
76. Maturauit Abraham sacrificium, Iesus circumcissionem maturante. *ut sunt*
77. Maria expectat purificationis tempus, quia dies o-
Iesus circumcisionis horam expectauit. *Et.*

ANTICIPATIUE demum Iesus uultu 72. nere hodie ostentatur affectus, ut opera pererogationis nobis comēdaret. Pererogationis pro se deo opus, priusquam sub fine diei præcepti necessitas urgeret, anticipatiue exordie te die, gloriā iustitiam sustinere. Priusquā urgeat præceptum, anticipatiue ieiuna, peccata aperi ante annuæ confessionis obligationem, mense inhare Eucharistiæ, anticipatiue que ad extremā indigentiam manū inopi adaperi. Debetur hoc sanè Iesu & circumcissionis cultro uenerato, & antè temporis instantiæ legis, qua non tenebatur, obseruatori.

Esuriens aliquando accessit ad ficū, 73. si quid forte inueniret in ea, cum uenisset, nihil inuenit præter folia; non erat enim tempus ficorum. Mar. 11. Ficus o Dñe. Ma. 11; requiris, cum ficorū opportunitas aut elapsa, aut non mox aduentura? Num in pecuniæ penuria largum antè solutionis tempus exigis debitorem? Ficū, uel terius, maledictione afficis, quod extra tempus fructibus nō reperiat onusta? Quorsum talia? Doctores antiqui, & moderni multi sunt in reddenda maledictionis huiusce & literalis, & mystica ratione. Nouam, ni fallor, dabo instituto nostro convenientem Dionis. etc. Carth. causam obijciens, quare Dñs iusserit ficū uelut inutile are fieri, cū nodū ficorū opportunitas aduētas- set, inquit, *Respondendū, quod Dominus*

Pererogatio- nis ope- ra in præsu- le exist- tāt sub- ditos ad imita- tionē.

famem anticipatiue assumpsit. Ac si diceret: Christus, antequam passionis subeundæ tēpus à Patre designatū appropinquaret, voluntariè famē pati nō de dignatur, uti Matheus ait: *Mane esurijt, & videns fici arbore*. Et Esurijt, in quā, manē, ut opus hoc pererogationis exhiberet sui incredibilis erga nos amoris documentum. Si igitur Iesus mane esurit ante vespere illius tēpus crudelissimū: quid si tu anticipatiue ante tēpus operis ex præcepto efficiendi, o ficus factua, tanto Principi libes deuotionem?

74. An non anticipatiue Dominus elutit, ut operibus anticipatiue effectis illū reficiamus? D. Chryso. audiendus. *Est in arbore fici similitudo hominis, ad quem Dñs esurtes venit. Quid autem esurit in te Dñs? Tu operaris, & Dñs pascitur; tu obsequeris, & Dñs saginatur.* Fructus sanè precoces debentur illi, qui amans hominū anticipatiue esurire dignatur.

75. Siti olim belli excitata feruore Dauid vrgebatur. Quod eū ad extinctionē illius aquā de cisterna Bethlehemitica expeteret, datū ei optatis frui triū fortissimorū militū ministerio. At cum Rex fortior planè operā daret se vincēdo; quē admodū milites pericula superando, aquā minime hausit, sed propto animo libant eā Dño. 2. Reg. 3. Et cur non epotauit? Prophetā ex Bethlehē cisterna ad Pueri Bethlehemitici cōtēplationē eleuatū reor. Eum profecto sibi obiecit & in natiuitate, & in circūcisione siti vexatū. Vnde cecinit ipse ex ore Dñico. *Cucurri in siti.* Psal. 61. Vbi Aug. *Vsque in finem ab initio currit, & sic.* Si manē esuriebat nostræ anxius salutis, iam manē ante perfectū diē octauum sitis stimulis effundēdi sanguinē agitur. Opus itaque hoc pererogationis consecrat Dauid Dño pererogatoriè sitenti. Pulchrè Ambr. *Profudit*

aquam Dño, ut ostenderet, quod concupiscentiā suā Verbi consolatione restingeret. Et quæ nā sitis non expleatur siti Pueri Bethlehemitici menti exposita?

Iugulaturus Abrahamā filiū, non expectata aurora, se se accinxit ieiineri. De nocte consurgens. Gen. 22. Hebr. *Et anticipauit Abraham in mane.* Ambr. *Exurgens autem non solum sequenti die, sed etiam diluculo.* Quare tam anticipatiue exurgit? Respondet idem Pater, *Prophetauit.* Quid? Huiusmodi planè anticipatum opus deberi ei, qui anticipatiue si militer surgere conabatur. Mentem expono ex Lyranī mystica interpretatiōne. *Per Isaac (inquit) qui interpretatur, Risus, significatur Iesus, in cuius natiuitate risum fecit nobis Deus. Angelo in clamat. Ecce euangelizo vobis gaudium magnum. Per Abrahamā, qui interpretatur, Pater multarum gentiū, intelligitur Deus Pater, quem charitas, qua Deus est, tentauit, hoc est, ad offerendum Filium suum unigenitum induxit. Igitur Abrahamā de nocte consurgens, id est, Deus Pater (attende) vetus Testamentum quantum ad legalia relinquens. Et quando de nocte, seu diluculo Pater surrexit, ut legalia relinqueret, nisi in Iesu circumcissione? Vbi aucto. Epiphani. circumcissionis legalis acies hebetatur? Si igitur ante tempus debitum, ante diē octauī consummationē diluculo primo Pater exurgit ad Filium vulnerandum: quid prophetans Abraham nō exurgat de nocte, non anticipet in mane?*

Mirum, si tantum opus non in Abrahamā filiā effulisset. *Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ secundum legem Moysi, tulerunt Iesū in Hierusalē.* Luc. 2. Duplici ex capite opus hoc pererogationis fuit. Vno, quia lege Virgo non illigabatur. Tit. Bostr. *Eleganter Euangelista protulit, quod impleti sūt dies*

se affirmasse apparet Puerū vulneratū.

pressè ostendit Infantem nostrū circū-
cisū, dum affirmat, impleto dierum o-
ctonario, quando puer circumcisionis
vulnus sustinebat, impositū ei fuisse no-
men Iesu; quod quidē iuxta Hebræorū
consuetudinē nullatenus nisi post cul-
tri ictum imponeretur.

2.
Ammo
Alexā.
Ambr.

Affirmauit id proculdubio Lucas;
sed diuersimodè veritatem hāc è tex tu
Doctores eliciūt. Ammon. Alex. Am-
brof. & alij sic. *Postquam consummati
sunt dies octo*, id est, postquam aduenit
dies octauus circumcisioni puerorū
indictus; & postquā in illo circūcisus
est Puer, illi Iesum nomen impositum
est. Nam quia consuetum erat, & lege
præscriptū, vt infantes circūciderentur
ideo Euāgelista potius id tanquam in-
dubitātū, manifestum què supponere:
quā dissimilè narrare visus est. Quia ve-
rò nominis impositio propria, & pecu-
liaris fuit, ideo de illa distinctius scripsit.
Quod si textū Græcū expendas, id aper-
tius indicatur. Additur enim coniunctio
Et, hoc modo: *Postquam cōsummati sunt
dies octo, vt circūcideretur Puer & vo-
catū est nomē eius Iesus*. Illa enim dictio

Suar. 3.
P. d. 15.
f. 1.
Caiet.

copulatiua manifestè supponit (Suar.
Auct.) illū circūcisum esse, & præterea
eidem impositū nomen Iesu. Pressius
Caiet. *Deest* (inquit) *coniunctio, Et. Vn-
de apparet, quod textus cōcisus est. Et vo-
catum nomen eius Iesus*.

3.
Auct.
mens.

Enim verò nullū opinor verbū esse
sub intelligendum, aut coniunctionem
supponendam; sed sententiā omnino
in illo terminandā: *Vocatum est nomen
eius Iesus*. Nam cum certū sit in circū-
cisione nomen pueris imponi solitum,
(vti inferius ostendam) tantūde fuit, di-
xisse Lucā, conuenienti ad circūcisionē
tempore Iesu nomen impositū, ac fuis-
se circūcisum. Apud nostrates haud
nomen accipit infans, nisi cum aqua in-
tingitur salutari. Si indicare contēdas
filium tuum heri fuisse sacra dilutum
vnda, apertè innues, dū proferas; *Heri
puero meo nomen impressi*. Quis non in-
telligat sacro eum fote submersū, aqua
aspersū sacratissimā? Lucas igitur ex-

Edocet Scriptura peccato-
rum flagitia non esse ponē-
randa, sed quasi per transē-
nam innuenda.

Pecca-
taproxi-
morum
obuelā
da.

Ad
illud:
*Vt cir-
cūcide-
retur.*

- 6. Pie Lucas Iesu circumcisio nem obicit.
- 7. Crimen fratrum Ioseph ab Scriptore sacro non manifestatur.
- 8. Nec Caini verba inuiose iactata.
- 9. Nec Saulis flagitia, & damnationem.
- 10. Nec Angelorum casum.
- 11. Nec diaboli blasphemiam.

AD hęc nō possum non Ecclesie
stylum mirari, quæ quidē Euā-
gelistam secuta, nullā in sacro
officio de circūciso Infāte peragit me-
moriā. Nū Lucas, Ecclesia que id præ-
teriēre, ne peccati medicamē omnimo-
de Christi puritati detrāhere videretur?
*Quod Iesus nō cōmiserit peccatū, etas ma-
nifestat*, (Bern Auct.) *quod nō cōtraxerit*
*multo certius probat Patris Diuinitas, Ma-
tris integritas*. Hoc apud fideles, apud sa-
piētes. Verū pie Luc. & Ecclesia subti-
cēt, quia nullū vnquā proferēdū est ver-
bū ex quo vel apud infideles, seu indo-
ctos vir iustus aliquo inquinamēto ma-
culatus possit existimari.

4.

Bern.
Ser. 1.

In conspectu Ioseph fratres graui ad-
modū crimine fædātur, q̄ omnino Mo-
ses silētio obuoluit. At cū necessū fuis-
set ostēdere, Iosephū ad patrē fratrum
crimina obtulisse, ait, *Accusauit fra-
tres suos apud patrē crimine pessimo*.
Gen. 37. In Hebr. habetur, accusauit

5.

Ge. 37
fra

fratres suos apud patrem, nec villa de pel
Burgē- simo cōsuevit sic memoria. Sic Burgē.
In Hebraica lingua in hoc loco non est
dictio significans crimen pessimum, nec
S I rixā. Cur ita? Scriptura mos peccatorū
excessus quasi per trāsēnā magis atterē
gere, quā exprimere; eos innuens solū
modo, quatenus aliquod crimen mate-
riam deberet Iosephi a cōsulatione mini-
strare.

6. Ingens profecto Cain flagitiū, in
fratrem innocentē in furto xille. Sed ne
scio, an horribillus crimē, quā xille oc-
casiones, ut lafraterna charitate recedēs,
stare crudelissimē interficeret. Dixit
que Cain ad Abel fratrem suū: Egre dia-
mur foras. Gen. 4. Vbi Dyr. Aliud quod
subditur in translatione nostra: Egre dia-
mur foras, non est de textu. Et ideo dicunt
Hebraei, quod Cain dixit: Abel fratri suo
verba iniuriosa, quærens occasiones occi-
dendi cum licet nō sint in textu expressa il-
la verba. Num à Moise tantū flagitiū
prætereundum? Mirū si sacra Historia
non obiter peccatorū indicaret excelsus,
sed ex professo recenseret.

Gen. 4.
Byran.

7. Cuiusnam criminamihus huiusce-
modi comitate digna, quā Saulis in sibi
obsequentissimū, & munificentissimū
insurgens? Audi obsecro, quonā mo-
do David & illa memoret delicta, & re-
ferat supplicium. *Ut canis peccatoris nō
moueatur me. Illic ceciderunt omnes, qui o-
perantur iniquitatē. Psal. 35. Euthy. Per
peccatorem (inquit) Saulē intelligit, &
subdit: Illic ceciderunt omnes, qui operan-
tur iniquitatem. In cuius expositionem
quæris, quidnam particula hæc: Illic sig-
nificet? Respondet Genebr. Illic idem
est, quod in gehenna. Vt illud: Quidus egres-
sus sum de utero matris meæ, & nudus re-
uertar illuc. Illuc non in uterū matris, sed
in sepulchram. Sic hōc, Illuc, id est, in infer-
no. Euthy. autē sic expōndit: Illic, id est,*

Gen. 1.
Interli.

Gen. 1.
Interli.

in loco a Deo constituto. Vt Illic ad quem
cūque locū a Deo constitutum significā-
dū sit indifferens. Iam expēdo testimo-
nij vim. Si Saul ob horribilia flagitia
iudē erat gehenna amandandus, quare
nō id exprimit catmē Dauidicum? Pro-
fecto de more Scripturarum non modo
non exponit aperte, sed, omni adhibi-
to conatu, fugit ab expressa tantū hostis
dānationis enarratione. *Ceciderunt, ait,
omnes, ne de solo Saule sermonem te-
xere videretur, si forte in note loeret sa-
pientiæ alicui illa particula Illic gehē-
nam significari. Ceciderunt (inquit) in
locum a Deo constitutum. Quis scit ex tex-
tus expressione, an ē superbie fastigio
cecidere ad locū a Deo præparatum, ut
pœnitentiæ operibus diluāt flagitia.*

Quid si huiusmodi figuratur Scriptura
stylo, cum diaboli crimen adferat in ser-
monem? Rogas, num peccati Angelo-
rum, eorumque damnationis in sacris
mentio fiat? Affirmatiuē respondeo.
Diuisu (inquit Moyses) lucē a tenebris.
Gen. 1. Interli. Filios lucis edocet à fi-
lijis tenebrarū esse diuissos. Hoc est, bo-
ni Angeli à nequā Spiritibus suere se-
moti. Hic itaque & peccati Angelorū
sub tenebrarum metaphora, & æterni
supplicij sub diuissionis vocabulo memo-
ria peragitur. Vide quam breuiter per-
stringat Scriptura tantā a monum ma-
litiā, tam longū supplicium danatorū.

Diabolus sic aduersus Iob patientis-
simum Creatori. Tange (clamat) cuncta
quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi
Cap. 1. Profecto textus vsus est benedi-
cēdi vocabulo pro maledicēdi dictione
ne scripturus, *Nisi in faciem maledixerit
tibi. Quare per huiusmodi blasphemiam
percurrat oratio? Pulchre Chrysost.
Benedixerit, (ait) id est, maledixerit. Ete-
nim Scriptura benedictis maledicta vela-
uit. Accomodans autē nostræ doctri-*

8.

Gen. 1.
Interli.

9.

nā vilitati, subiūgit. *Et quare hæc scripta sunt? Vt tu fidelis discas, cū alicuius malitiam narraueris, eadem verbi honestate velare.* En quare Lucas, ecclesiasticus q̄ sermo tam leuiter attingit Pueri circumcisiōē. Alias causas propono, & illu- stro in panegyricis Observationibus.

¶ Vbi nam Puer circumcisus?

IO.

Q Vidam in Synagoga factam fuisse Iesu circumcisiōem existimant, ei hærentes fundamento, quod Iudæi nūc in Synagogis circumcidūt. Quis equidē affirmatibus se id præstare, quia olimita effectum, non adhibenda fides utpote tenebris infidelitatis obcæcatis: præcipuē cum Scriptura circumcisiōē non in Synagogis, sed in domibus, aut locis alijs extra Synagogas factam esse commemorat. Non ne Abraham vna die se, & Ismaelem, vernaculos, cūctos que domesticos non in Synagoga, quæ tunc non erat, sed domi circumcidit? Gen. 17. Num Sephora in diuersorio, dum iter ageret, filium non petra vul- neravit, ne incircumcisus ab Angelo interficeretur? Exod. 4. An non Iosue circumcidit Israel filios in valle præpu- tiorum? Ios. 5. Non igitur vllus locus specialiter à lege præscriptus, in quo circumcisio celebraretur.

Gen. 17.

Exo. 4.

Ios. 5.

II.

Hilar.

Pl. 128.

Hinc minus probabilem D. Hilarij censeo opinionem docentis in Tēplo Hierosolymitano Dominum de more circumcisum. *In hoc (inquit) octauo die- rum numero, cum Christus circumcisiōe non egeret, oblatus in Tēpto est, ut in corpore eius humana carnis recideretur infirmitas Meueor, quia ante diem quadra- gesimum à Natiuitate ad Templum iufans minimè adducebatur. Præterea non possent infantes omnibus ex locis, vbi Iudæi commorabantur, intra octo*

dies ad Templum Hierosolymitanum peruentare, si de more sentit Pater cō- mune Iesu, & omnibus ad Templum causa circumcisiōis adduci.

Obstat Lucæ nostri testimonium. **I 2.** Enarrans enim Ioannis circumcisiōē, ait, *Et factum est in die octauo venerunt circumcidere puerum.* Cap. 1. Venerūt siue ad Synagogam, siue ad Templū. In domo ergo minimè circumcisio pe- racta. Imo contrarium prorsus ex hoc loco deducā. Si enim in Synagoga aut in Tēplo circumcisio esset celebrata, dicendum erat: Tulerunt Puerum, vt circumciderent eum, sicuti de Iesu ad- firmatur inferius, *Tulerunt Puerum, et susterent eum Domino.* Luc. 2. Quia in Templum, vt præsentaretur, portaba- tur. At dum dicitur: *Venerunt circumci- dere Puerum,* significatur, ad locum, in quo puer manebat, ventum esse, vt cir- cumcideretur. Adde verbum: *venerūt* non ad Ioannis parentes referendū; sed ad illos foris commorantes, vicinos vtrique, qui causa solennis circumcisiō- nis aduenerant. De his namque statim adiungitur, *Et vocabant eum nomine pa- tris eius Zachariam.* ibid.

Luc. 14

Luc. 2.

Tota iam controuersia in eo sistit, **I 3.** an Iesus circumcisus apud domum Ioseph, vel in spelunca Bethlehemitica? Nizephorus in domo Ioseph Iesu circumcisum adfirmat. Sentio tamē in spelūca, seu domo Bethlehemitica Iesū sanguinē sacratissimū circumcisiōis, accepto vulnere, profudisse. D. Epiphā. *Christus natus est in Bethlehē, circumcisus in spelūca, oblatus in Hierusalē.* Epiph. har. 2. In spelūca inquā, id est, circa præsepiū in cōmuni diuersorio, vbi à Magis post modū adoratur. Huius sententiæ vali- dū fūdamētū, quia (vt ostēdit Suar) Dei para vsq̄ ad Purificationis tēpus ab spe- lūca, seu cōmuni diuersorio nō recessit.

Aucto. expol.

Nize. l. 1. c. 12

Epiph. har. 2.

¶ Spiritualis circumcisiōis, seu Pœnitētiæ facilitas.

NV.

14. Nullus locus non aptus pœnitentiæ.
15. Sex ciuitates refugij vbique peragenda pœnitentiæ typus.
16. Pœnitentiæ facilitas.
17. Ideo non omnes vrbes hæc trans Iordanem.
18. Aliæ tres ciuitates pro maiori fugientiũ commoditate deputantur.

14. **V**idimus nullum à lege præscribi locum, vbi circumcisio celebrari deberet, quia & in domo, & in agro, & quouis in loco legimus Hebræorum infantes circumcisionis vulnerare affectos. Et quam iustè, si circumcisionis Sacramentum non solum nostrum Baptisma, sed & pœnitentiã figurabat. Nullus specialis pœnitentię, aut confessiõis delictorum locus deputatur; vti hinc pœnitentię facilitas valeat commendari.

15. Cuius equidem gessit Dei prouidẽtia typum circa ciuitates ad peccatorũ refugium assignatas. *De ipsis* (inquit Deus) *opidis, quæ Leuitis dabitur, sex erunt in fugitiuorum auxilia preparata, vt fugiat ad eas, qui fuderit sanguinem.*

Nũ. 35. Num. 35. Quidnam obsecro, sex præscriptæ ciuitates portendebant, nisi pœnitentię virtutem, & facilitatem? Præmitto pulchram Rabani allegoriam, & nominantis vrbes, & earum innuentis ex appellatione mysteria.

Raba. Si forte (inquit) pro conscientia peccatorum ciuitates terra promissionis, idest, Ecclesiæ non audes intrare: sex tibi refugij vrbes à lege præscribuntur. Non ne prima Bosor, idest, *Angustia*? Est Bosor contra Iordanem, quæ interpretatur *Angustia*, quæ bene est de Tribu Ruben, eius scilicet, qui patris thorum maculauit. Secunda Ramoth, seu *Excelsa mors*. Est Ramoth de Tribu Gad, quæ interpretatur *excelsa mors*; vnde enim excelsa mors pœnitentiã dicenda est, cum mortificaris mēbris, ducitur homo ad excelsa cali, vnde

cecidit. Tertia Gaulon seu *Volutatio* dicta aperit mysterium. Est Gaulon in finibus Manasse, qui interpretatur *volutatio*, vt memineris te in cinere & silicio esse *volutandum*. Et hoc in finibus Manasse, qui interpretatur *Obluius*, vt obliuiscaris, quæ fecisti, & ad meliora te extendas. Iam quartæ Cades scilicet, seu *Sancta* typum expendit. Si quid vitiliter egeris, ad Cades poteris peruenire, quæ interpretatur *sancta*, vt cum in tribulatione opus corruptionis abieceris, ad sanctam tibi Ecclesiam tribuatur accessus, vt in sorte Nephtali, quæ dicitur *Vitis*, Dominiũ sanguinem participare merearis. Quintæ Hebron videlicet, siue *Coniugium* pendit allegoriam. Hebron quoque tibi patebit, quæ interpretatur *cōiugium*; reuertetur enim anima tua ad sp̄sum suum, quem amisserat per peccatum. Sextam denique Sichen, seu *Humerus*, labor sic describit. Tandem vero Siche in trabis, quam Ioseph noster sibi in hereditatem elegit, in qua, & sepultus est, & interpretatur *Humerus*, vel labor. Vt ostendat te per laborem pœnitentiæ ab errore tuo humeris Christi reportatum, & nonaginta nouem cuius adiunctum, effectum esse centesimum: quia Sichen ab alienigenis comparata est centum agnis. En sex refugij vrbes & affectus & effectus pœnitentiæ apprimè designantes.

Iam pœnitentię facilitatem ex horum vrbiũ speculatione ostendo. 16. Tres (inquit lex) erunt trans Iordanem, & tres in terra Chanaam. Num. 35. Nũ. 35. Terra Chanaam, idest cõtra Iordanem. Lyran. Licet trans Iordanem habitarent tantum duæ tribus cum dimidia, tamen tot erant ibi ciuitates refugij, quot erant cõtra Iordanem, vbi habitabant nouem Tribus cum dimidia. Perquiro, cur vrbes æqualiter non respondeant tribuum

manu Deiparentis? Num dignior aliqua, quæ carnem contingeret sanctissimam? Quæ Deifico sanguine tingeretur? Mecum sentit Auctor libri de vera Circumcisione, qui inter D. Hieron. opera extat. *Christus (ait) octava die circumciditur a Matre, & tunc quasi homo, qui promissus fuerat ipsi Abraham. Auctor item Lament. Virg. Bernardo adscriptæ. Virgo (inquit) Christum genuit, lactavit, octava die circumcidit.*

¶ Num culter lapideus?

21. **D**Ubiū parit illa Sēphoræ acutissima petra, nū lapideo cultro Christus fuerit circumcisus? Augēt difficultatem generalis illa, celebris quæ Hebræorum circumcisio post Iordanis transitum in Galgalis, de qua ad Iosue Dominus. *fac tibi cultros lapideos, & circumcide secundo filios Israel.* Iosue 5. Magist. sentent. *Fiebat circumcisio octava die, & petrino cultro.* Sentit ergo Iesum petrino cultro vulneratum. Expresse D. Bernat. *Non repulit (inquit) Christus culterum lapideum, in quo solo vetus illa, quæ raderetur, rubigo non fuit.* Et August. *Petra erat Christus, unde circumcisionis cultellus petrinus.*

22. **M**ea sententia est, lapideum culterū non fuisse ad circumcisionem necessarium. Sequor D. Tho. Hugonem Viet. Bonavent. & alios ex antiquis, & modernis. Iustinum Mart. audiamus. *Beati nos (inquit) qui altera circumcisione non cultris lapideis circumcisi sumus. In vestra enim circumcisione ferrum adhibuitur, & adhibetur.* Sed quid ad cultrum Sēphoræ petrinum? Sēphora, me iudice, cultrum lapideum, quia ferreus non suppetebat, in trepidatio

ne atripuit, uti Hugo Viet. adnotavit. Quid autē de generali apud Galgala circumcisione? Lapideis cultris præcepit Deus fieri tunc circumcisionem, vel in cultri petrini à Sēphora ac repti memoriam, vel uti Christus, qui lapis est, cuius exemplo vitia nostra circumcidimus, adumbraretur. Iesus igitur siue ferreo, siue lapideo cultro rite potuit circumcidi.

¶ Quidnam de pellicula ex circumcisionis vulnere reliqua?

ANtiquam de pellicula reliqua ex circumcisione concertationē fuisse, videre est apud Titum Bostr. cuius equidem auctoritate fulciuntur, qui adserunt orbem iam minimè hoc sacratissimo thesauro potiri. Integram accipite Doctoris sententiā. *Illos, qui de circumcisi præputio questionem movent, anxie quæ, & curiose, quia de eo factum sit, disputant, veluti qui circa incerta, plane quæ inaccessa occupentur, missos hic facimus: siquidem sacris litteris nihil de care proditum extat. Qui diceret, ut Crucis tempore immaculatus illius sanguis una cum aqua in terram defluens, terram, in quam dimanabat, sanctificavit: præputium per circumcisionem ablatum terram, in aquam ferebatur, contactu suo sanctificasse: is meo iudicio, & veritatis scopo haud procul aberrasset. Ut cumque res habet, certum est, qui sponte se circumcidi passus est, eum modis, & rationibus, quas ipse competas habet, totum illud, quod per circumcisionem à corpore decesserat, ita conservasse, ut resurrectionis tempore nihil eorum omnium, quæ ad perfecti corporis constitutionem deposcuntur, omnino desideratum fuerit, adeo quæ ut integer*

omnis que prorsus vitij, etiam quo ad hęc partem attinet, expers, à mortuis in vitam redierit. Nam et nos quoque communis resurrectionis momento corpus nostrum integrum, omni que ex parte perfectum recipiemus. Hactenus Pater.

24. Quam equidem sententiam approbans, sequeretur omnino, nisi noster Tolet. Card. Toletus de inuento postmodum Saluatoris preputio longam texuisset historiam. Cuius veritati, cum propter adhibita fundamenta ab ipso, tum propter Apostolicę Sedis expressam inibi auctoritatem, facile subscribo.

OBSERVATIO I.

MORALIS PANEGRICA CIRCA LITTERAM.

Expressè asserit Lucas Puerum fuisse circumcissum, dum eum Iesum appellatum affirmat.

25. **C**VR non adijcitur: *Circumcissus est?* Quia tantundem fuit addidisse: *Vocatum est nomen eius Iesus*, ac si aperte effectum circumcisionis tradidisset. Nam præterquam quod (vti vidimus) eadem circumcisionis opportunitate nomen puero solitum erat imponi: vocari Iesum nostrum Infantem, idem est, ac circumcisionis vulnere affici, non equidem vno lapideo cultro; sed omnium hominum linguarum nouaculis percusso Saluatore. Hinc vestra venia, innuerim meæ Societatis exteram infidelium, fidelium intestinam persecutionem exortam. Quid ni cultro linguatum percutiamur, si *vocatum nomen nostrum Iesus?*

Caput primum.

¶ Appellari Iesum, idem est, ac vulnerari.

26. Causa mortis Christi appellari, & esse Iesum.
27. Vis nominis Iesu ad ossa comminuenda.
28. Lancea vulneratur, quia Iesus.
29. Nato Iesu bello tentando ad est cęlestis exercitus ad custodiam.
30. Huius nominis natalitio harent bella.

DVcis nostri, quæso, oculis passionem, flagella, spineam coronam, crucem obijcite, calumnias perpendite; mox quæstioni committite, quænam tribulationis tantæ, tã diræ mortis extiterit occasio? quodnam tot tragedias flagitium excitaret? Ad Pilatum accurrite facinorum Iesu conscium, utpote qui eum morte damnauit. Dic mihi Romane Iudæorum Præses quantumuis aut timore, aut pecunia corrupte, quænam tãto viro causa extiterit capitalis? *Nullam* (inquit) *inuenio in eo causam; sed nec Herodes.* Enim vero cruci fixo Saluatore, mortis superscripta causa ostentatur. *Posuerunt causam eius scriptam: Iesus Nazarenus.* Math. 27. Hæc totalis passionis, calumniarum, mortis que Dominicę causa, *Iesus.* Appellatur Iesus? Iesus est? Quid mirum, totum orbem aduersus hunc hominem conspirasse? Pulchrè D. Hieron. *Non possum digne admirari pro rei magnitudine, quod redẽ piis pratio falsis testibus et ad seditionẽ, clamorem que populo concitato, nullam aliam inuenerint causam, nisi quod Iesus esset. Quid illustrius?*

Cum Pater æternus in typico Agno prouidisset, ne veri Agni vllum os perfringeretur. *Os non comminuetis ex eo.* Exod. 12. Spiritum Filij suscepit in

Magnã nomen inuena sequitur.

Ad illud: *Vt circumcidetur.*

26.

Ma. 27.

Hiero

27.

in Cruce priusquam milites ad crucifragium appropinquarent. Illi namque latronum crura frangentes, ad Iesum cum venissent, *ut viderunt eum mortuum, non fregerunt eius crura, sed unus militum lancea latus eius aperuit.* Ioan. 19.

10a. 19

Et quare Iesus non viuis milites tortores expectat? Quia venientes ad Iesum adhuc viuentem, Iesu que nomen supra suffixi caput aspectantes, quis dubitet illos crucifragio operari non daturos, nisi à Patre potentissimo prohiberentur? Iesu etenim nominis magna vis ad ossa comminuenda. Ecclesie Isaias. *Et vocabitur tibi nomen, quod os Domini perforavit.* Ex Hebr. *Os Domini perforavit*, complectens oris, & ossis significationem. Ac si ea esset Iesu nominis vis, ut valeat non solum carnem vulnerare, sed & ossa perforare, ac comminuere.

Isa. 62.

Lyran.

28.

Ciril.

1. 12. c.

19.

Cirillus ad hęc. *Iudaorum obsequentes voluntati milites, duorum latronum, qui cum Christo crucifixi fuerunt, ut morticitius traderent, crura fregerunt. Iesum autem inclinatione capitis expirasse putantes, crura eius non fregerunt. Eorum tamen unus subdubitans fortassis, an mortuus esset, lancea latus eius compungit. Non solum Iesus spiritum emisit, sed capite inclinato, tradidit, ut militibus exanimati corporis documentum exhiberet. O quam sciret crudelitas in ossa viuentis Iesu, si subdubitatio militis de viuo in mortuum irruens, lancea latus eius aperuit.*

29.

Luc. 2.

Interl.

Vix clamarat cęlestis Incola. *Natus est vobis hodie Saluator*, Iesus inquam, cum subdito facta est cum Angelo multitudo militia cęlestis. Addit Interl. *Quę Iesum Ducem sequitur.* Hęc utique militia laudantium erat, & dicentium: *Gloria in Altissimis Deo, & in terra pax hominibus.* Luc. 2. Sed quid cęlesti exer-

citui ad pugnam ordinati cum pacis præconio? Pax certè stabilita tunc indicitur orbi, sed milites cęlestis exercitus ad Puerum accedunt pugnaturi; quoniam iam ab Angelis vocatum erat nomen eius Iesus, dicente Luca: *Quod vocatum est ab Angelo, priusquam in utero conciperetur.* Pace equidem ò Princeps, vniuersus fruitur orbis, attamen mox nominandus Iesus, non potes non vel apud amicos ad bella vocari, tuos necessario gressus sequitur persecutio. H. bes strenuos milites, ne timeas, cum aduersum te mundus exurgat.

O Puer orbem pacificans, Iesu nomen in 30.
ni imminet bellum. Pace fruebatur Israel. Exo. 17
cum Amalech pugnaturus accessit. *Venit Amalech, & pugnabat contra filios Israel.* Exod. 17. Et quando Amalech tentaturus Israel surrexit? Dixit *Moses ad Iesue.* (Orig. ad Iesum.) *Elige viros, & egressus, pugna contra Amalech.* Vbi Idem Doctor. *Bello imminente, videamus, quid præcipiat Moses? Dixit ad Iesum: Elige tibi ipsi viros. Usque ad hunc locum beati nominis Iesu nunquam facta est mentio.* Iosue itaque nominis Iesu hic typum agebat. Tunc ergo incipiunt, abiegata pace, ingruere bella, cum primum Iesu resonat appellatio. Quod si dignoscere patenter vis, bella huiusmodi non tam aduersus personas, quàm aduersus Iesu nomen fuisse excitata, pende illud: *Elige tibi ipsi viros.* Num non verius dixisset, *Elige ò Iesu viros Israelis defensionis, populi præsidio?* An soli Iesu defendendo militum copia præparatur? Profecto vbi Iesu nominis mentio fit, tunc mysticè Iesu ipsi milites eliguntur; quia aduersum Iesu nomen bella suscitantur.

30.

Exo. 17

Orig.
hō. 112

Caput secundum.

Perse-
cutioni
bus vi-
ctoriæ
compa-
rantur.
Ad
illud:
Vt cir-
cūcide
retur.

I In nostram Societatem hostium cons-
piratio propter nomen Iesu.

- 31. Inde Societas vincit, vnde tentatur.
- 32. Sociorum Iesu vincendum pedisequa ho-
stium conspiratio.
- 33. Virtute præstant Iesuitæ ad persecutiones
sustinendas.
- 34. Socius Iesu effectus mox vel ab amicis per-
cutione tentaberis.
- 35. Societatis persecutionibus actæ dies tripli-
catus ad triumphos.

31. **B**E ne Lamprid. Nomina insignia
Lampr. A lex. A. **B**enerosa sunt. Quid mirum Socie-
feu. Q. tatem nostram insigni Iesu nomi-
Curt. I. ne honoratam sub persecutionum one-
5. re desudare? Nomen (inquit Curtius)
insigne maximum in bello momentum. In-
de o Iesu Societas vincit, hostes debel-
las, comparas triumphos, vnde affice-
ris tentamentiis.

32. Vincenti militi Iesu nomen præmit-
tirur; vincens Societas hostes iam Ie-
su nomine coronæ gerenti locum insig-
nitis. Sed a dextere. Vincenti dabo (Sal-
uator ait) *calculū candidum, & in calcu-
lo candido nomen novum scriptum.* Apoc.
2. Quid calculus? Lapillus ille inter pe-
dum plantas & calceos furtim solitus
diuersari, pariens molestiam incedenti.
Non Ignatius dat Societati Vincenti no-
men, sed Iesus. At simul calculus soci-
i Iesu molestissimus adhibetur, qui la-
pilli instar illius è monte sine manibus
excidētis, viros robustissimos (sine ma-
nibus quidem, sine auctore frequenter)
solo penè faciat æquari. Vnde necessū
viribus cælestibus pollere Iesuitam,
Chryf. nè corruere cogatur. D. Chrisos. *Et hi*
2. Tim. (inquit) *qui Christi nomen portant, non*
1. *in bello solum, sed in pace summis viribus*

indigent, ne id maledictis linguis exponāt.
Indigent sanè viribus in pace validis vel
inter fideles, inter amicos; ne calculo
vulnus pedibus inflingēte, corruant, dū
nomen a linguis feritur maledictis.

Dixit (rarum expendo) *Moses ad*
Iosue: Elige viros, & egressus, pugna cō- 33.
tra. Amaiech. Exod. 17. Orig. Usque Exo. 17.
ad hunc locum beati nominis Iesu nulla fa- Orige.
cta est mentio. Moses vocat Iesum, vt
eligat sibi ipsi viros potentes. Quare virtu-
te, ac potentia præstantes viros Iesus e-
ligit? Quia sibi ipsi, id est, in defensionē
Iesu adsumuntur. Profecto qui Iesu no-
men custodiendum, instar Pauli, por-
tant, magnis viribus indigent. At Iesus
(adiicit Orig.) solus est, qui possit poten-
tes viros eligere, qui dixit, Non vos me
elegistis, sed ego elegi vos. Ipse electo-
rum Dux, ipse potentium Princeps.

Et quādo socius Iesu sine pedisequo 34.
hostium incurso? Cum Iesu, eius que
Societate, id est, cum Israel olim Gabao
nitæ necessitudinem constitūunt. Vix
autem huiusmodi amicitias Gabao nō
parauerat, cum prælia excitaturi quin-
que Reges insurgunt. Ios. 9. Non ne hi Ios. 9.
hostes Israeli scedere erant copulati?
Cur ergo aduersum Israelis amicos cō-
citantur? Quia socij Iesu non pessunt
non ab ipsis amicis oppugnari. Elegan-
ter Orig. *Ijs, qui sociauerunt se ad filios* Orige.
Israel (quorū Iesus Imperator) omnes,
qui prius amici erant, inimici sunt. Apius
adhuc inferius Doctor. Cum anima (in-
quit) Verbo Dei (seu Iesu, vti post paruū
explicat interstitium) se sociauerit: siue
Iesu Societate inierit, dubitare non debet
se inimicos habituram, & hos, quos habue-
rat amicos ante, in aduersarios esse vertē-
dos. Et ita fit, vt qui amicitias expetit Ie-
su, multorum sibi sciat inimicitias esse tole-
randas. An nō tibi videtur hoc agere illud
Apostoli? Consolamini pusillanimes, pa-
tien

ientes estote. Undenam consolatio, nisi quia propter nomen Iesu, Apostolorum instar, contumelias sustinetis?

stare existimantibus, diebus longioribus ad tot victoriarum adsecutionem à Duce donantur.

35. Hinc apparet, cur tam breui temporis interstitio Societas tot triumphos persequerit, dum hostes debellat, Pro-
 nuntias quotidie penetrat inuias, exci-
 tat fideles, infideles allicit, Reges bar-
 bāros fidei acquirit, transmeat æquora,
 Idola comminuit, lucos succendit, euer-
 tit altaria, hereticos comprimit, libris
 que effulgens innumeris, & doctrina
 potens, & varijs ministerijs, ac munijs
 efficax, egregijs operibus toti orbi sa-
 lutaris ostenditur. Quid cum tempore
 tam exiguo tot, tantis que concertatio-
 nibus, & triumphis? Profecto Iesuitis
 aduersus hostes Ecclesiæ dimicantibus,
 si interea vel intestino bello ab amicis
 excitato oppugnantur, dies extat tripli-
 catus. Gabaonitæ Socij Iesu effecti tan-
 ti Ducis auxilio muniri petiere. Quid
 Ios. 9. Dux fortissimus? Sol (inquit) contra Ga-
 baon ne mouearis, & luna contra Galleim
 Haialon. Et steterunt sol, & luna. Ios. 9.
 Vbi Doctores aliqui diem adseruū fuisse
 triplicatum, uti hostes Iesu Socij de-
 lerent. Pauci Iesuitarum dies ad pugna-
 sed boni, sed longi, sed triplicati. Nec
 enim tot victoriæ nisi tantorum dierū
 Orige. effectus existerent. Perficiat Origenes
 argumentum. Gabaonitæ videntes quin-
 que Reges aduersam se in pralium conspi-
 rasse: nequaquam proprijs viribus cōfidētes,
 sed mittunt ad Iesum auxilia postulantes.
 Quid Iesus? Stet sol super Gabaon. Hoc
 ergo modo Iesus cum ducibus, & principi-
 bus suis adest ijs, qui pro nomine Iesu à cō-
 trarijs virtutibus oppugnantur; & non so-
 lum auxilium præstat in bello, verum &
 producit tempus dici. Quid excogita-
 tius? Oppugnati igitur Iesuitæ à con-
 trarijs virtutibus, imò non semel à vir-
 tuosis fratribus se obsequium Deo præ-

OBSERVATIO II.
 Mirum esset si se se circum-
 cisionis vulnere negaret, qui
 pro nobis est infans
 effectus.

Priori
 benefi-
 cionobis
 præ-
 stito,
 quasi
 debitor
 Deus
 alterius
 confe-
 rendi.
 Ad
 illud:
 Ve cir-
 cūcide-
 retur.

- 36. A Luca circumcissionis veritas insinuat.
- 37. Puerū datum nobis, circūcissionis pignus.
- 38. Sape nobis nascetur, qui semel nobis exoritur.
- 39. Natum nobis Iesum fuisse, pignus alterius muneris existebat.
- 40. Puer exortus quodam modo circumcissionis vulnere debitor.

Q Vid vltterius causa, quod non a-
 pertius à sacro Scriptore tā præ-
 clarum erga nos circumcisi Iesu
 facinus adnotetur? Equidē illa ipsa cha-
 ritas, qua Saluator puerilem induit æ-
 tatem, apertē satis circumcissionis opus
 insinuat. Ve circumcideretur Puer. Tāto
 atdebat amore, ut antiquus dierum pu-
 er efficeretur? Tempus igitur circum-
 cissionis aduentauit. Num vulnus rite
 sustinendum aufugeret, qui infantilem
 pro te assumpsit ætatem?

36.
 ee

Id Euangelicus expressit Propheta,
 fatus. Puer natus est nobis, & filius datus
 est nobis, cuius Imperium super humerum
 eius, & vocabitur nomen eius, Magni
 consilij Angelus. Isai. 9. Et natiuitatis,
 & circūcissionis hic memoria peragi-
 tur, si nomen puero imposuisse, idē est
 ac circumcissionis vulnere fuisse affectū;
 quia in circumcissione nomen infanti-
 bus imponebatur. Filius Dei nobis Pu-
 er natus exhibetur? Ergo nomine accep-
 to, fuit circumcissione vulneratus.

37.
 Isai. 9.

38. Pueri nostri natiuitas in utero ex vtero que processus fuit Spiritus sancti effectus, Spiritus sanctus superueniet in te, *Virgini Alcisimi &c.* Luc. 1. Vnde factus ille Spiritus sancti exprimit proprietates. Porro Spiritus sanctus donum est, & tunc quando donum, pignus simul alterius muneris exiit. Paulus ita. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Rom. 5. *Qui & signavit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris.* 1. Cor. 2.2. Donum quidem est, quod amox exhibetur; pignus vero, quod promittitur in futurum. Quoniam modo igitur Spiritus sanctus & donum est, & pignus adferitur? Quia tunc quando donum exiit, alterius doni pignus proculdubio deprehenditur. Spiritus itaque sancti effectus Iesus puer hodie nascitur, filius nobis perhibetur; & post praescriptos dies nominis impositione vulnus circumcisionis sustinebit. Quia puerum natum, filium datum esse nobis iuxta sancti Spiritus, quas, induit, proprietates, pignus alterius muneris exiit.

39. Cur existimas in Ecclesia sanctum, vt in die circumcisionis officium Dominice natiuitatis celebretur? Vti ostendatur Puerum Iesum adhuc nobis exoriri illud enim puerum semel natum fuisse, pignus est geminatae crebro natiuitatis; dum primum beneficium similibus muneribus confirmatur. *Signum magnum* (Ioannes ait) *apparuit in caelo. Mulier amicta sole &c.* Et in utero habens, cruciabat, vt pareret. Apoc. 12. Signum hoc magnum ex secundaria significatione Dei para. Quid ergo Dei parae sine dolore parienti cum parturitione discrutianti? Parturiens Maria signatur, non quod cruciatibus afficiatur, vt pariat; sed vt semper edens partum ostenderetur. Non semel Puer Iesus nas-

citur, sed saepe saepius aded gignitur, vt vna natiuitas mysticae alterius pignus exurgat. Nascitur Puer noctis processus. Nascetur ergo rursus circumcisionis die. Numquam enim diuina munificetia enixa non est. Id quod D. Basil. Se-Basil. leucus adnotauit. *Namque velut parturians magnificetia sua munera, non est contentus prioribus.* Semel enim natum fuisse, pignus est numquam interminabilis natalitij.

Plasmator Deus *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* Ge. 1. Vbi Tertul. *Et fecit hominem Deus ad imaginem, & similitudinem suam.* Id utique quod finxit, ad imaginem Dei fecit illud, scilicet, ad imaginem, & similitudinem Christi. Adicit acute. *Ille iam tunc imaginem induens Christi futuri, non tantum opus Dei erat, sed & pignus.* Opus erat Dei hominem plasmantis; & Christi futuri ex typo pignus. Hic textus sentus accommodatus. At argumento conuenientiore sic elicio. Verbum illud: *Opus, & pignus*, ad praedictam pertinet clausulam: *Iam tunc imaginem induens Christi.* Ac si diceret, *Imus ille, vt imaginem gerebat Christi, opus erat & pignus, opus quidem, dum nobis natus, nobis datus; pignus autem, dum iterum atque iterum in circumcissione, & in passione, & in cruce nobis est traditus.*

Quid si Puer, qui voluntarie haud lege obligatus, se se circumcisionis vulnere exposuit; quodam modo illigatus praestitisset. *Dauid, Retribue seruo tuo, & iustifica me.* Psal. 118. Versus hic inscribitur littera *Ghuimel*, hoc est, *Plenitudo, Retributio.* Plenitudo equidem est natalis Dominici recordatio: *Cum venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege.* Quid autem *Retributio*? Debebat quodam modo Puer ex eo, quod factus ex muliere

1. Cor. 2.2.
Rom. 5.
Ap. 12.
Gen. 1.
Tertul.
de ref. car. c. 6.
40.
41.

se se legi subijcere, lege minimè exigēte, sed ad id impellente nimia charitate qua puerilem induit etatem. *Factū sub lege.* Quid moror Tertuliani acumen? *Mutuum debitum est inter se natiuitati cū mortalitate.* Ac si diceret, Nasci dignatus est? Puerilem non refugit etatē assumere? Quodammodo igitur debuit pro nobis vulnerari. Proh hominū ingratitude! Si beneficium à Deo in nos collatum eum alterius conferendi constituit debitorē: tot beneficia accepta a Iesu nō te efficiēt memorē gratiarū?

Tertul.
de car.
Chr.
2.6.

45. Auditus circa risū Abrahæ & Saræ seductio.
46. Tacitum falsum testē seductus probat Isaac.
47. Fallax odoratus.
48. Gustus mendax testificatio.
49. Reges scripta, queis subditorum continētur defectus, digerant.

cūcide
retur.

OBSERVATIO III.

Impeccabilis Iesus, hodie ex vulnere circūcisionis peccator apparet, edocens fallibilibus apparentijs non esse fidē impēdēdā.

42. Bern.
ser. 1.
Vestigium quidem (Ber. ait) nullū vulneris habens, alligaturam non refugit vulneris. Quis cordatus absque fidei ducatu videns, audiēs, cognoscens Iesum alligaturam vulneris requirerem, non putaret intus vulneratū? Ne credas speciebus actionū externis, si aliquod præcipue præferat delictū. Vos o corporei sensus, & animi potētiae, ad tribunal aduoco, testes p̄duco.

Caput primum.

Temerarium sensuū iudiciū ¶ Sensus corporei in errorem circa obiectiones proximi actiones capiuntur.

- Ad illud; 43. Seducuntur oculi partem hominis solum modo aspectantes.
Vt cir. 44. Sephora pulchra mens sub atra specie oculorum superat aciem,

43.
Testes adhibemini corporei sensus, quid de nocte delicti huiusce, quod proximo imputatur? Vidi, audiui, tetigi, odoratu ac gustu deprehendi. O quomodo insigniter externæ potētiae decipiuntur! De visu primū periculum faciamus. Balaā à Balac maledictionis gladio Israel vulneraturus adducitur. Qui super montem constitutus, populi illius à Deo dilecti merita penetrans, ei benedictiones imprecatus est. Porro Balac arbitratus Prophetam specie externa populi florentissimi ex specula montis obiecti illectum, vt benedictionibus pro maledictis vteretur: sic ait, *Veni mecum in alterum locum, vnde de partem Israelis videas, & totum videre nō possis, & inde maledicito ei.* Nu. 23. Vbi Strabus, *Demens putauit Istra-* Strab.
liticam gratiam loci abiectioe posse celari Qui spiritu Dei aguntur, recte iudiciū proferunt; quia quocumque in loco constituantur, totum hominem aspectāt; nec ex sibi solummodo externa specie obiecta iudicant; mundiales autem partem solummodo intuētēs, aduersus eas actiones, quæ laudibus deberent efferre maledicta imprecantur; quia videlicet pars altera, seu intentio haud oculis patens, sibi abscondita est.

44.
Nu. 12.
Duxit Moyses Sephoram Æthyopisam uxorem. Locuta est autē Maria, & Aaron contra Moysen propter uxorem eius Æthyopisā. Nu. 12. id est, (Strabo interprete) quia mulierē alienigenā accepisset, moribus videlicet omnino contrariā mariti virtutibus. Et vndenam

colligitis huiusmodi motum contrarietatem? Videmus equidem eam Athyopisam, specie nigram, atram mente. Proh oculorum dementia! Rab. Salo.

R. Sal. *Dicitur Athyopisa per contrarium, quia erat valde pulchra moribus. Unde interpretatur pulchritudo secundum Hieron. sicuti de Ioanne Baptista Math. 12. dicitur a-rundo vento agitata per contrarium.* En oculorum error. Ex atra pelle mentis attingit feditatem, cum tamen ob motum pulchritudinem, inter iustissimas foeminas deberet amandari.

45. Auditus exprimo deceptione. Abraham filius seni promittitur, subridet genitor futurus. Porro eadem rursus audita promissione, risit Sara ætate confecta. At Angelus ægrè ferens foeminae leuitatem, mariti que indulgentiam taxans, ait, *Quare risit Sara uxor tua? Ge. 18.* Nonne Abraham à seueritate fuit ad risu traductus caelesti promissione? Cur ergo sola foemina reprehenditur? Sara ridendo deliquit? Ergo ridens Abraham irreuerentiæ reus. Ille sanctus, dum cachinos profundit? Ergo & Sara commendabilis. Respondet Caietanus Saram ab Angelo taxatam, quia culpabiliter subrisit, secus Abraham, qui fideliter huiusmodi operam nauauit affectui. Hebraicè *Quare hoc risit Sara?* Ad quæ Card. *Hoc est, quare uerbum meum in iocum deduxit, ridendo, & conferendo ad suam senilem ætatem.* Abraham risit, sed non hoc, licet cordis non ualuit affectu cõhibere. At Sara hoc risit, seu Dei uerbum deduxit in iocum. Quonã modo ò Auditus, qui utrumque sonu percipis, dignosces, utrum ex affectu fidei vel potius ex infidelitate ducat exortu? Multi sine entitate soni exaudiuntur, sicuti multæ sine ueritate aspiciuntur species.

46. Quid si Auditui, & uisui adhæreat ma-

num contrectatio? uti profari ualeas! Hæc, quæ profero, non solum audiui, uidi, sed manibus contigi. Num possit decipi Tactus, capite experimento. Cũ Patriarcha Iacob matris astu præriperet Isaac benedictionem, *pelliculas illa badorum circumdedit manibus, ut sub specie Esau Iacob absconderetur.* Quid senex? *Accede hac* (inquit) *ut tangam te filii mei, & probem, utrum tu sis filius meus Esau?* Accessit ille ad patrem, qui post contactum, ait, *Vox quidem uox Iacob Ge. 27. est, sed manus manus sunt Esau, & non cognouit eum. Gen. 27.* Voluit igitur (Lyrani. inquit) *eum probare, & cognoscere per tactum.* Quia sensus tactus in hominibus certior est, quia homo in tactu excedit omnia animalia. Ecce Auditus, Visus seductus, & Tactus, qui minus uidebatur cõsonus seductioni, toto caelo aberrauit. O quoties Iacob sub Esau specie latitat!

Famam, inquis, odoratus sum. Ipse planè decipitur Odoratus. Quid igitur Isaac? Nec Tactui credens, ad oscula filium inuitat; uti uidelicet osculi occasione fragrantiam Esau referentè perciperet. *Statim que ut sensit uestimentorum eius fragrantiam, benedicens ait, Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni. Gen. 27. Hebr. Vide odore filij mei.* Caiet. *Vide odorem tanquam incit autem Isaac ad benedicendum.* Ac si diceret senex. *Odorem filij mei Esau certissimè percipio, ipse proculdubio adest, minimè subest ambiguitas. Sæpe fama peccatoris nobis afflat odorem, sæpe iusti opinio aspirationem grauem submittit; attamen Isaac omnino seductus nos monet, nullatenus huiuscemodi testimonio fidem adhibendam.*

Reliqua hic solummodo Gustus examinationio. In Gustu ne fallentia? Arist. *Gustatus in nobis acrior est, propterea quod ipse est tactus quidã, qui sit in homine acer-*

Arist. *rimus*. Gustus nihilominus aspice decepti-
 1. 2. de prionem. Ioanni liber in cibū datus est
 Anim. gustatu quidem dulcis, amarus digestu.
 c. 9. 6. *Et accipi (ait) librum de manu Angeli,*
 94. *de uoranti illam, & erat in ore meo tā-*
 Ap. 10. *quam mel dulce. Et cum deuorassē eum,*
amaricatus est uenter meus. Apoc. 10.
 Alber. In hoc volumine lamentationes, carmē,
 & vā, hoc est (Alber. aucto.) peccatū
 originale, actuale mortiferū, & veniale
 continentur. Ecce librum dulce gustui, a-
 marū digestionī. Seducitur prorsus Gu-
 stus; dū specie efficta dulcedinis consu-
 pra, pugit fellea delictorū acrimonia.

49. Digerendus itaque cibus est, hausta
 p̄oximi seu bona, seu mala opinio dili-
 genter rumināda, nū ex dulcedine ama-
 ritudo, an ex amaritudine dulcedo resul-
 ret? Apparet scriptura delictorū, siue co-
 dicillus hominis absconditi manu exara-
 tus proximi evulgās excessus, Regi cæ-
 lesti presentatur. *Hac est autē scriptura,*
qua digesta est: Mane, Tecel, Phares.
 Dan. 5. Dan. 5. Ac si diceret, scripta quidē (lin-
 gua exponā patria *vn memorial.*) ad-
 uersus Balthasarē Rex cælestis accepit.
 At nō terrenorū Principum de more,
 protulit indigesta. Rectē dignouit, nū
 gesta dulcedine redundarēt, an amari-
 tudine diffuerēt? Proh Puerū Iesū sub
 specie vulnerati omniū vulneribus præ-
 parātē medicinā! Quetiēs sub vili filio
 candidū absconditur butyrū, sub nigro
 cortice mel dulcissimū latitat! Et quo-
 tiēs sub auro rutilātī amarissimæ re-
 cludunt herbx, subsacaro absinthiū! Appa-
 ret virtutis species, latet delicti fæditas,
 dealbato pariete ossa cōiacēt mortuorū,
 cotio bouino Ioui nuda pecuini cadaue-
 ris apponitur exedificatio.

Caput secundum.

¶ *Animi potentia per errorem, dum de*
actionibus hominum sententiam
proferunt, dilabuntur.

- 50. Intellectus fratrum Ioseph aberrauit.
- 51. Deuiat Aaron & Mariæ discursus.
- 52. Memoria falsum afirmandum seduxit intel-
lectum circa Iudæ & latronis patibulū.
- 53. Voluntas fallitur.
- 54. Recta intentio non semper obiecti veri-
tatem attingit.

Teme-
 raria
 poten-
 tiarum
 senten-
 tia.
 Ad
 illud:
*Vt cir-
 cūcide-
 retur.*

50. **I**AM ad tres alios nobiliores testes
 discutiendos diligenter accedo. De
 ficit Intellectus. Ioseph fratres corā
 Ægypti Protege prouoluti; suā vicē
 deplorabāt, nec verba pristina proferē-
 tia delicta, deprimebant; sed potius pu-
 blicabant. Eus stulti, quare in tanti Prin-
 cipis conspectu conscientix arcana ma-
 nifestatis? *Nesciebāt (inquit Tex.) quod*
intelligeret Ioseph, eo quod per interpretē
loqueretur ad eos. Gen. 42. Quis nā vel
 magnæ prudentiæ Hebræus non tunc
 intelligeret Ægypti Principē nullatenus
 patriū percipere sermonē? Lipom. *Lipom.*
Hic docemur lupū in fabula vereri, omnia
tuta timere. Non datū intellectū ad ce-
 dri medullam vsque semper penetrare.

Locuta est Maria, & Aaron contra
Moyse m propter uxorem eius Æthyopisā.
 Num. 12. Rab. Sal. *Causa obiurgationis*
Moyse fuit propter hoc, quod Moyse sepa-
rauerat se ab eā quantū ad thorum. Id quod
 Aarō & Mariā animo perpēdētes, hu-
 iusmodi discursū expressere. Proculdu-
 bio Moyse vxoris cōsortium fugitat,
 propterea quod illa laboret fœditate.
 Nec temere videbatur id ab Aarō, & Ma-
 riæ intellectu esse cōfictū. Ostēdā nihi-
 lominus quāto errore eorū discursus
 circa præsens obiectum fuerit dilapsus.
 Moyse etenim thorum fugiebat, non
 vt vitaret Æthyopisæ consortiū; sed vt
 ad diuina præpararetur. Adnotauit
 hoc

hoc prædictus Doctor, separauerat se ab ea quatum ad thorum, eo quod frequenter loquebatur cum Domino, & ideo volebat esse paratus semper, cum vocaretur à Domino, ad quod requiritur menditia carnis etiam per continentiam ab actu matrimoniali. Quam fallax intellectus!

52. Memoria iam testimoniū expēdo. Ma. 27. Mentē, quæso, ad Iudam Apostolū, & Lu. 23. ad latronē beatū obuoluite. Hic pendens Apostolus, ibi latro Cruci suffixus obijcitur. Accede Memoria ab Intellectu comitata. Dicitote mihi, quisnam iustus eorum? quisnam inter beatos sit annumerandus? Viriusque facinora Memoria obijcit Intellectui. Sen tētiā proferam. Proculdubio Apl^o iustitiā, qua fuit initiatus, amplectitur: latro verò malitiā, quā per totius vitæ est spatiū professus, conseruat. Ea seductū Intellectū, errorē Memoria ministrāte. Iudas enim sub ouilla pelle lupus, latro sub lupino tegumento onis existit. Anast. Synai. pulchrè ad intentū. *Latro ille, qui una cum Iesu crucifixus est, sic carius erat, & homicida; Iudas autē erat Apostolus, & discipulus Christi, & ex ueris, & germanis discipulis. In exiguo autē tēpore magna rerū cōmutatio facta est. Et latro quidē in Regnum, Discipulus uero in pernitētiā factus est.* Ne famæ fidē adhibeas: Erat flagitiosus, uirtute erat heri cōspicius. Sub exiguo tēporis interstitio magna rerū fit cōmutatio; qui flagitijs implicabatur heri, iam hodie uirtutis uia arripit expeditus; qui ad brauiū heri properabat, hodie iam properat ad ruinam.

53. Reliquum solūmodo Voluntatis experimentū. Isaac filiū benedictione donaturus, probare intēdit, utrū sit Esau? Seductis sensibus, Volūtas bona accurrat, ut periculū faciat, magno in Esau exæstuat desiderio, quem expetit ad su-

blimitatem culminis eleuare. Attamē à suo met affectu falsa est nobilis illa animi potentia, inclamante Isaac, *Vox quidem vox Iacob est, sed manus manus sunt Esau.* Gen. 27. Ad que Rupert. *Itaque falsus est Isaac, ut diceret, Vox quidem vox Iacob est, sed manus manus sunt Esau.* Nec mirū, quod cur iustus aliquid contra uoluntatem suam fecerit, *Nullus enim homo, excepto eo, qui propter nostram salutē carnem est indutus, humanā habuit certissimā ueritatem.* Quippe cum multa accidant contra uoluntatis præscriptum, Quia non semper bona uoluntas obiecti attingit ueritatem. *Contra uoluntatem suam.*

Cum uiderent serui Patris familias zizania inter triticū adparere, renūciantes domino, ab eo eradicandi malū semen copiam experunt. *Vis imus, (aiūt) & colligimus ea? Quis Pater familias. Non. Ne forte colligentes zizania, eradicetis simul & triticum.* Math. 13. Quæstio est, unde nam serui agricolæ tritici eradicandi periculum incurrerent intēdente uolūtate bona solam zizaniarum seu delictorū turbā ex hereditate Dominica deturbare. Caietan. *Ne forte (inquit) colligentes zizania, &c. Non dubitantis est, sed prædicentis euentū præter intentionem ipsorum. Nouit enim ipse Pater familias Deus, quod si homines colligerent zizania, simul cum zizanijs præter intentionem colligentium eradicarent & triticum.* Quia scilicet quamuis homines bona cum intentione seu uolūtate accedant: cum tamen sint homines specie uisibili inhaerentes, nō possunt non læpissime dilabi in errorem. O quot uirtutes à bona intentione & uolūtate inter danabilia opera adnumeratæ fuere! Si Volūtas bona seducitur, procul hinc Intellectus, & Memoria: Sesus corporei fallēdi proculdubio, recedite.

Dominicæ Circumcisionis causæ.

TEXTVS.

Vt circumcideretur.

COMMENTARIJ, ET ILLVSTRATIONES:

¶ Decem innuo causas circumcisionis.

S. I. **C**HRISTUS circumcissione minimè indiguit, nec fuit sub circumcissione præcepto cõprehensus; sed voluntariè se se legi subiecit. Primò, quia circumcissio erat signaculũ iustitiæ fidei. Ro. 4. At Christus nõ ex fide iustificatus est, sed ex vnione ad Verbũ omni repletus iustitia, & auctor iustitiæ fidei est effectus. Deinde, quia circumcissio signũ erat peccati, q̄ in omnẽ ab Adamo progeniem per generationẽ deriuatũ est, ideo in eo mēbro, q̄ generationis est instrumētũ, fiebat, auct. Aug. At Iesus nullũ habuit peccatũ, nec ex viro, sed ex Spiritu sancto cõceptus est. Præterea, quia circumcissio erat remediũ peccati paruulis, queis exhibebatur, vt Cipry. docet. At Christus omni peccato carēs, nõ indigebat purgatione.

2. Iam ergo innuã plures circumcissione causas. Nã licet voluntariè circumcissioni traditur, rationabiliter tamẽ circumcissus est. Primã do ex D. Epiph. Vt ostēderet suæ carnis veritatẽ. Quo quidẽ Manichæ orũ cõuincitur error, carnẽ Christi nõ verã, sed apparētẽ fuisse impie docētũ. At si vera, & realis caro non esset, non posset circumcidi.

3. Secũdã ex eodẽ trado Doctore. Vt carnẽ suã nõ solũ verã, sed nr̄ã etiã cõsubstantialẽ esse declararet; minimè quidẽ cõsubstantialẽ Diuinitati, vt Apollinaris: nõ naturæ cælestis, vt Valẽtinus tradit. Si enim eorum figmento Iesu caro adaptaretur, nullatenus fuisset circumcissa.

Tertiã reddo ex D. Cypr. Vt cõfirmaret circumcissionẽ Patrũ vtilẽ, datam que à Deo, & institutã fuisse. *Nec hoc (inquit) sacramētũ cõsuetudini antiquæ subtrahere voluit Christus. Et licet nõ esset in hoc tẽpore necessariũ: tamẽ, ne antiqua religio prorsus reprobata videretur, in se voluit circumcissionis aptari signaculum.* Hinc Manichæi vincuntur legem veterem tanquã à malo principio datam, reprobantes, vnde damnãt circumcissionem.

Quartã addo ex eodẽ Aug. fante. *Ideo debuit circumcidi, vt ipse probaretur, esse qui Abrahæ promissus esset. Ne scilicet Iudæi eũ nõ recipiẽdi tanquã verũ Christũ occasionẽ acciperet in clamantes: Nõ recepimus illũ, quia nõ circumcissus de semine Abrahæ se p̄dijisse negauit.*

Quintã ex D. Ambr. accipite. Vt circumcissus Iesus, ipsã circumcissionẽ dissolueret. *Ea (ait) ratione q̄ circumcissus pro nobis est, vt circumcissionem legis auferret, daturus salutem Crucis.*

Sextam ex superius dato Epiphanio exhibeo, vt qui p̄ceperat Abrahã circumcidi in huiusce typum circumcissionis, tantum signaculum confirmaret. Septimam colligetis ex Beda. Vt obedientiam nobis exemplo cõmendaret. Glossæ Magister adijcit octauam. Ne scilicet respuere videretur circumcissionem, & Baptisma, qui in similitudinẽ carnis peccati aduenerat. Ex D. Tho. didici nonam, & decimam, vt comprobaret se de genere Abrahæ, qui circumcissionis m̄datum acceperat in signum fidei, quam de ipso habuerat.

4. Cypr. de rat. Circ.

5. Augus. con. Faul. Lib. 6. c. 2.

6. Amb. Ep. 74.

7. Epiph. vbi.

Beda. Glos.

D. Tho.

Vt que legis onus in se sustinens, alios à legis onere liberaret. Quatuor præter ea circumcisionis causas recenseo, & breuiter illustro.

Exépli vis. Ad illud: *Vt circumcideretur.* **Percussus Infans pro delictis alienis, vt nos ad propriorum castigationem moueat.**

8. Circumcisi Iesu exemplum.
9. Leuis ieiunij molestia, dum Iesum sitientem contemplamur.
10. Inopia sua uis ex Iesu memoria laboratis.
11. Dulcia Dauidi flagella Iesum diuerberatum præuidenti.
12. Inter flagella pace fruimur Iesu verbera recordati.

8. **V**ndecimã causã sic expedit Carthus. *Ne pro peccatis nostris uis spernamus, uidentes, quod Christus, qui remedio culpa non eguit, circumcisionem, (qua fuit remediũ contra originale peccatum) ineffabili humanitate suscepit. Non ægrè ieiuniũ, flagella, reliqua que huiuscemodi corporis exercitamenta pro peccatis suscipiemus, si Saluatorem grauiora absque peccato perpassũ fuisse menti obijciamus.*

9. Date mihi, uti in Vidua illa paupercula typũ exprimã ieiunãtis; graui namque vexatur ieiunio, quã magna premit egestas. *Non habeo* (Prophetæ mulier) *nisi quantum pugillus capere potest farina in hydria.* 3. Reg. 17. O ieiunantis parsimonia! Non ne tibi graue admodũ fœminæ fragilitã rigorosæ inedia persequi institutum? Minimè equidẽ. *Quare? En colligo duo ligna.* Crucẽ Christi oculis obijcio, ubi Dñs ob aliena delicta ieiunus adeo, ut nec aquæ stilla reficeretur. Id quod innuens Ruper. ait. *En colligo duo ligna, en meã consolor inopiã, amplectens Crucẽ Christi.* Vbi tã

inops Dominus, ut careret farina pugillo, nec dum aqua donaretur stilla, quæ æterno supplicio Diuiti denegatur.

Iam erro ille in clamã, *Fodere nõ ua-* IO. *leo, medicare erubescio,* habet unde inopiæ & ieiunio solamen deferat. *Ingrederi in petrã, & abscondere in fossa.* Ifai. 2. Vbi D. Bern. *Infirmã animã, quã iuxta quod* Ifa. 2. *in Euangelio quidã de semetipso confitetur Bern.* *fodere non ualet, medicare erubescit, fossa ostenditur humus.* Et ubinã terra apparet effossa? *Si intellexerimus* (adijcit) *illã quã ait, Foderunt manus, & pedes meos.* En fossa humus, ubi sine labore, laborẽ ac inopiã Dñi rãcolens, sine erubescẽtia omnibus abundabis, dum ab omnibus abstinueris.

Venio ad flagellationẽ. Durũ tibi I I. *percuti flagello? Sit ergo Iesus absque crimine diuerberatus vnica consolatio tua.* Dauid. *Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis.* Psal. 27. Ad quẽ locũ Hug. Card. *Et fui flagellatus* Hugo: *flagello penitẽtia tota die, nõ ad horã.* Tota die? Proh molestissima diuerberatio! Imo flagellatio mirũ in modũ suauissima. Vndenã suauitas huiuscemodi flagellorũ crutiãtui? In responsionis gratiã do quæstioni. Cur ait Dauid se tota die flagellatũ, si castigatio illa hora solũmodo matutina accidebat? Porro matutina hora meditatio flagellati Dñi est iuxta illud: *In matutinis meditabor in te.* Vnde Dauid tota die flagris cadebatur, sed in matutinis castigatio hæc, dum acriter in se ipsum verberibus sæuiens, suam flagellationẽ Dñicẽ uerberationi copulabat. Nullus itaque totius diei lögã flagellationẽ posset sustinere nisi diẽ huiusmodi horæ flagellationis Dominicæ commisceri curaret.

Solet qui in suum corpus animaduertit, non pace tunc temporis frui, sed bello acri tentari, donec

verberationis exercitamenta terminetur. Hoc itaque flagellato Dominò debemus, quod illū obijciētes menti, verberum bellum cū pace copulamus etiā tunc, cum punimur. Cuius meminit Iſaias satus. *Disciplina pacis nostræ super eū.* Isa. 35. Cap. 53. Cur pacis disciplina, seu punitio appellatur, cum ad bella nos provocet? Quia dum considerationi obijcimus eandem *super Iesum* diuerberationem, non possumus non pace fungi, etiā tunc, cū punimur. Excogitauit Gillibert. Abbas. *Disciplinam (ait) debita nobis pœna Christus sustinuit, ut nobis pacem resunderet. Ipse punitus, et tu punitus; sed pœna tua pacem tibi parturire non poterat.* Tūc autē punitio pacis parēs nobis delinquentibus est, cū simul Iesum punitio affectū sine culpa proponimus.

Delinquentes diaboli filij. Ad illud: **Iesus peccator apparens celat diabolo diuinæ filiationis sacramentum.**

13. Sub peccatoris habitu Iesus Diuinitatem abscondit.
14. Dum à lethali crimine abstinemus, nos Dei filios ostentamus.

13. Carth. **A**Dhuc Dionis. Cathus. duodecimam circumcisionis causā exhibet. *Circumcisionem accipiēdo, abstulit diabolo occasione suspicandi, quod ipse est Christus.* Et quonam modo abstulit diabolo suspicandi occasione? Circumcisionem accipiēdo, peccatoris præse ferendo simulacrum. Nihil etenim tam à Dei filio alienum, quam peccatū. Conatur itaque Iesus, ne diabolus cognoscat, se esse filium Dei, qui debellaturus tartara appruerat: hoc que sacramentum diabolo absconditur, dum

habitu peccatoris ostētur. An nō filij Dei per gratiā sum⁹ effecti, dū prius delictis lethaliibus inquinati, diabolu parētē habuissēmus? Ita planē. Tota equidē salutis nostræ ratio in eo sistit, q̄ diabolus nūquā nos suos filios agnoscat: si enim rursum sese nobis dedat parētē, deperibimus. Si peccata totis viribus aufugiamus, diabolus nos ex se esse minime cognosceret; si autē graui implicemur delicto, mox referato deperdita diuinæ filiationis, seu adoptionis sacramēto, dignosceret dæmō nos ex se, graui ter delinquēdo, exortum habuisse, admiseramque filiorum conditione in reuocabit.

Doctrinā cōfirmo Chromatij Episc. Sētētia. *Qui iā dudū (inquit) nobis patrē diabolu voluntate propria ascueram⁹, nūc renati per aquā, et Spiritu sanctū, patrē Deū habere iā cepimus.* Oportet igitur diabolo abscondi nos filios suos extuisse, ut in nobis nō habeat quidquā. Ioānes quidē nos edocet, quid præstare debeam⁹. *Qui nat⁹ est ex Deo, peccatum non facit, quia natiuitas Dei custodit illū, et diabolus nō tāgit illū. Qui autē peccatū facit, non ex Deo, sed ex diabolo est; quia diabolus ab initio peccat.* 1. Ioan. 1. Ac si diceret, ne peccet quicūque Dei vult filius haberi; ne si filius diaboli delinquēdo appareat, pater improbus illū cōtingat, ut filiorū deducat ad gremiū. Hoc itaque secretū nostre pristinæ è diabolo filiationis ipsi celabitur, si nos videat peccatis minimè coinquinari: quēadmodū sacramētū diuinæ filiationis Iesu cōmuni est absconditum hosti, dū Dñs sub specie peccatoris apparet. Eleganter Chromat. *Qui igitur tati muneris gratiā cōsecuti sumus, ut non solū serui, sed et filij efficiemur, quasi filij Dei agere, et cōseruari debem⁹. et idcirco sacramētū natiuitatis nostræ prius custodiētes, ab omni peccato alieni esse debemus, ut vere iā filij Dei esse, et dici mereamur.*

14. Chro: in c. 6. Mat. 1. Io. 1.

Lingue
taxatur
intem-
peraria

¶ *Docet Iesus circumcisionem linguæ ad luxuriei infranationem.*

- Ad illud: 15. Verba lasciva ad luxuriei actus disponunt.
16. Lingua incontinentis appellatur.
Vt circūcidetur. 17. Nescio quæa incontinentia ex linguæ effractione arguatur in Iuda.
18. Diues loquax, & immundus.
19. Pallex verbotum luxuriei igni materiem subministrant.
20. Vel profani contestantur.

I 5.
Hugo.

Decimam tertiam circūcisionis causam tradit Hugo Card. Quærens, cur in præputij circumcisionem culter lapideus insurgeret? respondet. *Quia ibi concupiscentia magis sauiet. Deinde ad insinuandum, quod illud membrum, quod spirituali generationi deputatum est, multum indigebat circumcisio. Membrum deputatum spirituali generationi est lingua. Lingua autem multum indiget circumcisio. Vbi emphaticè linguam vtriusque generationi innuit deseruire.*

I 6.
Antioch. ho. 2.

Pulchrè Antiochus linguam appellat *incontinentem*. Quia continentia, aut incontinentia in linguæ manibus sita. *Ab exitu (subdit) sermonis sui cognoscitur vir, utrum scilicet pudicus, an incontinentis sit? Qui tales sunt, idest loquaces, præstringit Apostolus. Hi sunt incontinentes, voluptatum amatores. 1. Timo. 3.* Quam effrænatio linguæ cum incontinentia effræni copulatur!

I 7.

Antioch. citat.

Inter huiusmodi incōtinentes adnumerat Doctor Iudam proditorem. *Sed effrænis ille lingua (inquit Antioch.) Iudas cognomento Iscariotes dicebat, Vt quid unguentum hoc non venit trecentis denaris, & datum est pauperibus. Audio linguam effrænem, incontinentem nō video. Num luxuriei nota vnquam Iscariotes inultus? Addit Pater, Dixit autem hoc, non quod pauperes haberet cu-*

ra; sed quia sur erat. Furti huiusmodi adnotanda occasio. Hugo Card. censet ea, quæ Iudas furabatur, vxoris adhuc supersticis applicari sustentationi. *Habebat enim (ait ille) vxorem, iuxta illud: Fiat vxor eius vidua.* Num affectu Iudas in nuptiales voluptates defferretur? Minime. Nec enim flāma hæc ad Christi collegas ausa est introitum institueret. Attamen id solummodo fundamentum apponitur, vt ingeniosè Antiochus ex linguæ effractione nescioquæ arguat in Proditore incontinentiam.

Diues ille tartareo immerfus incendio soli linguæ expetit, & procurat refrigerationem. *Mitte Lazarum, ut intingat digitum in aquam, & refrigeret linguam meam; quia crucior in hac flamma.* Luc. 16. Et cur solius linguæ medelam procurat? Scio Lyrantum reliquos quæ pene interpretes eo tendere, vt probent plus in lingua scrutari loquacem. *Ibi plus (ille ait) cruciabatur, quia per linguam plus peccauerat secundum officia natura, in quibus lingua deseruit loquela. Quia inter epulas splendidas magis laxatur lingua.* Sequor in præfati Interlin. expositionem. Interlin. Afferit enim diuite conflagrante mystice designari luxuriosū. Iā igitur rursum ad quæstionē aduoco. Si luxuriosi hominis typus tartareo cæco voluptatum igne carpitur: quare soli ardenti linguæ petit refrigerium? Quia sibi tam mutuo respondent lingua & luxuries, vt extinto linguæ procacis incendio, iuxuriei flamma extingui protinus videatur.

Occupantibus vada Iordanis Galaaditis, per quæ Ephraim erat reditū moliturus: cū venisset ad ea quidā de Ephraim numero sugiens, atque dixisset: *Obsecro ut me transire permittatis:* obijciunt Galaaditæ, *Num quid Ephraim es?* quo respondente, *Non sum:* periculum facturi circa hoc Galaaditæ, sic

Hugo.
ad Mat.

I 8.
Lu. 16.

Lyrant.

Interl.

I 9.

sic conclamant, *Dio ergo, Scibboleth,* quod interpretatur *spica*. Qui respondebat, *Sibboleth*, quod sonat *palleas*, eadem littera *spicam* exprimere non valet. Statim que apprehensum iugularunt. Iudic. 12. Steph. ex Beda affirmat Ephraim idem esse ac fructificans temporaliter, seu qui temporariae generationi operam impendit. Hi quidem non possunt *Scibboleth*, id est, *spicam* pronuntiare, sed *Sibboleth*, siue *palleas* exprimere. Vana lasciuia verba Phitonica volubilitate emittunt ad temporarium luxuriei fructum, non ad spirituales generationem, seu multiplicationem expectantia. Concludit, *In temporalibus fructificantes, et amatores non possunt loqui de fructu pleno, sed palleas recte pronuntiant.* Unde Isaias, *Et erit quasi Phitonis vox tua.* Quando non procacitas cum libidine in consortium?

20. Arist. 3. Eth. Laer. 1. 2. c. 6. 8. Porro linguæ fluxum intemperantia indicem exitisse Philosoph. adfirmavit, factus. *Qui fabellarum cupiditate ducuntur, vel studio narrande trahuntur, eos nos intemperantes dicimus.* O quam appositè Laertius. *Bias nauigans cum hominibus in uerecundis tempestate correptis, illis vociferantibus, Silete, inquit, ne Di. vos homines inuerecundos hic nauigare sentiant.* Quasi largiter diffusam linguam clamantium luxuriam inuerecundam quodammodo manifestaret. Ad circumcisionem ergo lingua afferatur, ut in continentia adhibeatur medicamen. Id quod ad procaces dirigo. *Feminas nimiam suæ continentie iactatrices. De igne, aiunt, loquimur, haud igne perimus. Vix equidem impudica loquacitas ab immundis affectibus separatur. Namque palleas loquitur, ignivo lapratum materiam subministrat.*

Omnimoda hominis spiritualis circumcisio ex Iesu.

- 21. Nos Iesus mortificationem edocet.
- 22. Quoniam modo huiusmodi mortificatio perficienda?
- 23. Circūcisio æternū durans mortificatio est.
- 24. Circūcisio Hebræorum mortificationis nō est typus.
- 25. Eandem culter Iadideus figurabat.
- 26. Hæc est circumcisio secunda.

Quartam decimam ex Beda circūcisionis Iesu causam accipite.

Redemptor noster, qui ut peccata mundi tolleret, sine peccato venit in mundum, sicut suo Baptismate nobis remedia procurauit, id est, nostras abluendis sceleribus aquarum, quæ subijt, lauacra consecrauit: ita etiam circumcisione, quam suscepit non sua, quæ nulla erant, admissa purgauit, sed nostræ in se natura uetustatem docuit inuouandam.

Porro Dionis. Carth. quoniam modo spiritualis circūcisio hæc sit instituta, & perficienda hisce verbis ostendit. *Circūcisio aliud non videtur nisi alienius superfluitatis abscisio. Quid ergo superfluit nobis nisi propria culpa? Propterea spiritualis circūcisio est peccati abscisio, omnium quæ membrum corporis, ac uirtutem animæ ab inordinato, atque illicito motu, actu, & usu repressio. Hæc spirituale circūcisione docet Saluator dicens, Si manus tua, vel pes tuus scādali- zate, abscinde eum. Quæ uerba nō sūt de corporali abscisione accipienda, quia nequaquā debet mutilare se homo, sed de abscisione spirituali, et scilicet motu illicitu manuū, pedū, oculorū, & aliorū membrorū abijciam.*

Quæ equidem spirituale circūcisione innuit Dñs, dū inquit, *Erit pactū meū in carne uestra in sæculis æternū.* Ex. 17. Vbi Rup. rauocat ad questionē. *Quomodo circūcidēdij ritus æternū esse poterit, præcipue cum*

Mortificatio- nis ne- cessi- tas. Ad illud: *Ut cir- cūcide- retur.*

21.

Beda.

22.

23.

cum vigente Baptismatis lauacro, omnino circumcisionis ritus fuerit ablegatus? Ruper. *Ad Christum* (inquit) *respicit hoc dictum, qui vera caro de illorum carne est, in quo factus est in aeternum; quia ipse circumcisus est caro nostra, qui fecit utraque unum.* Fecit, inquam, utraque unum; quia populum utrumque ad circumcisionis legem curauit allicere. Dū circumcisione carnis ablegata, legem spiritualis circumcisionis induxit.

Eadem veritas ex illo confirmatur:

24. *Ex. 17. Ve sit signum inter me, & te.* Exod. 17. Et quare signum appellatur circumcisio?

Lipo. *Circumcisio signum dicitur, quia significauit.* Quid? D. Ambr. *Intelligimus, quod circumcisio corporalis signum circumcisionis spiritualis fuerit. Ergo signum mansit, donec veniret veritas. Ad uenit Dominus Iesus, qui non partem exigam corporis in signo, sed totum circumciderat hominem in ueritate, signum destruxit, & ueritatem induxit.*

25. *Tulit olim Sēphora acutissimam petram, & circumcidit præputium filij sui.* Exod. 4. Num culter lapideus de circumcisionis necessitate? Respondet D. Tho. *Cultellus lapideus non erat de necessitate circumcisionis. Leguntur autem multæ circumcisiones factæ a cultello lapideo factæ. Per quod figurabatur circumcisionem spiritualesse faciendam per Christum, de quo Apostolus, Petra autem erat Christus.*

26. Expressius Dominus spirituale circumcisionem prænotauit, dum apud Ios. 5. *Iosue Fac tibi* (inquit) *cultores lapideos, & circumcide secūdo filios Israel.* Cap. 5. Vnde nam circumcisio hæc secūda appellatur? Num alia prima? Lyrā. *Dicitur hæc circumcisio secūda respectu illius, quam fecit Abraham de mandato Domini.* Strab. *Gen. 17.* Strabus obijcit, *Quomodo potest quis secūdo circumcidi circumcisionē carnali? Ego quidem circumcisionem*

hanc secūdam affirmo cum Lyrā respectu Abraham circumcisionis, ac simul cum Strabo. secūda spiritualis nostræ imaginem extitisse. D. Iustin. *Beati nos* (inquit) *qui altera circumcisione* (Christi scilicet) *circūcisus sumus.* Iā uerò spiritualis circumcisionis seriē speciatiū exhibeo.

Hæc indicta circumcisionis lex unguia obligat membra. Omniū mēbro rū mortifica- tio.

- 27. Omnium membrorum mortificatio. Ad illud:
- 28. Oculorum infrænatio.
- 29. Linguae & aurium unā compressio. Ve circūcide
- 30. Manus uel leuiter contingentis feminae illigatio. retur.
- 31. Cordis circumcisio.

P Remitto pulchrum Origenis testimonium. *Vos ergo populus Dei suscipite dignam circumcisionem in auribus, in labijs, in corde, in omnibus omnino membris. Circumcise sint aures, ut uocem non recipiant obirectantis. Circumcisus est labijs, qui disponit sermones suos in iudicio, qui uerbositatem reprimit. Circumcisus est corde, qui puram fidem conscientie ueritate custodit. Ut perfectus sit homo, omnia circumcidenda sunt membra. Manus qui de a rapinis; pedes, ne ueloces sint ad effundendū sanguinē; oculi, ne rōcupiscāt aliena; gustus, ut ad gloriā Dei māducat, & bibat odor, ut Christi bonus odor sumus.* Hæc carpiū ex prædicto Doctore. Tu singula pēde, ego autē quinque speciatiū mēbrorū circumcisionē brebiter illustrabo.

28. Quod nā prius mēbrū circumcisionis uulnere afficiēdū? Oculi quidē, ē quibus uia omnis accipit dueatū. *Primo* (inquit Carth.) *circūcidere debet Christianus oculos suos.* Profecto ab oculis reliqua membra uiam spiritus arripiētia

capiant directionem. David. *Auerte oculos meos, ne videant vanitatē, in via tua vivificame.* Psal. 118. Tunc equidem me apud spiritus viam vita vberiori donabis, cum meos oculos dirigentes auerteris a vanitatis mundialis aspectu.

Incog. *Lex Evangelica (loquor cum Incog.) omnes actus nostros dirigit, ne vanis intenti, Deum offendamus. Dirigit pedes, ne affectiones animæ ad vanitatem dilabatur. Dirigit manus, ut in nostris operibus vanam gloriam non queramus. Dirigit linguam, ne in vanum nomen Dei a iuramus. Et sic de omnibus alijs membris. Et quia in er omnes sensus visus est nobilior, ideo sub illo sensu omnes alios Psalmista à Deo petit dirigendos. Auerte oculos meos, ait, ne videant vanitatem. &c. Necessaria ergo proflus oculorum infrænatio, è quibus spiritualis totius profectus felicitas videtur dependere.*

29. Profectò sicuti ab oculis totius directio pendet incessus: ita auditui lingua ad eò copulatur, vt effrenatio vnus alterius arguat, imò influat effrenationem.

Quare simul sensus vterque cohibendus. Moyles, *Incircumcisi* (ait) *labijs ego sum.* Exod. 4. Stephanus clamat, *Incircumcisi auribus vos semper Spiritui sancto resistitis.* Act. 9. Ille labijs incircumcisi resistit Deo, quia aures incircumcise erant, ad diuinæ vocis directioni obtemperandū. Hic auribus incircumcisi, quia semper detestabili haud circumcisa lingua Spiritui sancto resistunt. *Moyles* (inquit Beda) *incircumcisum se labijs esse quarebatur, Stephanus Iudæis non creditibus, Incircumcisi, ait, auribus vos Spiritui sancto semper resistitis. Ille itaque vera circumcisione mundatus est, qui obturat aures suas, ne audiat sanguinē, qui custodit vias suas, ne delinquat in lingua sua, & attendit sibi. Qui sibi sæpe grauius delinquenti non attendit, pro-*

Beda.

ximi innoxium sanguinem, lingua no uacula ministrante, profundit. Hic autem effusus sanguis prius exauditur, (*Ne audiat sanguinem*) quam diffundatur. En aures, & lingua incedentes pariter obijciuntur.

Manuum iam superflua aggredior resecare. *Si manus tua (inquit Dominus) scandalizat te absconde.* Math. 18. *Manum tuam foemineæ implicas manui? Absconde.* Non equidem, ais, huiusmodi contactu scandalizor. Scis ne, num manus altera foemineæ pariat scandalum? Ille igitur contactus te, vel aliū ad scandalum adferens, resecandus. Dionis. Carthus. audiendus. *Circumcidere debemus tamen ab omni contactu lasciuo, palpatu, & osculo & maxime dū quis ex tactu consentit in se motum in ordinatum. Et quamuis in se ipso non sentiat tamen debet timere, ne fiat alteri alicui inordinata motionis occasio.*

Venio ad cordis circumcisionem, incircumcisos enim corde Iudæos adfirmavit Stephanus. Hi profecto corde incircumcisi, qui ab spiritu hypocritis arripiuntur. Præstat ex Beda benerrabili audire. *Ipsa bona actio circumcisione non minus indiget, ut cum ieiuno, oro, elemosinā facio, gloriam intrinsecus queram. Nam si in angulis platearum sto, faciem demolitor, tuba ante me cano, ut videar, & lauder ab hominibus. Foris quidem circumcisius appareo, sed immundus in corde permanens, pœnas simulate sanctitatis incurro. Subijcit Sichimitarum circumcisorum quidem opere externo non affectu cordis, historiam. In exemplum Sichimitarum, qui cum Patriarcharum circumcisionem viderentur imitari: quia non ob Domini testamentum, sed ob causam fecere luxuria, non modo nihil acquirere mercedis, verum tertia die quādo grauisissimus vulnorum dolor est,*

30.

Ma. 18. Carth.

31.

Beda.

inter sua ciuitatis periere ruinas. *T. les nã que oblitì prophetica admonitionis, Circumcidimini Domino. & auferite praputia cordium vestrorum.* Sic ille.

Mortificatio-
nis fructus
Ad
illud:
*Vt circū-
cidere
retur.*

Quoniam fructu ad spiritualis
circūcisionis exercitamen-
ta perstringaris?

32. Mortificatio nos ad implenda præcepta
reddit agiltiores.
33. Nos efficit dulcius Domino copulari.
34. Æterno nos demum paradiso donat.

32. **N**EC sine vberi fructu huiusmodi
circumcisionis persequeris studiū.
Primus ergo spiritualis fructus circum-
cisionis est, ad implēda Dominica præ-
cepta facilitas. Cultro spirituali percu-
teris, & caro tua Dei testamento con-
formatur. *Exit que* (inquit Deus) *pactū
meum in carne vestra in fœdus æternum.*
Gen. 17. Vbi Orig. pro *pactum, testa-*
mentum ponit. Ac si diceret, si percutia
mini spiritualis circumcisionis gladio
per membrorum mortificationem, vni-
uersæ legis adherescetis obseruationi.
Si mortificabero (inquit Pater) *membra
mea, qua sunt super terrã, testamentum Do-
mini habeo super carnem meam.* Vix ete-
nim sub mortificationis aspectu vlla po-
test aduersus legis obseruantiam diffi-
cultas præualere.

33. Deinde prædictæ circumcisionis ef-
fectu non solum testamento Dei, sed
ipsi Domino dulciter, & firmiter copu-
lamur. Iesus circumciditur, post circū-
cisionem autem sistitur Domino. *Vt si-
strent cum Domino.* Luc. 2. Quid post
circumcisionem nisi ad Deum profe-
ctio, cum ipso que perfecta copulatio?
Beda, *Iesus post circumcisionem Hierusalē
adlatus, & Domino oblatus est.* Magnū

prorsus emolumentum coniungi Crea-
tori. Quod exprimens Isaias, profatur,
Quis poterit habitare cum igne æuorãre? Isa. 33.
Cap. 33. Vbi sic Hugo. Cardinal. *De* Hugo.
hac circumcisioe habetur apud Isaiam,
Quis poterit habitare cum igne, id est cum
Deo. Deus enim ignis consumens est, consu-
mens, inquam, malitia rubiginem. Et sub
iuungitur. Qui ambulat in iustitijs, Ecce cir-
cumcisio lingue. Qui projicit auaritiã &c.
Ille in excelsis habitabit Quam facilis hu-
iusmodi circumcisio substantiæ munera-
tionis aspectu!

Æterna denique felicitas ex spiri-
tuali circumcisioe ducit exortū. Nea 34.
enim æternū durat huiusce insitio gla-
dij percutientis. Deus olim *flammeum gla-*
dium, atque versatilem collocauit ad cu- Gen. 3.
stodiendam viam ligni vitæ. Gen. 3. Pō-
deranda huiusce gladij, & acies, & con-
ditio obijcitur. Flammeus est, versatili-
s est. Sine flammeo circumcisionis
gladio paradisi non patet ingressus;
percutere vulnerare, comburere quicū-
que ad cælum reditum paras. At gla-
dij versatilis ostentatur; erit namque
quando omnino gladius auferatur, ne
circumcisionis acria vulnera sustineas. Lipo.
Vtrumque adnotans Lipo. ait. *Hic flam-*
meus gladius figura fuit circumcisionis gla-
dij, per quam saluantur homines. Sed ver-
satilis est, eo quod remouendus, & penitus
tollendus. Ita Doctor.

OBSERVATIO I. MORALIS PANEGYRICA CIRCA LITTERAM.

Sapiens Consiliarius Iesus
circumcisioni traditur, ne
paruulos scandalizet.

35. **D**ecimam quintam insuper circū-
 cisionis causam accipite. Circū-
 cisionis vulnere traditur, ne par-
 vulos scandalizet. Puer profecto valde
 à prudentia, à sapientia remotus. At
 quisnam Puer noster? Ambr. Ille de
 quo dictum est, Puer datus est nobis, et
 vocabitur nomen eius. Admirabilis Con-
 siliarius. Isai. 9. Et cur hodie Iesus Consi-
 liarius admirabilis vocitatur? Quia om-
 ne scandalum curat remoueri, dicente
 Carth. Garhus. Circumciditur, ut Iudæorum
 scandalum cuitaret. Pollentis quippe
 consilio, ac prudentia viri est, amouē-
 do scandalo curam impendere. Porro
 Anast. Anastas. Nizenus hortatur eos, qui pol-
 lent sapientia, ne licitis actionibus parui-
 lis scandalum administrent. Nam si quis
 (inquit assumens id ex Apostolo) vi-
 derit te, qui habes scientiam in idolo recū-
 bentem, edificabitur, ad vescendum de
 idolotyis. Vbi carpit eos, qui sciētia vi-
 gent, quod illa minimè vsi fuerint, ad
 vitandam scandalum occasionem. Inscij
 proculdubio, & imprudentis animi est
 remouendo scandalo operam non na-
 uare. Vtrumque ostendam.

scientiæ magistrum ostentauit? Dixit
 ad Lot, Ne, queso sit iurgium inter me, et
 te, et inter pastores meos, et pastores tu-
 os, fratres enim sumus. Ecce vniuersa ter-
 ra coram te est, recede à me obsecro. Si ad
 sinistram ieris, ego dexteram tenebo; si
 dexteram elegeris, ego ad sinistram pergā.
 Gen. 13. Qui igitur sapientiæ magi-
 ster aduentat, prudenter occasione
 scandalum admoueri curauit. Pulchre D.
 Chrysost. Debat (inquit) Abraham,
 utpote missus omnibus Palestina cultori-
 bus sapientiæ Doctor, nullam scandalum da-
 re occasionem. Huiusmodi etenim de-
 bito sapientiam illigari necessum est,
 Debat Abraham.

Datur hinc causam dignoscere, cur
 Deus ad Regnum Tribum Iudæ, non
 autem Ephraim elegerit, dicente Dau-
 de, Tribum Ephraim non elegit, sed elegit
 Tribum Iudæ. Psal. 77. Vis tribus Iudæ
 aptitudinem administrando Regno re-
 censeam? Elegit Tribum Iudæ montē Si-
 on, quem dilexit. Aug. Tribum, inquam,
 Iudæ, quæ futuræ speculatur. Nam et Siō
 speculatur futura. O quæ sapiēs prouidē-
 tia necessaria regimini! Tribus autem
 Ephraim ad Regnum non assumitur.
 Quare autem è Regum codice expun-
 ctæ? Quia minimè pollens sapientia, i-
 nepta erat gubernationi. Iam quæris,
 vndenam insipientiam Tribus Ephra-
 im sapientissimi Protegis Ioseph filia
 ostentari? Mater hæc Tribus hominis
 scandalosi. Quia Roboam (inquit Theo-
 dor.) ex hac Tribu originem ducens, ex Da-
 uidico Regno decem Tribus abduxit. Nū-
 quid spinæ vuas parturient? Insipiens
 scandalosus vir quomodo non ex stulta
 parente duxisse ortum obijceretur? Iā
 calleo cur Ioannes Israelis Tribus recē-
 sens alto Tribum Ephraim silentio præ-
 terierit, quippe quæ tam infelix, vt Ie-
 roboam petram illam scādali peperis-

Caput primum.

Sapiēs
 vitat
 scādali
 Ad
 illud:
 Vt cir-
 cūcide
 retur.

¶ Prudentia præditi viri est scādali-
 lum vitare.

- 36. Abraham sapientiæ magister scandalum vitare debebat.
- 37. Tribus Ephraim stultitia, quia scandalosi parens.
- 38. Iesus sapiens Consiliarius ostenditur, dum vitaturus scandalum circumcisioni traditur, agit infantia.

36. **A**braham olim immisus, vt sa-
 pientiæ Palestinos normam edo-
 ceret. Et quonam modo se se la-

set. Et quonammodo inter homines mater quasi bruti adnumeraretur?

38. De Puerio Consiliario nostro sapiētissimo Prophēta sic, *Butyrum, & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum.* Isai. 7. Pende illud: *Ut sciat.* In quonam huiusmodi sapientia sita est? Non ne in electione boni, mali que reprobatione? Ita planē. Cur ergo viri insipientis est licitis hærere, licet inde sequatur scandalum? Quia quod bonum est secundum se, malum propter eueniens scandalum ostentatur. *Bonum est, (ait Apost.) non manducare carnem, & non bibere vinum.* Ro. 14. Ergo malum est manducare, & bibere. Addit, *Neque in quo frater tuus offenditur, & scandalizatur.* Propter scandalum etenim aduentans malum redditur, quod suapte natura bonum est. Audi Paschal. *Bonum est mihi carnem non manducare, & vinum non bibere, quoniam malum est homini, qui per officulū manducat, & bibit.* Iesus itaque sapientia pollens adhuc puer obijcitur, dum reprobat vti malum id, quod suapte natura bonum est, dum nullam puerilis ætatis obligationem non expleuit. *Butyrum, & mel comedet.* Id est, se se vti puerum communem nobis dans, in morem cæterorum, & vbera exuget, & vagitus excitabit, & circumcisionis cultro tradetur. *Ut sciat veluti malū reprobare, quod ex natura est bonum, ne scandalum fratribus excitetur.*

Pasch. l. 2. in Math. Insipiens scādolosus Ad illud. Ut circūcidetur.

Caput secundum.

I Insipiens, ac brutalis animi est, dare scandalum occasionem.

39. Eux scandalizantis inscitia.
40. Qui alicui scandalum est, non sapit.

41. Scādalizans circa cibum alias non prohibitum, molla cibum terit asinaria.
42. Brutales scandali excitatores cum Sampsonem mollæ alligantur.

P Remitto D. Basilium fantem, *Scandalizat quidem aliquis, quandoque dictis, factis ve legem violat, & exemplo sub alium ad legis violationem inducit, ut Eua Adam.* Patens scandali Eua? Ad sapientie mulieris examen veniamus. Paulus sic, *Adam non est seductus, Eua autem seducta fuit.* 1. Timoth. 2. Hinc Doctores inquirunt, num Adam fuerit absolute seductus? Affirmo nullatenus virum seductum fuisse. Placet attamen in presenti D. Chrysost. expositionem recensere. *Non est (inquit) pars Adams & Eua seductionis ratio. Ille seductus est à Ioui muliere, hac autem decepta est à bestia, quæ seruituti hominis fuerat addicta.* Paulus ergo in comparatione mulieris affirmat non fuisse Adam deceptum. Quæ ab animanti bruto seducta prædicatur, maiori proculdubio inscitie brutalitate tenetur, quam bestia seducens. Vnde Portius Cato foeminam brutum animal appellauit effrenem. *Date (ait) frantum impotenti nature, & indomito animali.* Et quomodo non brutali conditionis scandali adhæreat scaturigo?

Nec mirum foeminam minore à natura sapientia præditam, ab inscitia excitari, vt scandalum moueat, si vir alias sapientia ornatus, occasionem scandalo exhibens, insipientie arguatur. D. Petrus ad regimen Ecclesie adsumendus, utpote prudentia, ac sapientia admodum præditus, Christo se accingenti ad passionem, sic obijcit, *Abstine à te Domine, non erit tibi hoc.* Cui Redemptor, *Vade post me sathana, scandalum est mihi, quia non sapiis.* Quam pulchrè causa scandali signatur inscitia! *Scandalis*

39. Basil.

1. Ti. 2.

Chrysost. l. 1. c. 6.

40.

Ma. 16.

es mihi, quia non sapiſ. Veniam ſaperes, non utique mea paſſioni obſtacula obijceres; quia noiſſiſſima, ideſt, ipſius paſſionis effectus prouideres. D. Baſil. *Scandalizat aliquis etiam quādo cumque prohibet exequi voluntatem Dei. Vi Petrus Dominum, quādo dixit, Non erit tibi hoc. Cui dictum eſt, Scandalum tu mihi eſt, quia non ſapiſ.* Prohiſcandalizantis inſcicia, quādo vel ſapientiſſimus Petrus inſipientiæ quodammodo arguitur, ſcandali improuidens excitator, ab omni tamen malitiæ ſuſpitione liber.

Porro ſcandalum excitauit inſcitiã apud Mathæum apertius Saluator expreſſit, *Qui ſcandalizat unum de puſſilis iſtis, expedit ei, ut ſuſpendatur mola aſinaria, & demergatur in profundum maris.* Cap. 17. En luplicium, quo Deus in ſcandali motores inſurgit. Exiſtimo planè aſinaria quæ mola demergi, idè eſſe, ac propter inſcitiã cum brutis amandari. Paſchal. ſic, *Verum (ait) & molarum differentia ex hoc loco iure quaruntur. Quia ſunt humana, ſunt & aſinaria, ſeu iumentorum. Aſinaria autem iſta eſt, quæ imponitur ſcandalizanti, ut demergatur in profundum maris.* Videtur Pater nomen *Mola* non tam de molendino, (ut mihi certum) quam minus propriè de ore uſurpare, dum ait humanæ eſſe molas. Ac fratres ſcandalizanti, cum comedit, & bibit, (licet aliàs licitum ſit uti Paulus ait) inſigne imponatur demergendo, collo eius mola aſinaria appenſa, quæ de iumentumore ſine prudentia cibos manducans attriuit, vnde ſcandalum habuit exortum.

42. Porro expediōri via incedens Abbas, ut ſcandalizantis exprimat conditionem, huiusmodi hominem aſinariã illigat molæ ſub alia ſignificatione, ut ſcilicet iumentorum exerceat miniſterium Memorans que Sampſonis rui-

nam, cum aſſerit horumce brutorum typum geſtauiſſe, vnde eis oculi in perditæ ſcientiæ ſignum eruuntur. *Sampſon ille fortiſſimus (ait) non prius ad molam, ut uolat, mittitur, quam ei oculi eruantur. Quæ cacitate, (ſcilicet inſcitiæ) quicumque percuffus fuerit, in circuitu iugiter ambulabit.*

Paſch. citat.

OBSERVATIO II.

Puer circumciditur, ut communis bonæ commēdet, ſingularitatem damnet.

Decimam ſextam circumciſionis 43. Ieſu cauſam Dionyſius ſubiicit Carchuſianus, *Propter communis commendationem, ut & nos ſingularitatem vitemus.* Hæret Ieſus peccatoris gerens perſonam Abrahamo, Iſaaco, Iacobo, omnibus fidelibus circumciſis copulatur, ſequendæ communis fructus commendans, condemnans ſingularitatis exitialis damna. In ſolens collega communis Sanctorum ſæpe immunitate perfruitur. Vir alias iultus ſingularitati adhæreſcens, non ſemel miſere deplorat. *Ut utrumque perſequor.*

Caput primū.

¶ Communis bonum.

44. Ut canis communis harendo mutetur in filium?
45. Aridum lignum communis irrigationis beneficio floreſcit.
46. Si communis bona ad vicinos hoſtes effluunt, quid ad diſcolos domellicos non dilabantur?

Sequēdæ cōmunitatis fructus. Ad illud. *Ut circumcidetur.*

44.

Quam vtille vel cani immun-
 dissimo communitati filiorum
 adhærere! Sit tibi religiosus ali-
 quis irreligiosus, canis vtique ad vo-
 luptatum sæcularium stercora accu-
 rens, communi tamen mæsæ hærescat,
 singularitatem fugiat, communitatis
 & in victu, & in vestitu gaudeat par-
 simonia. O canis ex Dei munificentia
 filiorum tandem reficiendus alimento!
 Apprimè quadrat Chananæ historia.
 Accelsit ad Christum pane filiorum
 reficienda. Cui Dominus, *Non est bo-*

Ma. 15.

num sumere panem filiorum, & dare ca-
nibus. Ast illa, *Etiā Domine, nam*
& catelli comedunt de micis, quæ cadunt
de mensa Dominorum suorum. Math. 15.
 Se canem efficit filiorum; quia do-
 mini vel canes nutrire tenentur, cum
 sint familiæ pars. O Domine, me ca-
 nem non decet ad panem filiorum acce-
 dere; sed me familiæ partem filijs ad-
 hærescentem donare teneris alimonia.

Chryf.

D. Chrysof. Ille dicit, Non est bonū.
 Hac autem dixit, Vtique Domine. Ip-
 se Iudæos filios vocat. Hac dominos. Ip-
 se canem eam nominavit. Hac & opus
 canis adiecit. Ac si dicat, si canis sum,
 non sum aliena. Canem me dicit? ergo nu-
 tri me ut canem. Non possum relinquere
 mensam Domini mei. Proh canis feli-
 citas Dominicæ familiæ pars! Commu-
 nitati copulare, ad bonam te fortassè
 frugem recipies.

45.

Quid cani cum filijs, quid arido lig-
 no cum floribus? Profecto arbor infæ-
 cunda apud communitatis fluentia sæ-
 pe conuertitur in hortum plenum abun-
 dantia. *Quam pulchra tabernacula tua,*
Iacob, & tentoria tua, Israel! Vi valles
nemorosæ, ut horti iuxta fluvios irrigui.
 Num. 24. Nemorosæ valles sine fru-
 ctibus diffluentis nomine insigniuntur.
 Quid sterili nemori cum horti abun-

Nu. 24.

dantia? Profecto nemora infæcunda
 iuxta fluentia diuersantur, communi-
 tatis irrigatione perfriuntur; quid ni-
 erunt tanquam lignum, quod plantatum
 est secus decursus aquarum, quod fru-
 ctum suum (licet aridum nunc) dabit
 in tempore? Psal. 1. Ligna etenim ste-
 rilia conuertuntur sæpe in olera, sylbæ
 in hortos communis irrigationis be-
 neficio mutantur. Pulchrè Orig. Ri-
 gatione enim sylbæ mundantur, & ad om-
 nem agnitionem celestis nutriuntur.

Psal.

Orig.

ad huc

locum

46.

Non benè audiunt finitimi hostes
 apud Dauid, à quibus Rex opprime-
 batur. *Facti sumus* (ait) *opprobrium vi-*
cinis nostris. Consequenter adiungit,
Et redde vicinis nostris septuplum in si-
nu eorum. Psal. 78. Quid septuplum
 reddi vicinis? Cassiod. *Vicinis, de qui-*
bus supra ait, Facti sumus opprobri-
um vicinis nostris, redde septuplum. Sep-
tuplum hic perfectionem significat mune-
ris celestis, quod accipimus, quando Spi-
ritus sancti illuminatione complemur.
Redde dico in sinu eorum. Si vicinis, si
 finitimis hæc: quid in medio mona-
 sterij inter viros, aut fœminas san-
 ctissimas commoranti? quid commu-
 nitatis sequendæ amatoribus?

Pf. 78

Cass.

Caput secundum.

Singularitatis malum.

- 47. Fugitās communitatem diabolus, apud
 deferta commoratur.
- 48. Singularitatis certamina expetit diabo-
 lus, vt religiosos debellet.
- 49. Solus Christus ad singulare certamen se
 se potest accingere.
- 50. Indas periit à communitate recedens.
- 51. Qui singularitatem se etatis, tibi met dia-
 bolus exiit.

Singu-

larita-

tis in cō-

moda.

Ad

illi ud.

Vi cir-

cūcide

retur.

47. **D**eserti incola dæmon, commun-
nitatis effor. Quid si socius pe-
culiaris cuiusvis perfectionis stu-
diosus à communibus discedat exer-
citamentis? Hic proculdubio adhæres-
cit diabolo apud solitudinem singula-
riter commoranti. Minimè inter so-
cios sathanas apud deserta constitutus,
vbi ab Angelo religatus æternùm per-
Nii. 23. *Dixit que Balaam à Balac,*
Ædifica mihi hic septem aras, & para to-
tidem vitulas, & eiusdem numeri arie-
tes, sta paulisper iuxta holocaustum tuum,
donec vadam, si forte occurrat mihi Do-
minus. Nu. 23. Quare Balaam Israe-
lem maledicturus, à Balac discesserit?

Num ad Deum preces effusus, so-
litudinem captat? Respondet Lyran.
Lyran. *Licet nominet hic nomen Domini, inten-*
debat tamen habere reuelationem à de-
mone, quomodo procederet in populi Is-
raelis maledictione. Cur igitur sermo-
nem cum diabolo collaturus, properat
ad deserta? Quia diabolus semper ex-
tra societatem, extra communitatem
est conueniendus. Pulchrè adijcit ille,
Recedebat à societate aliorum, quia de-
mones communius apparent in solitudine.

48. O quam periculosè à communitate
recedis, licet acrioris pugnæ causa
Antonios sequaris, Hilationes requi-
ras, Paulos (non eodem spiritu) stu-
deas imitari. Huiusmodi recessum tu-
um diabolus expetit, vt tecum singu-
lare certamen instituat, & te omnino
hanc auxilium societatis habètem pos-
sit debellare. *Va soli, quia cum cecide-*
rit, non habet subleuantem se. Reuoca
ad memoriã Goliath astum, ad cer-
tamen singulare Israelem excitantis.

1. Reg. *Eligite ex vobis virum, & descen-*
dat ad singulare certamen. 1. Reg. 17.
Quare ad singularem concertationem?
Quia difficillimè communitas fortif.

simorum frangitur, non difficilè sin-
guli deuincuntur. Haud aliter diabo-
lus te expetit singularitatis amatorem,
altioris silentij, prolixioris ieiunij,
profundioris contemplationis prætex-
tu à communitate dimoueri, te solum
ducit nibili, qui te apud socios com-
morantem aspectans, imbecilli formidi-
ne scrutiabatur. Galfrid. appositè.
Nullus ex nobis animositate proterba ine-
at hoc certamen. Non est enim qui ad
hoc sufficiat. Non timet nos solos ad-
uersarius noster. Id circo prudenter pro-
uocat ad singulare certamen, sciens, quia
va soli, quia cum ceciderit, nullum habet
subleuantem. Galfri.

Formidanda prorsus militibus for-
tissimis singularis certaminis institu-
tio. *Audiens autem Saul, & omnes Is-*
raelita sermones Philistæi huiusmodi,
stupebant, & metuebant nimis. 1. Re.
17. Nec enim regia dignitate dignus,
nec verè Israelita, qui ad singularis bel-
li compellationem non totis artibus
contremiscit. Quid exercitus Duces?
quid Israelis luminaria? quid populi e-
lecti potentia? Nullus ad singularem
concertationem egredi audeat. Atra-
men quia huiusmodi certamen erat
ineundum, adest David Iesu gerens
personam in deserto diabolum supe-
rantis, comminuentis. Quia solus ille,
qui quando solus, Trinitatis hæret col-
legio, potest ad singularem dimica-
tionem conuenire. Vnde Galfridus no-
tante adiunxit, *Quamobrem opus erat,*
vt veniret, & subueniret magnus ille
David manu fortis, & visu desidera-
bilis, idest, Christus. Galfri.

Manus diabolus cum Apostolorum
collegio conseruerat, intendens Dis-
cipulum aliquem ad Magistri venditio-
nem commouere. Vt vidit Iudam a-
uaritiæ morbo laborantem, signa cum
illo

illo contulit, ut huiusmodi ei facinus fratribus conuenire.

persuaderet. At cum beneficio communitalis tunc frueretur, licet auarus, licet diabolus, non potuit hostis praeualere, donec Iudam à collegio praecepit, ad singulare que certamen descendere persuasit. *Cum ergo accepisset*

Io. 13.

ille buccellam, exiit continuo. Ioan. 13. Proh Iudae dementia! Hec ruinae Proditoris non leuis occasio, (inter alias) communitatis subleuationem reliquit, perijt singularis, ubi nullus adest collega, qui leuare curet excidentem, qui singulari decertatione vulneratum gremio excipiat, qui praecipite redire curet ad ouile. Audi Chrysof.

Chryf.

Quando ultima caena communicauit Iudas nocte illa postrema, ceteris omnibus recumbentibus, ipse se proripiens excessit. Nisi enim exisset, ille proditor factus non esset.

51.

Chryf.

Duplicem Chrysof. expende particulam. Illam imprimis: *Ipse se proripiens.* Nonne magis proprium diaboli hominem proripere, ut exiret, quam ipsius hominis, qui quidem non tam proripit, quam proripitur? Porro Iudas diabolus iam effectus semetipsum proripuit, ut diaboli vices expleret. Nec enim humanae naturae hostis ad collegam, ad Iudam scilicet communitatis patrocinio munitum audebat accedere. Deinde illa ponderanda sententia: *Nisi exisset, ille proditor factus non esset.* Licet sacrilegus indignè communicans, non effectus proditor esset, nec omnino periisset, (auctore Chrysof. tomo) si cum recumbentibus recumberet, nec se à Sanctorum communitate prociperet. Periculosum sanè ceteris in refectorio fratribus decumbentibus, me singularitatem sectantem circa cibum, aut potum, aut locum, aut tempus tunc non adesse, non cū

OBSERVATIO III.

Aptè hominū Princeps legi subditorum obtemperat.

QUAM Pueri (cursum quaerit Ambrosius) *Puer* (inquit) *circumciditur, de quo scriptum, Puer natus est nobis, cuius imperium super humerum eius.* Isai. 9. Quam perfectè munus implet regiminis, qui subditorum legi dignatur obtemperare! Hinc Princeps fructus gaudet vberimos collegisse. Vnū & alterum praecipue expendo, & illustro.

52.
Ambr.

Caput primum.

¶ Leniora reddit onera subditorum.

54. Princeps obseruator legis subditos, gratia leuaminis, in humeris portat.
55. Ioseph praesens incarceratus subditos docet exui cattenis.
56. Suavis lex subditis post exemplum Iesu.

Subditorū iugileuorā coram onerato Praefule. Ad illud. *Vt circumcideretur.*

Affirmat Beda (decimā septimā circūcisionis causā exhibeo) Iesū circūcisionis legi paruissē, *Vt eos, qui sub lege positi, legis onera portare nequiverant, sua compassione inuarentur.* Ea est exempli vis in praeposito, ut subditus non solum leuius legis pondus experiatur, sed humeris quodam modo Principis asportetur, dum eum aspicit legis onera comportantem. Quid hoc leuamine suauius?

53.
Beda,

Isaiæ praemissum testimonium apprimè huic quadrat argumento. *Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super hu-*

54.
Isai. 9.

Lyran. *Cap. 9. Aliter, Et recipiet super se legem, ad seruandum eam. Vbi hic loquitur de Christo, qui expectabatur in lege. & Prophetas ad salutem mundi venturus. Quod autem in hac translatione ponitur: Et recipiet super se legem, ad seruandum eam, loco cuius in Hebræo habetur, Erat principatus super humerum eius, conuenit ipsi Christo, qui factus est sub lege. Iam quaeris, quid legis obseruationi cu asportatione principatus? Equidem tantundem est legis rigori subijci Christi, ac principatû, siue subditos omnes gratia leuaminis, in humeris portare.*

55. Refert in memoriam Iosephum uinculis Aegyptiis illigatum, uinculorum que præpositum. Gen. 39. In magnum prorsus carcere inclusorum leuamen, Ioseph carceri tenet principatum, dum scilicet eadem carceris custodia uinctus detinetur. Mentem expono D. Pauli sententia. *Vbi sustinuerat seruitutem, & carcerem, ibi Regnum nactus est. Quasi uinculatus præerit, ut receptos doceat exemplo suo cæcæ exui. Expende illud: Præerit uinculatus. Profecto Ioseph uinculatus appositè præest incarcerationis. Subditi enim uinculis exuti liberè didagantur, cum uident præfectum suum eisdem uinculis illigari. Vnde incarcerationis præfes docet exemplo suo subditos exui cæcæ.*

56. Iam Puer Iesus circumcisionis affectus uulnere proclamatur, *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Math. 11. Vbi Palchafius, Iudeos uocare uidentur, qui nimio labore legis vexabantur. Et ideo grauer laboribus fatigatos, uel oneribus depressos benignissimus Saluator ad se uocat, ea omnia ablaturus, tantum ut iugum eius suauè, & onus leue suscipiant.*

Quoniam modo ab humeris priuina legis onera auferuntur, nouæ que graue admodum subditis onus leue admodum redditur? *Discite à me (subdit Abbas) quia humilis sum. Alioquin nemo nisi humilis ferre potest, quod iubet. Idem itaque est, Iesum humilè esse, ac eidem legi parère, quam alijs uult esse latam. Hinc igitur onus grauisimum leue fit, dum Princeps sese eius legis, quam ipse tulit, obijcit obseruatorem.*

Caput secundum.

¶ *Subditis emolumento maximo assimilatur.*

- 57. Iesus fratribus assimilatur.
- 58. Potens ad locios liberandos Iesus latroni ostentatur, quia suffixus & ipse.
- 59. Quodammodo Deus se penitentem obijcit, ut penitentes liberet.
- 60. Subditorum si ent querimonie, dum prælatum & subditum idem locus coniungit, ut ei ferat auxilium.
- 61. Vnius crucis Iesus, & Iacob baiuli.
- 62. Princeps æger subditis occurret ægrotantibus.

DE hinc plane (decimam octauam 57. circumcisionis causam ex D. Iustino Lauren. Iust. recenseo) fratribus hinc assimilari, ut misericors fieret, & fidelis Pentifex ad Dominum, & repropitiaret delicta populi: In eo enim, in quo passus est ipse, & tentatus potens est, & in eis, qui tentati sunt, auxiliari. Quali impotens quodammodo sit (terrenis loquor) ad opem ferendam Princeps in eo, quotentatus non est.

58. Pendètibus è cruce latronibus, Christus simul ligno confixus obijciebatur. Tunc latro ille, qui à sinistris, *Si Rex Israel es, saluum fac te metipsum, & nos.* Lū. 23.

Præful in eo, & tētatur, subdito opē ferre potēs est.

Ad illud: *Ue circūcūcūdo retur.*

Negabat hic Crucifixi potentiam ad sui, sociorum que liberationem. A uersu quem latro alter insurgens. *Memento mei Domine*, (inclamat) *cum ueneris in Regnum tuum*. Luc. 23. D. Aug. *Dicito mihi latro, Regnum petens, ac consequenter è Cruce liberationem, quid in eo tale uides ex eo, quod petis? Dic mihi, nã quod in conspicuo est, clauos, & Crucem cernis.* Vnde nam igitur suffixi potestatem ad tui liberationem cognouisti? *Sed hac inquit latro, Crux ipsa Regni in signe est, & propter eam Iesum Regem appello, quia uideo crucifixum.* Regem potentissimum profiteor, quia in eadem Cruce est damnatione, ualens quidem in eo, in quo passus est ipse, & nobis auxiliũ exhibere.

59. Solem, nouissima appropiãte die, cilicio indutum se se peccatoribus ostẽtandum Ioannes aspexit. *Et factus est sol niger sicut saccus cilicinus*, Apoc. 6. Rogo, num hæc horribilis solis species fit peccatoribus ad exitium, an ad salutem? D. Anton. Padu. Solẽ hunc Christum interpretatur. *Iste Sol factus est niger sicut saccus cilicinus. Sacco enim nostræ humanitatis cooperuit lucem Diuinitatis.* Posui, inquit *Psalmista*, uestimentum meum cilicium. *Psal. 68.* Quæstioni igitur respondeo. Sol pietatis Dominiæ sic obijciendus peccatoribus, ut ad pœnitentiam moueat, à futura quæ pœnitentes calamitate liberet. Iam obijcit Pater, *Hæc ueste non Deus potens utriusque homines quantumuis peccatores liberare, sed reus, non Creator, sed peccator merito debet indui. Pœnitentis nõ peccata dimittentis est uestimentum. Quid ergo tibi & cilicio?* Profecto ut ad peccatorum liberationem potens appareat, eos ad pœnitentiã alliciendo, se se obijcit pœnitentem. Scio Iesu impeccabilitatem, sed audio Deum imaginem pœnitentis præ se ferentem, dum incla-

mat, *Pœnitet me fecisse hominem.* Proh Deus potentissimus! Sub specie pœnitentis, sub imagine peccatoris, apparet, ut nos ad pœnitentiã alliciens, salute dones, dum scilicet quodammodo tentatus obijceris in his, quibus delinquentes feriuntur. Pulchrè meus adijcit Antonius, *Multum quidem, & per omnem modum peccatori necessarium Pœnitet me fecisse hominem; id est, pœnitentem me pro homine.* Vnde nam homini delinquenti necessarium, Deum quodammodo pœnitere, Christum indui cilicio? Ut peccator Deum, seu Iesum specie pœnitentis adspiciens indutum, cur rat ad pœnitentiã.

Ad hæc, conqueruntur subditi, cũ 60. communis non est ipsorum ac Principis obseruatio legis, putantes sine solatio laborare, quos Princeps nullatenus ab onere potens eripiet. Pergenti Iacobo in Mesopotamiã, somno que habenas laxanti obijcitur scala cælestis quasi humeris dormientis innitens, Dominus in superiori scalæ fastigio præsentatur. Ge. 28. Hic noua lex, Evangelica Crucis asportatio, noua difficilis via Iacobo indicitur percurrenda. Surgit Iacob magno que Crucis pondere defatigatus, inclamat, *Quam terribilis est locus iste!* Quam meis onus humeris impar! Projiciam. Et cur Iacobo Crucis onus terribile apparet, nisi quia Deus apud thronum obiectus ab onere eximitur? Cald. pro sententia præfata: *Quam terribilis est locus iste!* habetur, *Non est locus communis.* Non simul crux prælati, ac subditi humeris hæret, Deus eundem mecum locum obtineat, eidem ponderi humeros adijciat, illic cessabunt querimoniæ, cõcepta spe fore, ut ab illo protinus possim liberari.

Quam iniuste conquereris, Iacob! Non ne uides iuxta te Christum (sic no-

ster depingit Alcazar) scalam simul tenentem, crucis comportatorem, quam prædicat ab hominibus sustinendam? Si Pater scalam fastigio ostentatur, Filius è throno descendit, ut communis sit principis ac subditi conditio. Me proculdubio ab onere liberabit, iam querimoniarum conticescunt. Ferrandus Diac. *Dux sapiens illic debet ire, quo cupit ducere subditos. Ideo enim dicitur dux quia ducit. Et se ipsum seducit, si per viam regiam putat posse ambulare, quos ad foveam, non præbendo exemplum, perducit. Tu ergo esto signifer doctrinae sanctissime, erige trophæum virtutis intuentium iugiter ceteris, tu imitandus appare. Scalam extremis manibus, sive è homeri ad hæreant, nec appareas fastigio constitutus, qui sub litos conaris allicere ad crucis pontus sustinendum.*

Ferrandus
Paren.
ad Reg.
to. 9.
Bibl.

62. Profecto Princeps communibus doloribus exagitat, à dolentibus subditis eximit turbationem. *Vides Cinesias Alexandrum (cum Erasmo loquor) à pharmaco, quod sumpserat, vehementer turbatum. Quid, inquit, nobis faciendum est, cum vos, dii, talia patiamini? Tu à Cinesias, sine prudentia vicem dolens. Nunquam Imperatores ad ferenda apiores subditis medicamina, quam post communis ægritudinis experimentum.*

Erasmo
6. Apo.

OBSERVATIO IIII.

Circumciditur circumcissionem de medio ablaturus.

Magistri
exemplum
necessarium.

Ad illud:
Vt circumcidatur.

- 63. Factus sub lege Iesus legem tollit.
- 64. Circumciditur Timotheus circumcissionis prædicaturus abolitionem.
- 65. Semen Abrahæ apprehendit Iesus, ut circumcidetur ad circumcissionem abolendam.

66. Vincula excidunt à Petro hominum catenas soluturo.

63. Augustinus nonam decimam circumcissionis causam reddens, ait, *Christus suscepit circumcissionem, ablaturus circumcissionem ipsam.* Hanc eandem causam generaliter docuit Apostolus de tota lege locutus, *Misit Deus Filium suum factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret.* Gal. 4. An non circumcissionem ablaturus, accommodatius carnem propriam à circumcissionis vulnere liberaret: si circumcissus potius videtur circumcissionem confirmare, quam eandem de medio tollendam innuere? O quam prudenter circumcissionis vulnere afficitur ablaturus circumcissionem, legis pacem introducturus!

63.
Aug. ser. 9.
de Nat. Gal. 4.

64. Ad hæc D. Thomas, *Circumcidere voluit, ut nos, à legis iugo liberaret. Sic luceat, inquit ille, lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona.* An non minus efficax doctrina magistris, qui non circumcissus nos circumcissionem edoceret? Timotheus D. Pauli facius quodam opido commorabatur. *Hunc voluit Paulus secum proficisci, & assumens, circumcidit eum propter Iudeos, qui erant in illis locis.* Act. 16. Hinc oritur haud facilis quæstio: Si Paulus Baptismum, circumcissionem extincta, prædicabat, cur Discipulum Christicolam circumcidendum curavit? Timotheus circumcissionis ipsius abolitionem erat prædicaturus, ut daretur Baptismo locus. Ipse igitur Magister circumcissionis vulnere afficitur, ut à Iudæis exaudiretur. Nec enim incircumcissus magister efficaciter à deo circumcissionis extinctionem commendaret. Approbat Chrysol. *fatus, Hæc est causa circumcidendi. Non enim* Chrysol.

ferebant audire verbum ab incircūciso. Et cur? vidit opus esse circumcidi, ut circumcisionem tollat. Pulchrè planè.

55.

Heb. 2.

Cur Dominus semen Abrahæ, non Angelicam naturam apprehendit, aut ex alio hominum semine non proflixit? *Nusquam Angelos apprehendit. Hebræ. 2. Angelicæ naturæ associatus non est, quia Deus Angeli peccatum (verbis*

Aug. l. 1. de mir. s. fer. c. 2.

August. vtor) non curare destinauerat, homo vero ad statum pristinum à Deo eratur euocandus, et per clementia sua veniam satisfactorem accepturus. Idcirco semen Abrahæ, non Angelos apprehendit. Profecto etiam si naturam Angelicam apprehendisset, facile Theologi admittunt, potuisse Angelam, etiam si nostræ particeps non fieret naturæ, hominum generi salutem afferre. D.

Cyril.

Cyril. conuentiorem meo argumento tradit solutionem. Quia vna Abrahæ familia pueros solita est circumcidere. Ideo nec Angelicam naturam, quæ circumcisioni minimè obnoxia, nec aliud hominum præter Abrahæ semen apprehendit. Quia circumcisionem de medio ablaturus, illi hæsit familiæ, vbi pueri soliti sunt circumcisioni tradi, vt conuenientius lex clementiæ prædicaretur, rigore circumcisionis amputato, à circumciso præceptore.

66.

Act. 12.

Non tam efficaciter profecto circumcisionis circumcisionem, seu ablationem incircūcisus prædicabit. Petrus carceri addictus ab Angelo inuisitur. *Et ceciderunt cattenæ de manibus eius. Act. 12. Cur, ais, excidere cattenæ? Spirituali hærens sensui, affirmo aptè illius manus absolui, qui vinculorum effecturus est solutionem. Bossius, Namque manus, (inquit) quæ nexus peccatorum, et ligamenta iniquitatum debebant solvere, cattenis minime debebant esse obnoxia. Non igitur iam, Iesu circumciso, circū-*

Bossi. l. 1. de fig. Ec.

cidendorum criminum habemus excusationem. *Circūcisus est, (inquit Epiph.) Epiph. ut non haberent excussationem. Si enim her 30. non fuisset circumcisus, peterant dicere, Non potuimus Christum suscipere. Quasi quodammodo discipulus illud nõ polsit operari, ad quod exemplum magistri minime fuerit præmissum.*

OBSERVATIO V.

Circumciditur Christus, vt Deitas indiuisibilis, quæ in toto Saluatoris corpore continetur, minori in particula includatur, exiguæ nostræ capacitati amplius accommodanda.

67. Quonammodo Deitas incircūcisa in carne circumcidatur?
68. Id septenarij, numeri mysterio signatur.
69. Petrus David ideo Christi particulis repleti.
70. Quali humanæ capacitati mensurabilem se se Deus exhibet.
71. Christus aceruus tria ei, cuius gians iuxta mensuram imaginatur.
72. Totum panem sub quauis particula excipimus.

Vigelsimam denique circumcisionis causam de ex Simone de Cassia profante, *Circumciditur in carne Deitas incircūcisa, quæ nihil habet demendum, aut quomodo libet decidendum. Et quonammodo circumciditur in carne Deitas incircūcisa, nisi quia corporis Domini particula Diuinitati unita, post sectionem Diuinitatem exhibet, quæ simul toto in Domini corpore cõtinetur? Vti parua pellicula magis exillitati nostræ accommodata incircūcisa*

67.

Cass. l.

1. c. 16.

ac indiuisibilem Diuinitatem captu faciliorem nobis, specie visibili, reddere; Eucharistiæ que mysterium prælibare videatur.

68. Id quod septenarij numeri, quo Dei exprimebatur imago, mysteriū repræsentat, auctore Valeriano. Numerus hic quasi dissolutus nulli socio numero adherescit, sed singulares quodammodo totus fertur in numeros. Quare? Ut significaretur incompræhensibile Deitatem, immensam maiestatem ad totius septenarij minorem numerum reduci, uti tota Deitas in qualibet numeri particula facilius à tantillis posse excipi hominibus appareat.

69. Hisce equidem particulis Domini corporis totam Deitatem continentibus repleti David efflagitabat, *Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea.* Psal. 62. Existimo Vatem Diuinitatis accipiendæ desiderio affectum, cum contemplaretur Saluatoris humanitatem Diuinitati coniunctam, se que (haud Eucharistiæ memor) aspiceret tanti corporis incapacem: efflagitare, ut Iesus mundi luminare, quasi liquefiat, adipis & pinguedinis in morè, uti Christiani corporis particulis Dauidicæ exillitati magis accommodatis repletus, totam exciperet indiuisibilem Deitatem. Egregiè D. Petr. Dam. vteri Mariani excellentiam commendans, ait, *In huius vtero Maiestas (siue Deitas) Altissimi mirabiliter liquefacta est, sicut adipe, & pinguedine repleuit terras.* Ac si diceret, liquefacta est Diuinitas, dum tota in paruo Iesu corpusculo recluditur. Quæ toto in corpore Saluatoris Maiestas quasi liquatur apud Virginis vterum, liquatur adhuc in pelliculam paruulam, in sanguinis guttulas, vbi totam facilius Deitatem excipiamus?

Rursum Vates, *In reliquijs tuis præparabis vultum eorum.* Psal. 20. Strabus. *In his, quæ relinquit, præparabis vultum eorum, ad quos venit Christus.* Ac si diceret, Eorum, ad quos Christus venturus est, vultus non auertetur quasi stupore correptus in tantæ maiestatis conspectu. In reliquijs enim corporis Domini (puta pelliculam, sanguinis guttulas) abbreviatam magis Dei immensitatem (licet in easdem particulas minimè diuissam) conspicient, facilius utique ab exiguis hominibus excipiendam. Hugo Cardin. huiusmodi reliquias particulas exponit panis illius, quo turbæ fuere saginate. An non aptius adhuc Eucharistici panis reliquias, seu particulas interpretemur, vbi non modo tota Diuinitas, sed & totum Christi corpus accipitur?

Venter tuus (inquit Sponsus) sicut aceruus tritici. Cant. 5. Proh Deiparentis capacitas! Ventre excipis Deum, dum Christus iam aceruo tritici comparatur. Quare? Quia Dei immensitas, frumenti instar, tota est in tota Saluatoris humanitate, & tota in singula corporis (sicuti in grana frumentum) membra minutissima illabitur. Ut scilicet quicumque tantillam excipias Saluatoris particulam, totam suscipias Deitatem mensurationi capacitatis humanæ seruientem. Damianus ad hæc, *Hic, (id est in Virginis vtero) eximianit semetipsum Excelsus; & Immensus, mensuram coagitatam mittens in sinum nostrum.* Proh Deitas in grano inclusa, in particula Domini corporis residentis nostri capacitati mensuranda!

Hinc lucis filius suam dignitatem recognoset. Datum iam ei non sola corporis Iesu particula frui, sed totum panem Eucharisticum in qualibet particula excipere. Panis par

Picri. l. 37.

Pf. Cal.

Dami. fer. de Annu.

70. Pf. 20. Strab.

Hugo.

71. Can. 5.

Dami. citat.

72.

ticulis seu (mysticè) corporis Domini reliquias Chanaanæ petebat exariari. Nam *¶ catelli comedunt de micis.* Cui Dominus in Christiani populi figuram totum panem, non iam micæ promissit, D. Basil. Seleu. auctore.

Ma. 15. *Mulier, magna est fides tua. Totam tibi curationis mensam explico; non micas, sed totum panem largior.* Fidelis namque totius panis, integri corporis Saluatoris, ubi tota Diuinitas residet, capax omnino reperitur. Redibit argumentum.

OBSERVATIO VI.

Legi Circumcisionis paret Iesus, ut eam à Deo vtiliter institutam fuisse, confirmaret.

Principes legipares eam firmiter stabiliunt.

Ad illud.

Ut circumcidetur.

73. Confirmat Iesus circumcisionem.
74. Passibilis immittitur, ut circumcisionis lex confirmaretur.
75. Circumcisus salutem Israel stabilit.
76. Principis ex legis defectu ciues prima legis ignorant rudimenta.
77. Hebræi ab ebrietate recedunt, quasi post ieiunium Moysis lege stabilita.
78. Festorum obseruationis præceptum Deus, Sabbatū custodiendo, confirmat.

73. **C**eterum ex præsignatis in Commentario circumcisionis Dominicæ causis nonnullas confirmabo. Ex Cypriano diximus (& erat tertia circumcisionis causa) intendisse Iesum, dum vulnus circumcisionis sustinuit, confirmare Patrum circumcisionem vtilem fuisse, & à Deo exhibitam. Id quod D. Epiphanius contestatur. Circumciditur Puer, *ut confirmet circumcisionem, quam olim Deus in-*

Epiph. ser. 30.

stituerat. Non ne circumcisionis lex factis aderat sanctorum Patriarcharum exemplo confirmata, qui tanto veteris legis sacramento obsequium præstiterant? Ita planè. Sed tamen hac exaggeratione adnotatur, eam esse ipsius legislatoris exempli vim, ut quodam modo stabilis, aut consistens lex minime habeatur, dum legislator ipse eiusdem legis obseruationi non accingitur. Prudenter Pittacus, *Pareto (a Pitta. it) legi, quisquis legem sanxeris. Quasi minime sancta quodammodo lex, donec à Principe impleatur,*

Huiusmodi legis confirmationem Dauid efflagitabat, præcines, *Manda Deus, virtuti tue, confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.* Psal. 67. Aliter iuxta Hebræos. *Præcepit Deus tuus; confirma Deus, hoc.* Ac si diceret, Deus tuus, Pater tuus o Christe, difficilia hominibus exhibuit imperia, homines (ex gra.) circumcisionis cultro vulnerari. Tu qui Deus cum Patre & Spiritu sancto, confirma hoc Patris præceptum. Huc tendit Hugonis Card. expositio. *Manda Deus virtuti tue, id est, præcipe Filio tuo, ut incarnetur, & patiatur (circumcisionis scilicet ic-tum) Confirma hoc Deus.*

Expressius adhuc Psalmista, *Fiat manus tua super virum dextera tua, & super filium hominis, quem confirmasti tibi.* Psal. 79. Vbi notanter Cassiodorus. *Tandem salus Israel dubitari potuit, donec Christus venit.* An non ob circumcisionem extincto originalis labis igne, ad salutis portum, ad sinum Abrahamæ fideles perducebantur? Quomodo igitur de Israelis salute poterat dubitari? Num quia illius Sacramenti salutaris effectus in dubium quodammodo poterat reuocari, non quod verisimè non sortiretur effectum salutarè, sed quo

quoniam nondum Iesus legi addide-
rat eam, implendo, confirmationem?
Id audax affirmabo Hugone Car. salis
granum exaggerationi immittente. *Fi-
at ergo manus tua super Virum dextera
tua, circumcisionis eum, ut lobum
torruræ, vulnere trade, ut ad effectum
promissa perducatur. Non discedimus à te
vivificabis nos, quando nomen tuum in-
vocabimus.* Quo quidem nomine Iesu
Christus circumcisionis die nobilitatur.

76. Ad Principes accorro mundiales.
Tam necessarium exemplum Regis
ad legis stabilimentum, ut subditi sæpe
prima fidei rudimenta ignorent, dum
non sibi proponunt Principem eiusdem
legis observatorem. Isaiam audite, *In
anno, quo mortuus est Ozias, vidi Domi-
num sedentem &c.* Descriptis autem ce-
lestibus Spiritibus adstantibus, adjicit,
Et clamabat alter ad alterum, Sanctus,
Sanctus, Sanctus, Dominus Deus. Cap.
6. Cur usque ad Regis Ozia obitum
silent oracula, Deus non adspicitur, Tri-
nitatis illo expressæ trisagio: Sanctus,
Sanctus, Sanctus, mysterium minimè
penetratur? Exiit (inquit D. Chryl.)

Ma. 6. Rex cum lepra, nec tamen eiecerunt eum
è civitate diadema illius reuerit: sed con-
sedit in throno rursus legem transgrediens.
Ita ne? Sileant Prophetæ, conticescant
oracula, homines velut exleges nec
Deum agnoscant, nec Trinitatis my-
sterium penetrant. Eleganter se se dat

Chryl. no. 4. D. Hieron. Oziam, quia sibi illicitum
sacerdotium vendicabat, lepra fuisse per-
cussam sacra narrat Historia. Quo mor-
tuo, Deus videtur in Templo, quod ipse
polluerat. Ex quo animadvertimus, reg-
nante in nobis leproso Rege, nos Dominum
in sua maiestate regnantem videre non
posse, nec sanctæ Trinitatis nosse myste-
ria. En ex legis Principis defectu, tam
peregrini sunt ciues à legis rudimen-

tis, ac si nullatenus esset confirmata,
& stabilita.

87. Quid ergo Hebræos à singularis
Deitatis repulit agnitione, dum le-
gem præscribentem eis: *Deus tuus, De-
us unus est*, non sectantur sed potius,
Hi Dij tui &c. infideli inclamitant
ausu? Nonne ebrietas? Quis autem
pharmaca aduersus tam diram præscri-
bet ægritudinem? Hieronymum au-
dite. *Moyse detulit Iudæis legem à mō-
te. Sed priusquam deferretur lex visus
est populus veritatem amisisse.* Prima
lex, *Dominus Deus tuus unus est, &
mandatum suscepturi dicunt, Hi Dij tui.*
Quod ergo in huiusmodi pharmachum?
Ieiunat Moyses, qui non peccauerat.
Non peccauerat, inquam, nec ebrie-
tatis, nec idololatriæ trāsgressione. Ad-
ijcit Pater, *Veteris legis ratio à ieiunio
initium sumpsit.* Quoniam modo ab hoc
secundo Moylis descensu è montis
vertice, siue à ieiunio lex dicitur ini-
tium sumpsisse, si rursus iam sub pri-
mo descensu lata fuerat? Quia in-
de stabilimentum lata lex prohibens
ebrietatem adipiscitur, ubi ieiunans le-
gislator ad ipsius se accingit, confir-
mationis gratia, observationem: &
quodam modo non lata ante Princi-
pis exemplum videatur.

78. Id ostendo in festorum custodia
Iudæis illis verbis indicta: *Memento,
quod diem Sabbati sanctifices.* At ve-
rò cæteris adscribendis præceptis non
adijicitur, aut præmittitur verbum il-
lud: *Memento. Non habebis Deos a-
lienos: Honora patrem tuum: Non oc-
cides: Non mæchaberis: Non fur-
tum facies: &c.* Exod. 20. Cur ergo
festorum sanctificationi adijcitur *Me-
mento.* Specialiter curat Legislator,
ut Israel tenaciter memoria festorum
habeat observationem. Enimvero qua-

Hiero.
1.2.com
Iou.

Ex. 20.

si ad rem tanti ponderis satis non fuisset verbo huiusmodi uti: *Memento*, ut Israel dies festos fideliter, speciali que deuotione custodiret, huiusce legis stabilitatem facto confirmauit. Refer, quæso, ad mentem manna è caelo dilapsum sex hebdomadæ diebus, die autem Sabbati minimè excidens. Exo. 16. Quid causæ? Theodor. *Cum hominibus lege præcepisset, quiescere die Sabbati, docuit illos ipso facto seruare præceptum.* Numquam efficacius, seu accuratius legislator præcepto adijciat illud uerbum: *Memento*, quam se se accingendo quodam modo ab ipsius præcepti obseruationem. Pareat legi Rex, eâ firmiter stabiliet.

Theo.
q. 32.

OBSERVATIO VII.

Circumcisus Iesus famulantem aduentui suo circumcisionem honore cumu-
lauit.

Anti-
qui fa-
mulinò
sollicite
sed &
honoribus
muneradi
sunt.

- Ad illud: *Ue circūcide retur.*
- 79. Seruientem sibi Iesus circumcisionem honorat.
 - 80. Iacob post longum ministerium iuste Racheli hara coniugio copulatur.
 - 81. Antiquo seruo Natura diuina spiritualis dispensationis vinculo adstringitur.
 - 82. Esau post longam seruitutem ad Iacob æqualitatem eleuatur.
 - 83. Christum seruans è ceruicæ iugum transfert in humerum, Domino similis.
 - 84. Cælesti Regno seruus diuturna potitur.

79. **S**ERUIETAT aduentui tuo (adhuc tertiam circumcisionis causam confirmo) Baptismo tuo ò Princeps, antiquæ circumcisionis Sacramentum, unde merito hodiè circumcisionis eisdem parens præcepto honore prosequeris ministram. Epiph. Circumcidi-

tur Christus, *et confirmaret circumcisionem, quam olim instituerat, eius aduentui seruientem.* Per tot sæcula circumcisio tanti aduentus obsequio, tanti Regis est mancipata seruituti? Iuste à Iesu ornata perhibetur. Discant hinc mundiales hari antiquos famulos non solum ære debito munerare, sed & honoribus augere. Famuli, qui vnus vel alterius anni, mercenatorum more, implent ministerium, mercedem iustam recipiant, sufficit. At qui longum interitum præstando insument obsequio, non iâ mercede, sed & honoribus sed & ornamentis sunt cumulandi. Non semel apud nostrates vidimus, sepe legimus apud exteros, ad affinitatis necessitudinem dominos antiquos famulos assumpsisse.

Vidit Iacob pulcherrimam Rachelem, eius que amore castissimo saucius expetijt, sibi in matrimonium aptari. Ab spe cadit, dum se se obicit pauperulum, peregrinum: Rachelem autem ditissimi filiam parentis. Quid pro dote offerret Iacob, ut optatis difficillimis frueretur? *Seruiam* (inquit ad Labam) *tibi pro Rachel filia tua minore septem annis.* Gen. 29. Vbi Lyran. *Non habebat diuitias, ad dandum pro dote.* Vnde Lyran. *ut conditionem suam seruilem tunc harili copularet, longi temporis offert ministerium. Pendet prius, obsecro, vxoris Rachelis videlicet, præstantiam. Videbantur Iacobo septem anni ministerij promissi dies pauci. Quare? Lyran. In comparatione ad rem, seu ad Rachelem, quam loco muneris erat accepturus. Verum septennio exacto, sic ad Labam minister, Da mihi uxorem meam, quia iam tempus meum impletum est. Eus, serue, filiam Domini tui tam præexcellam, tam præstantem, tam à seruili conditione ab-*

Epiph.

80.

Ge. 29.
Lyran.

ab-

abstractam tuam vocas vxorem? Vxo- rem meam iam appello, iustè matrimo- nio astringar Racheli Dominæ post lō- gū ministerium. Quia antiqui famuli iustè à Domino non semel ad necessitu- dinis vincula aduocantur. Præclarè Ly- ran. concludit. *Quia iam compleuerat seruitium septem annorum, ideo iustum e- rat, ut sibi daretur.* Iustum, inquam, erat, non solum propterea quod parens promisserat, sed quia tãti temporis mi- nistratio iustè tanto munere erat redo- nanda.

81. Id quod in præsentì à Iesu. Memi-
 Venet. ni me apud Gerorg. Venet. Israelis e-
 Arm. xercitum ex duodecim tribubus recen-
 cant.2. sentem legisse, tribum Iuda, & tribū
 ton. 7. Isachar versus Orientem castramenta
 13. tas fuisse ad eam cæli plagam, è qua tri-
 bus Iuda signum respiceret *Geminis*,
 tribu autem Isachar signum *Libra* res-
 ponderet. Cuius vt mysterium rime-
 mur, Beda Isachar *virum mercedis*, Iu-
 dam autem *consitentem* interpretatur.
 En igitur quonā modo Deus famulos
 dignetur munerare. *Mercedis viros*, seu
 mercenarios *pondus diei* & *astus* portā
 res sub diei fine Deus vocat ad libram,
 vt nullus labor absque munere dilaba-
 tur. At tribus Iuda *consitens Deum*, dū
 Circumcisionis Sacramento ex Abra-
 ham nouæ legis confessionem expri-
 mebat, non iam librata mercede; sed
 Christi Filij Dei geminata natura est
 munerāda. Antiquum famulum Deus
 ad sui propinquitatem assumat. Perso-
 na Filij humanitatem ex fideli Israeliti-
 co populo assumptam sibi copulet. Vt
Geminis, siue duarum naturarum, Di-
 uine scilicet, & humanæ sine confus-
 sione consortiū in terra conspiciatur.

82. Donato Iacobo patris illa benedi-
 Ge. 27. ctione: *Det tibi Deus de rore cali, & de
 pinguedine terra*, accurrat Esau, vt bene-

ditionem acciperet. *Mibi quoque (ait)
 obsecro, vt benedicas.* (Inque euulatu mag-
 no feret, motus Isaac, dixit ad eum, *In
 pinguedine terra, & in rore cali desuper
 erit benedictio tua, fratri tuo serues, tem-
 pus que veniet, cum excutias, & soluas in-
 gum eius de cervicibus tuis.* Gen. 27. V-
 bi ad libram adfero harumce benedi-
 ctionum differentiam. Iacobo pater,
*Det tibi Deus de rore cali & de pinguedi-
 ne terra.* Esau autem eadem votis impre-
 catur, *In pinguedine terra, & in rore ca-
 li erit benedictio tua.* Vnde nam igitur
 inquitur differētia benedictionis? Ego
 opinor nullam, si substantiæ hæreamus,
 differentiam posse facilè ab hominibus
 reperiri. Cognitor Deus. At si tem-
 pus impletionis oculis suspiciamus, de
 præsentì Iacob benedictione donatur,
Det tibi Deus; Esau autem de futuro,
Erit benedictio tua. Vti ostendat fore,
 vt aliquando Esau fratri Domino assi-
 miletur. Quæris iam, vnde nam assimi-
 landus sit aliquando Esau fratri domi-
 nanti? Id exprimit parens, dum adij-
 cit, *Fratri tuo serues, tempus que veni-
 et, cum excutias, & soluas iugum eius de
 cervicibus tuis.* Ac si diceret, serues fra-
 tri, cum que tempus infumas in obse-
 quio, post longum interstitium tem-
 pus veniet, cum iugum seruitutis ex-
 cutias domino que tuo valeas adæqua-
 ri. Ad Domini namque tui tantam veni-
 es necessitudinem non tam sangui-
 nis vi, quam diuturni ministerij effi-
 cacia: vt simul domineris. Ex ore D.
 Ambrosij hanc cogitationem audite.
*Per hanc seruitutem, qui gratiam bene-
 dictionis amisserat, creditur se ipso futu-
 rum esse meliorem.* Iugo vti que proiecto
 seruitutis.

Ambrosius existimat Esau typum
 Christi veneratum in fratre, ei que diu-
 turnū obsequiū præstitisse. Vnde hinc

Ge. 27. ex pendenda adhuc benedictionis particula: *Tempus veniet, cum excutias, & soluas iugum eius de cervicibus tuis.* Gen. 27. Quare de cervicibus iugum excutendum? Quia Christo seruitutes, iugum collo in humeros transferunt. Rex quidem caelestis super humerum gestat onus principatus. *Cuius principatus super humerum eius.* Isai. 9. *Servit Esau mitticè Saluatori? Excutiet iugum de cervicibus, ut in humeros transferat suo Domino assimilat. Christus ad hæc.* *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Servos vocat ad præmium. *Tollite iugum meum super vos.* Math. 11. O bone Iesu, præmio donaturus ministros, qui diu laboraverunt, loco pristini iugi, rursus ad iugum allicis? Audite Ambr. acumen. *Non alligat iugum hoc cervicem vinculis.* Potius a cervicibus iugum excutunt usque adhuc serviètes. *Christus, quos alligat liberat.* Quomodo liberat, si iugum super nos tollere imperat? Quia nos sibi facit assimilari, dum principatus pòdus in humeris gestamus, Iesu imitatores. Rem perficiat Ambr. *Aequitate Domini levatur iniuria servitutis. Aequitate, inquam, Domini.* Id est, non solùm iusticia Domini dantis seruo antiquo, quod suum est, sed *aequitate Domini,* dùm post diuturnum obsequium Domino assimilamur.

84. Interrogatus Iesus à Phariseis. *Quãdo veniret Regnum Dei?* respondit, *Non venit Regnum Dei cum observatione: neque dicent, Ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim Regnum Dei intra vos est.* Luc. 17. Pende aduerbia illa: *Hic,* aut *Illic.* Intra nos est Regnum Dei. Quid itaque quaris, vbinam Regnum adest? *Hic* est, vbi obsequium antiquum est? *Illic* inest, vbi servitus sancta reperitur. Ea pars Regno hæret caelesti, quæ diuino

seruitio incipitur. Belle Ambr. *In interrogatus Dominus, quando veniret Regnum Dei, ait, Regnum Dei intra vos est, utique per veritatem gratia non per servitutem culpæ. Itaque, qui vult esse liber, sit servus in Domino. Ea enim parte, qua participamus servitute, participamus & Regno.* Si pars servitutis parti Regni coheret, quid omnimoda servitus, id est, longum totius vitæ obsequium? An non caelesti Regno potiemur? Ita plane.

Ambr. l. 8. in Luc.

OBSERVATIO VI II.

Circumcisionis legi Princeps Iesus subijcitur, ut prælapsi legislatoris, seu Principis gubernationem approbet.

Prudenti Magistram præcedentis non taxare gubernatione. Ad illud: *Vt circumcideretur.*

- 85. Prælapsum Iesus legislatorem honorat.
- 86. Christus a lapa vulneratus, Caypham defendit.
- 87. Amalecites detrahens prælapsi Regis imperijs, à Rege nouo Dauide occiditur.
- 88. Turpitudinem superioris occultantes laudantur.
- 89. Curat David Saulis desperationem occultari.
- 90. Iesus cum princeps ostentatur, Moysis male latum olim imperiũ dissimulati intendit.

85. **S**emper menti mex (quartam circumcissionis causam recolo) hæc infixum indè non mediocriter le Magistratum prudentem ostentare, quando præcedentis Præfecti gubernationem approbat, neque de more quam plurimum, eorum siue desidia, siue zelum immoderatum carpit. Ut igitur admirabilis Princeps nolter præmissi Magistratus, siue Moysis legislatoris approbet instituta, hodie circumcissionis vulnere

Infini- nere affici dignatur. D. Laurent. Iust. hic. *Voluit circumcidi, ut veteris legis sacramenta Patribus tradita insinuaret fuisse sancta.* Parum esset sanctam à Iesu laudari legem, si tam præcedentium Magistratum obseruator, vt nec malè lata impetia memoraret, vt taxari possent ab hominibus, licet illa minimè probanda censeret.

86. Flagellis Christus percutitur, spinea cælestis Rex pungitur corona, sustinet mortem; nec tamè agnus coram dente, coram mactante conqueritur. Enimvero alapa facies sacratissima percussa rubescit, tunc labia profundunt vocem tam alto silentio compressam. *Si male locu-*

Ma. 26. *tus sum, testimonium perhibe de malo.* Ma. th. 26. Proh Iesu nunquam victa patientia! Manus vulgaris ictus te ad loquendum excitat, dum tot atrocissima tormenta tua silentio labia amplius obsignarint? Porro ex D. Anton. Paduen. didici Christi faciem Prælatos esse, Principes, Magistratus. *Facies Christi sunt Ecclesia (siue synagoga tunc) Prælatis, per quos tanquam per faciem cognoscimus Deum. Ab his igitur hæc facies percutitur, qui prælatis detrabunt.* O Cayphæ minister (Iesus inelamat) tuum Dominum afficis rubere? Pontifici synagoga detraxisti? Quis te Pontificis ministrum agnoscens, non suspicabitur te ex eius imperio hoc dirum facinus fuisse executum? Ac si defenderet Dominus Cayphæ gubernationem, dum eius male lata imperia operiri procurat.

87. Occubuit Saul, se sibi mortem infligente. Adfuit inibi Doeg Regis armitiger, cuius filius Amalecites (nec obstat patrem dici Idumæum, quoniam 2.Re. 1. Amalech pars erat Edò, auctore Caiet. Caiet. accipiens diadema regium ad Dauidis conspectum accurrit, falso iactans, vti Regis gratiam adulatione aucupa-

ret; se se Sauli iam iam vitam agenti vltimum vulnus intulisse. *Finxit se,* inquit Card. nescio quoniam fundamento) interfecisse Saulem, arbitratus rem gratam Dauidi fecisse. At Rex illum vere iussit interfici. Num crudelis Dauid? *Dixit mihi Rex,* (sic se purgare Amalecites intendit à crimine) *Sto, quaeso, super me, et interfice me;* (cum eodem Card. loquor) *quoniam tenent me angustia.* Quid plura? *Dixit Dauid ad adolescentem, qui nunciabat ei, Unde es? Qui dixit, Filius peregrini Amalecita. 2. Reg. 1.* Ac si diceret, (ait Caiet.) *Filius sum Doeg, qui ad præceptum Saulis Sacerdotes Domini interfecerat.* En iustissima regiae occasio vindictæ. Bis adolescens hic Regi præterito detraxit. Carpere primo intendit Saulis gubernationem, male lata eius evulgans imperia. *Dixit mihi Rex, interfice me;* me Sacerdotes eiusdem præcepto inuenit peremptos. Proh infamem Amalecitè! Regem carpis prælapsum, eius licet malè præscripta imperia ad publicum adducis? Miserè iustas pœnas persolues, me eius malè lata imperia operire procurante.

88. Nunciatum Dauidi, quod viri Iabes Galaad Saulem sepulchro amandasset, ei que iusta persoluisent *Misit que Dauid nuncios ad viros Iabes Galaad, et dixit ad eos, Benedicti vos à Domino, qui fecistis misericordiam hanc cum Domino vestro Saul, et sepelivistis eum. Et nunc retribuet vobis Dominus misericordiam, et veritatem. 2. Reg. 2.* Quare benedictione donantur Saulem sepelientes? Lyran in Glos. mor. *Per istos, qui sepe-* Lyra. *licunt Saul, significantur illi, qui cooperire student turpitudinem superioris sui.* Qui quidem hinc benedictione donantur, quemadmodum maledictione percutitur Cham parentis evulgans turpitudinem.

89. Altius Davidis prudentiam rimam. *Retribuet vobis Dominus misericordiam, & veritatē.* Reddet vtiq̄ue, quod à vobis accepit Saul. *Benedicti* (inquit) *vos à Domino, qui fecistis misericordiam hanc cum Domino vestro Saul.* Misericordiam à vobis ille accepit, & ideo misericordiam vobis Dominus retribuet. At cur etiam dicitur: *Veritatem retribuet,* si ab illis Saulem veritatem accepisse nō legitur? Qui voluntatiē ex spe detrahit se se tradit internecioni, haud dignus sepultura. *Fecistis* (inquit David) *veritatem,* vetē eum dignum sepultura innuendo, & cum ab adolescentis illius mendatio vindicantes (si tamen ille iuxta Caiet. sententiam, quam approbo, mentitus est.) Si verē dignus erat sepultura, vobis *veritatem* huiusmodi facientibus *retribuet Dominus veritatem.* Principis quippe cadaver sepeliendo, expressistis nullatenus eum spem salutis deposuisse. Sic David Iesu parēs prælapsi gubernatoris operit turpitudinem.

90. Redeo ad Davidis Filium. Cum Dominus apud Thabor vtriusque sæculi Princeps ostenditur, Moyses & Elias hinc illinc Iesu hærentes manifestantur. *Apparuerunt Moyses, & Elias.* Ma. 17. Chryf. Math. 17. Quare? Chryf. Ut ostendat se vitæ, ac mortis Principem. *Propter hoc & Moysen, qui morte defecerat: & Eliam, qui non dum mortem passus fuerat, in medium ducit.* Et quare cum se Principem ostendit, Moysen ad sui societatem admittit? Pulchrè idem Chrysof. respondet. *Eum continue accusabant Iudæi tanquam transgressorem legis. Appareret igitur Moyses, ut ostendatur ab hac accusatione innoxius; dum eum, qui in observatione legis fuisit, in medium ducit.* Existimat Moysen adductum innocentia, ac puritatis Saluatoris testem cum

Elia legis obseruantissimo. Non ne alium sine exceptione testem posset ad vocare, recordatus malè latum Moysi præceptum, dum crudeliter insurrexit in petram, icu utens pro dictione? Imo & ideo à Iesu Moyses in testem innocentia adducitur. Non laudat malè latum ex virgæ vulnerantis icu præceptum; sed curat nouus Rex silentio comprimi, Moysen que antiquum Principem omnino commendabilem existimari. Quam principalis spiritus, præcedentium Principum non taxare gubernationem!

OBSERVATIO IX.

Onere experto circumcisus Iesus ab eius obligatione subditos absoluit.

91. Iesus onus subditorum experitur.
92. Pater æternus obijciens passionem Filij, Abrahamum à lege immolandi vni-genitum liberat.
93. Præfecti ac subditi ad onera portanda cōmunis fragilitas.
94. Leuare iubet Dominus prælatos lapidē, qua subditos premunt.
95. Prælati ac subditi dorfa carnea, ferrea minimè.
96. Pontifex Iesus infirmitate circumdatus, vt infirmis condoleat.

Causam decimam, quam innu-
ex Angelico Doctore, illustran-
dam adsumo. Princeps Iesus cir-
cumciditur, vt legis onus in se sustinens,
alios à legis onere liberaret. Edocet præ-
latos, præfides, legislatores, quidnā
circa præceptorum difficilium rigore
petagendum.

Difficile admodum Deus Abrahamæ
præceptum iudixit. *Tolle filium tuum &*

Princi-
pes sub-
ditis o-
nus im-
ponen-
dū prius
elevator.
Ad
illud:
*Vt cir-
cūcide-
retur.*

91.

92.

nigenitum, quem diligis Isaac, & vade
 & offer mibi in holocaustum. Gen.
 22. Exurgit patens, vt monito cæle-
 sti præter obsequium, scandit montē,
 ligna parat, alligat filium, gladiū strin-
 git, brachium producit. Cum que iam
 vulnus executioni mandaretur, super-
 ni vox Parentis exauditur, Abraham,
 Abraham. Tenet (inquit Ambros.)
 quodammodo manus eius diuina vox,
 & scutum bibrantis occupauit dextera.
 Quare hoc sacrificium singulare tunc
 præpeditur, quando collo victimæ gla-
 dius hærescit? Contemplatur Zeno Ver.
 Patrem Deum de Vnigeniti passione
 tunc in ariete hærenti rubo, seu cruce,
 figurati, morte quodammodo humanū
 simulantem affectum (vt hominum
 captui se accomodet) doluisse. Vnde ex
 his quæ passus est (ita liceat expendere)
 illico Abrahamum, ab Vnigeniti immo-
 landi imperio difficili absoluit.

93.

Prudentes equidem magistratus o-
 neta subditis imponenda eleuant, pri-
 usquam asportanda inferiores adsumant,
 vti valeant experimento competere,
 nam carnis dorsis possit illud pondus
 sustineri: quippe cum prælato, ac sub-
 dito cōmōnis humana fragilitas insit.

Ge. 37.

Ideo præfectura Iosephi triticeis fuit de-
 signata manipulis. Putabam (inquit
 ille) nos legare manipulos in agro, & qua-
 si consurgeret manipulum meum, vestros
 que manipulos circumstantes adorare ma-
 nipulum meum. Gen. 37. Per quam vi-

Lyrā.

sionem (ait Lyrā.) præfigurabatur,
 quod Ioseph deberet in posterum domina-
 re fratribus suis. Iam pondero manipu-
 li insurrexerunt. Cur non aureum
 exutrexerit regale sceptrum, ferrea seu
 virgat sed triticeus manipulus? Num
 quia eadem Regis ac subditi fragilitas?
 Ita plane. Præfectura Iosephi eisdem
 est præfigurata manipulis, ac fratrum

obedientia, nisi quod regalis potestas
 plus paulo insurrexit. Subditi manipuli
 pallei? Rex non ferreus, non aureus,
 sed triticeus. Si igitur Rex, si prælatus
 onus carnis dorso poterit sustinere, su-
 stinebit & subditus. Non valet eleua-
 re præfectus? Pondus igitur est viribus
 impar subditorum.

Ad vitam Dominus Lazarum re-
 uocaturus, cum accessisset ad monumē-
 tum, ait, Tollite lapidem. Ioan. 11. In-
 terl. Omnis legis mouete. Potestis o præ-
 lati (cum Ambros. loquor) portare?
 Minime. Remouete igitur pondero-
 sum imperium, à tali pondere subdi-
 tos liberate. Fallor, nisi apud sepulchrū
 Christus prælatos edoceat, se morta-
 les esse mortalium subditorum præpo-
 sitos. Bene Tacit. Princeps se morta-
 lem esse sciat, & hominum officia fungi.
 Ann. Proh crudelitas præfectorum! Mor-
 tum penè iam moritari ipsi subdi-
 tum præmitis?

94.

Ioan. 11.
 Interl.
 Amb.

Tacit.
 Ann.
 L. 4.

An putatis ferream esse dorsum
 subditorū? Carneum proculdubio est.
 Dormiente Adamo omnium Princi-
 pe, Deus tulit unam de costis eius, &
 repleuit carnem pro ea. Gen. 2. Vbi quæ-
 stio, cur ossēam Adami duriciem Do-
 minus abstulerit, carneam que dorso
 Principis adhibuerit fragilitatem? Po-
 tēro carnea illa fragilitas femineæ est,
 subditi est. Tollit igitur Deus à Prin-
 cipis dorso duriciem, addit que mol-
 liciem carnis subditorum. Ne sibi Prin-
 ceps ossēam subditorum fortitudinem,
 sed carneam, sed fragilem omnino es-
 se videatur. Vnde inclamarat, Hoc nūc
 (cum Hugone Card. loquor) caro
 de carne mea. Hi sunt ex compassione
 mea compassibiles. Ad hæc genera sub-
 ditorum se debet conformare prælatus.

95.

Gen. 2.
 Ann.

Hugo,

Talem Paulus Pontificem Chri-
 stum veneratur. Qui condolere possit his,

96.

Heb. 5. qui ignorant, & errant, quoniam ipse circumdatus est infirmitate. Hebræ. 5. Syriace pro condolere, demittere se ponitur. Demittere, inquam, se ad onus perferendum, ut probet, an sit incomportabile? quoniam ipse humana est circumdatus infirmitate. Debet autem Pontifex (ait

Lyra.) moueri ad misericordiã ex consideratione propria fragilitatis. Ac si Puer non sterictu saucius inelamaret, Si vulnus hoc à me elicit lacrymas, procul à meis subditis ablegetur, aboleatur circumcisio, Baptismi dulcis vnda Dei lætificet ciuitatem. Lyran.

SECTIO III.

Ætas puerilis circumcisi Iesu.

TEXTVS.

Puer.

COMMENTARIJ:

Appositè Pueri vocabulo vsus Evangelista.

S. I. **S**Aepe Evangelistæ pueri vocabulo vtuntur circa infantie Saluatoris mysteria, magna me iudice, aduertentia. Quam innuit D. Ambr. dum Ambr. exponens prædictum verbum: *Puer* sic ait, *Vt circumcideretur Puer. Quis Puer nisi ille de quo scriptum est Isai. 9. Puer natus est nobis, & Filius datus est nobis.* Contestatur D. Tho. ad illud Math. 2. *Inuenerunt Puerum cum Maria matre eius. Frequenter (inquit) Puerum vocat, ut scias illum esse, de quo dicitur, Puer natus est nobis, & Filius datus est nobis.* Tantum momenti nos intelligere Infantem huic illum esse, de quo Isaias, *Puer natus est nobis,* ut toties Pueri Evangelistæ vocabulo vtantur? Profecto ex hoc pendet tota Incarnationis Verbi intelligentia. In cuius expositionem Isaiæ locum accuratius ex-

pendo. *Puer natus est nobis, Filius datus est nobis. Puer Filius.* Plerique interpretum animaduertunt hinc duobus vocabulis Christum verum Deum, & hominem prædici. Quia homo nascitur, *Puer;* quia Deus est, *Filius Dei nobis non temporaliter natus, sed datus, sed donatus, siue dono natus;* cum ex Patre natiuitas sit interna, æterna, necessaria; natiuitas autem ex Matre sit externa, temporalis, libera. *Vt Filius Dei non potuit non nasci, vnde nobis natus non est: potuit item homo non fieri, & tunc neque vt homo natus, neque vt Deus nobis donatus fuisset.* Confirmando sententiam meam ex Conc. Hispal. *Puer Christus ad susceptam humanitatis naturam pertinet, quia homo est factus. Filius autem datus, ad Diuinitatem quia Dei Filius. Et vt ostenderet (addit) in utraque natura unam esse personam Pueri nati, & Filij dati, adiecit, Vocabitur nomen eius magni consilij Angelus.* Hinc constat, cur totiens Evangelistæ

Pue-

Sectio IIII. Ætas pueril. Circumcisio. Obser. I. 69

Pueri vocabulo vtatur circa Saluatoris natalitium. Si *Puerum* pastores in præsepio constitutum inuenere, sibi ex femina natum autumant. Si *Puerum* videre Magi cum Maria matre eius, sibi natus ille hominibus obijciebatur. Si *Puer* denique circumciditur, ex ea parte, qua nobis natus est, non ex qua *Fi-lius datus*, circumcisionis vulnus sustinuit impalsibili Deitate.

Cur ætas tenueritidine tanta laborans circumcisionis signaculo initietur?

3. **T** Raditis iam supra rationibus adiciam, ideo infantilem ætatem, cogente lege, circumcisioni obnoxiam, quia ætas puerilis accomodatior disciplinæ. Mecum sentit D. Cyprian. *Tenera (ait) infantia huiusmodi erat imbuenda doctrina.*

4. Ratio est, quia non sine magna difficultate aboletur, quid quid in puerili ætate ediscitur. Vnde D. Hieron. *Difficiliter eruditur, quod rudes animi perbiuerunt. Lanarum conchyliis quis in pristinum candorem reuocet? Recens testa diu & saporem retinet, & odorem, quo primū imbuta est.* Id expressit sapiens, dum

ait, *Adolescens iuxta viam suam, etiā cum senuerit, non recedet ab ea.* Pro. 22.

Exponit appositè Beda, fatus, *Constat plerosque in senectute, Domino donante, separari à vitijs, que adolescentes habuerant, & é contra non nullos, illo se deserente, deserere circa senilem ætatem virtutes, quibus ab adolescentia videbantur illustrari. Sed quia multo sapius quisque mores, quibus ab adolescentia imbutus est, in reliquum vite tempus exequi consuevit: proverbium esse dicit, quid quod adolescens quisque cæperit, in senectâ nõ mutauerit, non tamen ipsum semper ita*

venire confirmat. Id circo autem huiusmodi proverbium ponit, *vt auditores à prima ætate virtutibus studere persuadeat.* Hinc colligo puerum optimis & scientia, & virtute magistris tradendum, vt ediscat non solum litterarum cognitionem, sed & simul virtutum studium, morum grauitatem, obseruationem legis ebibat.

Ad hæc Cypri. (cuius inferius ex primam testimonium) ideo speciatim puerum generationis in membro percuti solitum affirmat, vt ab infantia in frænandæ luxurie opera nauaretur. D. Ambr. sic, *Præcurrit ætatis maturitatem, quisquis in adolescentia positus, iuueniles annos veterana continentia regit.* Nam quid potest habere laudis, si effectū corpus voluptatibus ad seram deuotionis officia conuertatur? Ad sera, inquit, officia. Sero enim iam penè medicina tantæ paratur ægitudini.

6. Adhuc Pueri Iesu ætas immatura, dum traditur circumcisioni, nos docet, pueros monasticæ disciplinæ ineundæ accomodatior.

7. In hoc escit denique Iesu humilitas, dum Puer traditus circumcisionis vulnere magis propter nos dignatur minorari. Singulare persequar, & illustrabo argumenta.

OBSERVATIO I.
MORALIS PANEGYRICA
CIRCA LITTERAM.

Iesus Puer circumcisioni traditus instituendæ pueritiæ exprimit necessitatem.

5. Amb. ser. 19.
6.
7.
Bonæ puerorum institutio

Cypri. **T**enera infantia (tecolo Cypri. te-
stimonium) huiusmodi erat im-
buenda doctrina. Necessum val-
de ætati primæque disciplinam adhibere,
infantiam committere magistro & lit-
teris, & moribus, ingenti quidem fru-
ctu, instituendam.

Caput primum.

Puer sub preceptore.

Tradē-
di ma-
gistro
pueri
necessi-
tas.

- Ad illud: **Puer.**
8. Ferula à pueritia.
 9. Puer thesaurus à magistro custodiendus.
 11. Puer navis egens gubernatore.
 12. Pater non est qui filium non tradit præ-
ceptori.
 13. Filius non est, qui magistro nõ subijcitur.
 14. Ioseph puer erat, quia de essentia pueri
magistro subijciebatur.
 15. Quam laudabilis Loth, qui patris iusto
hæsit instituendus.
 16. Non transgreditur præceptum de fugienda
cognitione Abraham consobrinum
adferens puerum instituendum.

8. **G**randior ætas (inquit Sene.) du-
ra, & intractabilis non potest re-
formari; tenera fugitur. In morē
videlicet luti sub figuli manibus. Pro-
berbij loco solitum circumferri. Senex
psittacus negligit ferulam. Id quod expo-
nens Plin. ait, Psittacus in prima vita
sue biennio facile ediscit; postea quantum-
vis flagelletur, non edocetur.

Puerilis igitur ætas tradenda magi-
stro, Filij flores sunt? imo & campi flo-
res; nec enim puerilis ætas hortis cuius-
dam terminis circumscribitur, sed qua-
si per agros diuagatur. Titulus Psalmi
44. sic, Pro ijs, qui commutabuntur.
Hieron. Pro floribus filiorum. Flores
ne horti, an prati? Clem. Alex. Ma-
trimoni) flores liberi, quos quidem carna-
lium pratorum diuinus colligit agricola;

Quid agricolæ cum floribus pratorū?
Imo quia pratorum flores liberi sunt,
ideo accuratori egent agricolæ, seu
magistri patrocini; uti in campis libe-
ri libertate minimè potiantur, sed qua-
si intra claustra hortorum colliguntur.

Filij thesaurus? Quanta cura adhi-
benda, ut thesaurus custodiatur? **A-**
mez dico vobis (ait Magister) **quonia-**
si sciret pater familias, qua hora fur ve-
niret, vigilaret utique, & non sineret
perfodi domum suam. Luc. 12. Quæ nā
thesaurum pater familias custodire de-
bet? Num diuitias? Num rem familia-
rem? Profecto filios, à quibus bene mo-
rigeratis diuitiæ obueniunt. D. Chry-
sost. **Magnum habemus pretiosum de-**
positum filios, ingenti illos seruemus cura,
ne fur id nobis astutus auferat. Enimue-
ro tunc filius thesaurus est, cum à pue-
ritia custoditur, edocetur, litteris, bo-
nis que moribus instruitur. Alibi Chry-
sost. **Omnia à nobis postponantur cura**
filiorum. Si filius ab initio didicerit, ac-
quisiuit parens diuitias maiores quibus-
uis diuitijs.

Filij navis in medio pelagi consti-
tuta? Indiget proculdubio guberna-
tore. Salomon appositè viam adoles-
centiæ naui comparauit. **Viam navis**
in medio mari, viam viri in adolescen-
tia. Pro. 30. Id quod Clemens Alex. Clem.
pulchrè ponderauit, dicens, **Quemad-**
modum gubernator non semper cedit ve-
ris, sed contra proram obuertens, uniuersis
resistit tempestatibus: ita pedagogus
legibus, quæ sunt in mundo, nunquam ce-
dit, nec eis puerum tanquam cymbam in
libidinosam viuendi rationem impellere
permittit; sed solo secundo veritatis spi-
ritu in altum sublatus, clauum pueri, au-
res inquam fortiter tenet: donec in offen-
sum puerum in portum virtutis perdu-
xerit. Proh iuuentæ cymba medio in

salto ætatis constituta fluctuans, quam imago nauiculatore!

12. Huiusce equidem veritatis se se exemplar pristini Patres præbuere. Cū Tob. i. factus fuisset vir senior Tobias, accepit uxorem Annam de tribu sua, genuit que ex ea filium, nomen suum imponens ei: quem ab infanzia timere Deum docuit. Tob. i. Mox post natum filium, post nominis impositionem doctrina instituendo adhibetur infanti. Illum genuisti filium, quem litteris ac timore Dei imbuere Lyran. curas. Vnde Lyran. Tunc Sapiens gignit filium, quando facit discipulum. Qui filiū suum discipulum non facit, ut à prudenti præceptore edoceatur, nec sapiens est, nec pater est appellandus.

13. Imo nec ipse filius debet filius existi mari. Est enim velut essentia pueri committi præceptori. Hinc Tul. Est (inquit) adolescentis, ex maioribus natu eligere optimos, & probatissimos, quorum consilio nitatur. Est, inquam, hoc adolescentis. A deo adolescentibus ad natum magistris subiaceret, ut quasi essentia quodam modo mutiletur, qui effugit tenetæ ætatis informatorem.

14. Ioseph cum sedecim esset annorum pascebat gregem cum fratribus suis adhuc puer. Gen. 37. Videtur huiusce sententiæ illa particula. Adhuc puer, superflue re; quia sedecim annorū ætas adhuc puerilis est. Quare igitur verba isthæc superaddita. Affirmat Textus Ioseph gregi pascendo curam simul cum suis fratribus adhibere. At quia fratres non benè morigerati erant, poterat Ioseph nō bene apud posteros audire, ac si eisdem moribus ex fratrum societate operam dedisset. Vnde cum ab illa Moyses calumnia præseruans dicit. Adhuc puer erat, se gerebat ut puerum; parci enim præceptori de puerilis ætatis essentia, Chryf. subiiciebatur. Chrysof. Additur per-

vicula illa: Adhuc puer. Vt plenius ætas adolescentis erga patrem obedientiā Idem namque est se se uti puerum gerere, ac obedientiæ paternæ emancipari.

Quid memorem Loth, de quo Moyses. Egressus est Abram sicut præceperat ei Dominus, & iur cum eo Loth. Gen. 12. Laudandus profecto nunquam satis puer iste, quod in illius lubrico ætatis non laxiora vitæ studia consecutus impio adhesit patruo Nachori; sed optimam fecit electionem patruū tutoris, ac præceptoris Abræ. Quod ad notans Chryf. fatetur. Quanta prudentia erat diu dicare, & probare, cui patruorum sui curā permittere deberet? Reddit optimè rationem Procop. Lothus obstupescens Abræ integritatem, & pietate in illis nouæ vitæ fundamentis, se Abramo coniunxit. Nec enim firma exiitget ex edificatio, si ætatis puerilis fundamina bona præceptoris institutione non obfirmantur, & stabiliantur.

16. Vis ostendam, quam necessaria ætatis puerilis apud pedagogum institutio? Præcepit Deus Abramo, Egre- dere de terra tua, & de cognatione tua. Gen. 12. At iur cum eo Loth, consobrinus, patruo permittere. Quid proficeret Abram cognatione egredi, si secum cognationem deferabat? Inobedienciæ ne Abram arguendus? D. Chryso, inquit. Quare eum Dominus dixerit, Egre- dere de cognatione tua. Abram tamen secum assumpsit Loth? Respondet egregiè. Quia Loth iuuenis erat. Et quomodo celesti præcepto Loth sub puerilis, seu iuuenilis ætatis exiiali potestate relinqueretur? Temeritas si- quidem florentis ætatis ait Tuli. Quæ equidem apud pedagogo est comprimenda. Vnde Abram itaque adiudicauit præceptū illud: Egre- dere de cognatione tua appositè adimpleri licet secum iu-

uenē adducet et institutendum. Necessitas informandæ pueritiæ tanta.

stiterimus. Agrè etenim portat in iuuentute iugum, qui ab infantia non præuenit.

A cunâ
balis in
fans e-
discat.
Ad
illud:
Puer.

Caput secundum.

¶ *Infans ab utero, imò nondum conceptus sub præcepto constituendus quodammodo.*

17. Bonum viro iugum disciplinæ à pueritia efferre.
18. Infans capax consuetudinis.
19. Melius viro ab utero hoc iugum portare.
20. Optimum ante conceptionem virum le huic iugo submittere.

17. **Q**uodnam adolescentum institutioni tempus præscribamus? Horat.

Horat. lib. 1. cp. 2. ¶ *Fingit equum tenera docilem ceruice magister.*

Ire viam, quam monstrat eques; venaticus ex quo

Tempore cernit pellem latrauit in aula.

Militat in syluis catulus; nunc adhibe puro

Pectore verba puer, nunc te melioribus offer.

Sed sileant profana, cælesti Magistro tempus informando iuueni præscribente.

Thr. 3. ¶ *Bonum est (inquit) viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua.* Thr. 3.

Vbi Ieremias non indicat quod melius, quod optimum, sed quod bonum est.

Bonum igitur ab adolescentia portare, sed melius ante florentis annos iuuentutis; sed optimum (si possibile) ante ipsam effictionem.

De meliori adolescentis informatione sic Ambro. Non solum tollere iugum verbi, sed in iuuentute debemus tollere.

Protinus infert, Præueniamus ergo iuuentutis annos correctione congrua. Quasi vix possimus id præstare, quod bonum est, nisi ante iuuentutis annos id, quod melius est, præ-

stiterimus. Quia Dominus Deus secundo genitum primogenitum facere voluit, cum iam ab utero fratris primogenitum impedire disposuit.

Iam ostendo optimum esse viro ante conceptionem quodammodo iugum portare. Anna olim Samuelem Deo magistro tradere curauit, prius-

Contestatur Salomon, *Adolescens iuxta viam suam etiam cum senuerit, non recedet ab ea.* Pro. 22. Loco verbi illius: *Adolescens iuxta viam.* ex Hebr. Caiet.

¶ *Assuefacito puerum super os via sua.* Cum primum puer viam ingreditur adolescentiæ, quæ quidem ipsa pueritia est, congruis saltem consuetudinis capacem assuefacito documentis. Monet (inquit Caiet.) Salomon, *ut non differatur institutio pueri, sed in ore via eius, id est, tunc, cum ad eius animum ingressus patere incipit, iam inde assuefaciat virtuti.* Quamuis enim non sit capax doctrina, est tamen capax consuetudinis. En consuetudinis capax infantia.

Melius edocetur, vel assuefit ab utero infantia. Adhuc apud vterum Iacob fratris Esau ad lumen egredientis plantam tenebat manu. Enimvero iuuenis iam effectus Iacob coxit pulmentum, ad quem cum venisset Esau de agro lassus, ait, *da mihi de coctione hac rusa.* Cui Iacob, *Vende mihi primogenita tua.* Respondet venator. *Et morior, quid mihi proderunt primogenita?* Iurauit ergo Esau, *et vendidit primogenita.* Gen. 25. Nū ab utero Iacob capax astus illius, quo primogenita fratris acquisiuit? Minime! At si non capax astus, haud omnino incapax quodammodo erat consuetudinis. Vnde tunc, quasi natura magistra, assuefit ad futuram astus executionem. Olen. *Quia Dominus Deus secundo genitum primogenitum facere voluit, cum iam ab utero fratris primogenitum impedire disposuit.*

Iam ostendo optimum esse viro ante conceptionem quodammodo iugum portare. Anna olim Samuelem Deo magistro tradere curauit, prius-

quæ

quæ

quæ

quæ

quæ

quæ

quæ

quæ

quæ

quæ

quæ

quæ

quæ

quæ

quæ

quæ

quæ

quæ

Gen. 3. quam conciperetur. 1. Reg. 1. An non serpens pedes mulieris, siue filios maculare procurat? Genes. 3. Plutar. l. de educ. fil. ratchus, Filios pedes emphaticè appellauit; parentes que taxans, eos affirmat de calceis curam gerere, pedum autem, seu filiorum tutelam negligere. Conterat ergo parens serpentis affum precibus ad omnium Parentem tunc erasisis, quando expetit filios; vt prius Deo concipiat, & pariat, quam saeculo. Id quod Nazianzeni parens praestabat mox post conceptum filiorum. Nos (filius ait) priusquam nasceremur, Deo promissit, vita que lucem ingressos protinus consecrauit.

super petram, viam nauis in medio maris, viam viri in adolescentia. Pro. 30. De indisciplinata iuuenta locum sic exponit Paschas. Magnū est à virijs abstine re. iuuenibus, & ea in ipso iuuentutis scibulo deserere. Lubrica enim, & perplexa sunt via iuuentutis. Vnde Salomon tria impossibilia intelligit, & quartum non cognoscit. Vestigia aquila, viam serpentis, semitas nauis, & viam viri in adolescentia. Quare via viri in adolescentia impossibilis vocitatur? Quia via viri, siue progressus viri ad studium virtutis difficile admodum ex adolescentia minime salutaribus documentis imbuta redditur. Tam difficile enim qui iuuenis deuiat, vir salutare iter tenet: vt huiusmodi difficultas congruè impossibilitatis nomine adnotetur.

Caput tertium.

Puer non discens difficile viri iugum importat.

Quam necessaria rio puer edocetur ad legis futurā obseruationem. Ad illud. Puer.

- 21. Via viri in pueritia aut facilis, aut difficilis redditur.
- 22. Iuuenta infecta, tota saepe aetas postmodum inficitur.
- 23. Viri disciplinata adolescentia percussus filet.
- 24. Quasi Angelicam ad sustinendum legis iugum induit naturam.
- 25. Difficile viri iugum importat, quod a pueritia non deuenit.

21. **B**onum est viro (inquit Propheta) cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Thr. 3. Ac si diceret, Ex adolescentia mox rigerata, ac sub praepatore constituta bona virili redundant aetati. Malum è conuerso viro iugum ab adolescentia non deportanti. Difficilis namque est virilis aetatis recta via, si in iuuentute non dirigatur. Tria mihi Pr. 30. (Sapiens ait) difficilia, quartum penitus ignoro, viam aquila in caelo, viam colubri

Ipsū audiamus humanae naturae conditorem. Sensus & cogitatio humani cordis prona sunt ad malum ab adolescentia sua. Gen. 8. Num naturalis promptitudo ad malum in homine solummodo ab adolescentia ducit exortum? Porro & ipsa infantia nullatenus ab huiusmodi inclinatione (potius dixerim declinatione) liberatur, dicente Ambr. Sed & Ambr. infantia sine peccato non est. Quare igitur praecipue naturalis post peccatum praedicta ab malum promptitudo ab adolescentia originē ducere adfirmatur? Respondet Amb. Quia diligentia, & studium peccati ab adolescentia. Studet peccatum quoniam modo adolescentiam inficiat, vt crescente ad malū promptitudine illa, tota proculdubio maculet aetate; quoniam adolescens iuxta viam suam etiam cū senuerit, non recedet ab ea. Si ergo diligentia, & studium peccati incipit ab adolescentia, ab eadē diligentia & studio diu recta institutionis debet exoriri. Proh virilis aetatis gloria ex disciplinata iuuenta! Bonum est viro, cum

22. Gen. 8.

23.

Thr. 3. *debit solitarius, & tacebit.* Thr. 3. Graue
 profus Euangelij iugum. Potest graue
 Pasch. (inquit Pasch.) iugum *videri propter onera*
 1.3. *disciplinæ sterilitatem que correctionis,*
pondus abstinentiæ, restrictionem lasciuia.
 Quid grauius, quam me vnus maxillæ
 percussori & alteram exhibere? Proh
 adolescentia legis iugum importans
 Ta virum ò morigerata iuuentus, ita
 comprimis eius concitatos iniuria mo-
 tus adeò componis, & moderaris: vt se-
 deat, & taceat, licet iniuste ab inimico
 percutiatur. *Sedebit solitarius, & tacebit.*
 Palohre Pasch. *Qui d' primo uo portauerit*
iugum uerbi, hoc est diuinitute: ille sede-
bit, donec plena se perfectione uirtutis eru-
diat, & magnam animi inducat patien-
tiam, ita demum, ut percipienti se possit
præbere maxillam.

24. *Quid si tam facilis legis obserua-*
 tio morigerato iuueni, vt ad alteram pe-
 regrinam naturam homo eleuatus fuis-
 se uideatur. *Sedebit* (inquit Propheta)
 Thr. 3. *Solutus, & tacebit, quia leuabit supra se.*
 Thoz. 3. *Actiuiteret, Nec auxiliatore ho-*
 mine indigebit, nec immiscebit querel-
 las: quia ex eo quod ab adolescentia hoc
 iugum portauit, *Leuabit supra se,* suam
 met quoniam modo naturam transcen-
 dens. Pasch. *Quis est, qui leuat iugum gra-*
 Pasch. *ua iuuentute sua, nisi qui renunciat deli-*
 cit. *cijs, luxuriam fugit. Idcirco recte super se*
uidisse dicitur, quoniam ultra uires est
corrupta natura. Super se hic portat,
leuat onus, iam non ipse sed, alius altio-
ri quodammodo natura conspicuus:
Adeo itaque faciliter iugum quantum
nis graue deenchio, ac si Angelicis hu-
meris reportaret.

25. *O quam difficile uir legis iugum*
 portabis, quod minime à iuuentute as-
 portare didicisti! Testor Paulum pro-
 1. Co. 9 *tantem, Castigo corpus meum, & in serui-*

tutem redigo 1. Cor. 9. Vbi Cypri. *Ad Cypri,*
hoc suum corpus morti ficabat Apostolus,
non tantum circumcidens unum mem-
brum, sed totum se crucifigens, & omnibus
extrordinarijs motibus opponens caute-
rium, & que adeo corpus suum redigens in
seruitatem. Pende illud: Non tantum cir-
cumcidens unum membrum. Non se se
 Paulus cum Iesu infans spiritali cir-
 cūcisioni tradidit, sed iam uir Euan-
 gelicæ studuit perfectioni. En difficultas
 reductionis in Iesu captiuitatem singu-
 los animi motus. Sub ætate puerili om-
 nes inordinati motus ex vnica spiri-
 tuali circūcisione, siue recta institutio-
 ne ac eruditione cohibentur. Verum
 postquam ad uirilem peruenitur æta-
 tem, non in vno membro, sed in singu-
 lis actionibus motus huiusmodi inordi-
 nati compriui necessum est. Enim ue-
 ro post innumerabilium effrenatarum
 actionum compressionem *usque adeo*
corpus redigitur (auctore Cypri.) *sed in*
seruitatem. Vt innotescat, quam uiolen-
ter iugum asportat, qui à pueritia diue-
here non didicit.

Caput quartum.

¶ Fructus ex tradita præceptori iuuentute

26. Edoctus puer inter viros adnumeratur.
27. Disciplina iuuenes liberat ab exitio.
28. Edoctus iuuenis prædices efficitur.
29. Erudita iuuentus muros stabilit.
30. Usque ad terminum plerumque pietatem fouet.

26. **I**N primis morigerati edocti pueri
 inter viros adnumerantur, secus qui
 ferulam effugiunt. *Quid quid sexus*
est masculini numerabitur a dice/sera o
anno, & supra. Nu. 1. Postquam hi

Nu. 1. viriliter pugnaverunt, ad virorum sunt redacti consortium. Poterit pueri ex tribu Leuitica sub virorum numero adscribuntur ab ipsis cunabulis, licet non pugnaverint, licet vigessimus annus non expleuerint. Quid causa? Opinor quia hi mox ab infantia & tabernaculo seruebant, & edocendi idoneis magistris tradebantur. Orig. ad hæc. *Puerilis ætas non numeratur, nec apta diuinis calculis ducitur, nisi forte è sacerdotali, vel Leuitica stirpe descendant.* (Primo geniti etiam adnumerabantur.) *Isti facti in pueris adducuntur ad numerum.* Reddens autem rationem, cur prædicti solummodo pueri adnumerentur? Subijcit, *Si transcedero puerilis ætatis insipientiam, (id quod disciplina, ac magisterio præstatur.) Si desiero paruulus esse sensibus, dignus diuinis numeris computabor.* Qui igitur non ediscit, inter homines haud est, conspiciente Domino, adnumerandus.

Deinde disciplina puerum & ab humana natura ianata corruptione, & ab æterno liberat excidio. *Percute (inquit Sapiens) filium tuum virga, & liberabis animam eius à morte.* Pro. 23. In testem adfero mundum puerulum caelesti magistro traditum, flagello percussum, ac mirum in modum reformatum. Pulchram subiugio Ruper. sententiam. *Deus totum mundum quasi hominem suscepit erudiendum. Scimus autem, quod homini, cum adhuc puer est, agendum sit, quod timeat, ne dimissus sua voluntati, præceptis, & infrans in malum ad quod prona est humana natura, semper securo collo ruat.* Percute filium tuum virga, ait Scriptura, & liberabis animam eius à morte. Recte igitur et viriliter, uti sapientiam Dei decuit, petulantem mandum recentem, tanquam stultum puerum corripuit, tali percussione verberare

quod tota sua ætate non queat oblitisci. Ediscant magistri à supremo hominum Parente sapientis magisterii esse discipulos, flagris percutere petulantes, ut ab æterno hi excidio dimoueantur, quo soluto cursu misere deferuntur.

Præterea qui puerum edocet, eum efficit diuitem. *Si sciret pater familias, (Christus ait) quæ hora fur veniret, vigilaret utique.* Lu. 12. Et quid pater familias vigilanter custodit, filios ne an diuitias? Et filios prorsus & thesauros, quia filio custodito bonæ educationis cura, diuitiæ acquiruntur, & conseruantur. Vnde Chryso. *Si filius (ait) ab initio didicerit, acquisit diuitias maiores quibus suis diuitijs.* Maiores equidem, quia quæcumque sæculares diuitiæ conseruantur plerumque sine reditu; sapientia autem semper acquirendarum diuitiarum studio iuuenescit.

Ad hæc disciplinata iuuentus vrbium mutis adiicit stabilimentum. Isaias mores laudat disciplinatorum ab infantia ciuium Sic. *Respice Sion ciuitatem solemnitatis vestrae, oculi tui videbunt Ierusalem habitationem opulentam, tabernaculum, quod nequaquam transferri poterit, nec auferentur clauis eius in sepiternum.* Vrbem omnino contrariam taxans, in clamat, *Vbi est doctor paruulorum? Populum imprudentem non videbis.* Quid mirum innotuit Deo urbem, vbi pueri non edocentur? Verum corruat huiusmodi ciuitatis necessum. Vnde pro doctore paruulorum ponitur Hebr. *Numerator turrium, leu qui curam gerit turrium numerandarum, ut comperiat, num aliqua exciderit? Qui pueros edocet, turres numerat, quia eas tuetur, & defendit.* *Nisi, ut ancillas suas, ut vocentur ad arcem, & ad mœnia ciuitatis, si quis paruulus veniat*

28

Lu. 12

Chryso. epi. ad Eph. ho. 21

29

Isa. 33

Pro. 9. Caiet. *ad me. Pro. 9. Vbi Caiet. Misit ancillas suas super humeros excelsorum Ciuitatis. Excelsos Ciuitatis officio præstantes intelligit. Expono magistròs, quæ cura imminet mœniorum, dum iuuentat sustinent informandæ manus.*

30. Denique huiusmodi iuuentus non solum Ciuitatis exædificationem tuetur, sed semetipsam conseruat gratam cælesti Conditori. Iacob Ioseph benedicturus, ait, *Deus qui pascit me ab adolescentia mea usque in presentem diem.*

Gen. 48. Usque in senectutem Patriarcha se à Domino refectum se filiũ siue Deo gratum affirmat, quia à iuuentute pascus huiusce dulcedinem degustauit. Accipite D. Ambr. fantem,

Ambr. ser. 2. in Pl. 118. *Non solum tollere iugum uerbi, sed à iuuentute debemus tollere. Si enim sero tollamus, incipimus pœnitentiam superiorũ magis habere, quam tenere gratiam. Praueniamus ergo iuuentutis annos correctiõne congrua. Et magis dicamus singuli, Deus, qui pascit me à iuuentute mea, quã recordationem habentes lapsuum, defleamus, Delicta iuuentutis meæ ne memineras Domine. Psal. 24. Hoc debilitatis est remedium, illud robur salutis. Proh disciplinatæ iuuentatæ felicitas!*

Bene Virgil. *Nec sanctos iuuenes attingunt sortida fata. Sed, verè cessere domos, & iura piorum.*

Virg. Ethn. *Sine disciplina flamma spinas ciuibus parit adolescentia.*

Spinãrũ pueritremã gistro non tradit par tus exitialis. **Caput quintum.**

Incommoda ob non commissam præceptori adolescentiam.

- 31. Sine disciplina flamma spinas ciuibus parit adolescentia.
- 32. Semper puer, qui non didicit à pueritia.
- 33. Difficilis huic medicina paratur.
- 34. Iuuentatẽ non mori geratã breuis vita.

- 35. Eternum frequenter exitium.
- 36. Malum prauæ educationis in posteros in rempublicam diffunditur.

Dominus ita, *Ignem ueni mittere in terram. Luc. 12. Quem ignem nisi iuuentutis disciplinam Chrysol. interprete? Quemadmodum ager diu non profectus, sic iuuentus neglecta syluescit, ac passim innumerãs uerpres producit. Ignis ergo immittendus est, quo impijs cupiditatibus concrematis, no- ualia excolamus, quæ spiritualia semina possint suscipere. Haud spinæ disciplina concremantur? Ciuës compungentur. Adamauit eam (Dinam) illicito amore Sichen, & rapuit. Cap. 34. Vide (inquit Chryl.) quantum sit iuuentutis malum, quando recta rationis frano caret. Vidit Sichen uirginem, & totus propter aspectũ captus factus est, & concupiscentiam opere compleuit. Et fratribus, & cognatis, & toti ciuitati inculta terra hæc peperit ipinas.*

32. *Quid quod pueri sine magistro, etiam cum ad ætatis uirilil maturitatem perueniunt, semper pueri, immaturi semper obijciuntur? Cham parentis aperuit nuditatem. Porro Noe uidens quod fecerat filius suus iunior, eum maledictionis gladio vulnerauit. Ge. 9. Vnde exoritur quæstio, Quare Cham filium uocat iuniorem, qui minus filiorum nõ erat, sed secundus? nec absolutè iuuenta florebat, quippe cũ (Caiet. auct.) cẽtum annorum existeret? Nũ quia puer erat intellectu? Ita D. Amb. Iuniore nõ atate, nõ tẽpore accipias, sed rudẽ s'esu, & in qua dã intellectu infantia constitutũ. Et vnde nã miser ille perpetuè adstrictus est iuuentuti? Adijcit pulchrè Doctor, Proiectioris doctrinam atatis non haustit. Quãdo nã fuerat haustur' atatis doctrinam proiectioris? In pueritia planè. Nam pueritia totius atatis mammilla est*

31. Lu. 12.

Chryl. ho. 50. in Mat.

gino l. mod

Ge. 34.

Chryl.

32.

Gen. 9.

Ambr. l. de Noc. c. 5.

est

est, vnde haurimus vitilitatis grauitatē maturitatē senectutis. Egregiē Clem. Alex. *Est nobis (inquit) obseruatis ipsa iuuentus. Qui puer abstinuit ab vbere, semper puer maneat necessum est.*

Clem. l. Ped. c. 5.

33. Testor Hebræos à pueritia Ægypti cibus stolidioribus assuefactos, queis cū cælesti Manna effluxisset, non modo eorum puerili volubilitati non medebatur, verum eos excitabat ad nauseam. Tot virium sibi consuetudo vēdicatā.

Chryf. l. adu. Et tamen illi (Hebræi) vitia non effugerunt. Sed cum Manna cibo cælesti alerentur, cepas, allia, & cetera Ægyptimā la præferebant. Adeo consuetudo valet.

34. Quid plura? Iuuentus scholæ fugitans a vita maturē excidit temporaria. Iob, *Si audierint (pueri) & obseruauerint, complebunt dies suos in bono, & annos suos in gloria. Si autem non audierint, transibunt per gladium, & consumentur in stultitia. Morietur in tempore state anima eorum.* Cap. 36. LXX. ex Hebræo. *Morietur in iuuentute. Alij, Morietur anima eorum per iuuenilem stoliditatē.* En stultitiā iuuentutis cū imatura morte copulatur. At qui audiunt qui discunt. Ne storios frequēter annos adipiscuntur. *Complebunt dies suos in bono.*

LXX.

35. Iam vero ab æterna saepe felicitate iuuenes sine disciplina excidere confirmat. Magister inclamans, *Sinite*

Ma. 18 *paruos venire ad me; talium est enim Regnū Cælorū.* Math. 18. Alibi *Inter nationes multarum nullus maior Ioanne surrexit. Equidem qui minor est in Regno cælorum, maior est in illa.* Quia apud cælestem Patriam nullus paruulus est. Quare igitur Dominus paruulorum Regnum cæleste esse adfirmavit? Quia paruuli ad magistrum optimam accedentes, ea discunt, quæ decēt electos.

Roboro ex D. Chryfost. qui tractans,

quam sint pauci cælestis incole Regni, causam assignat & adolescentum effrænationem, & senum desidiā circa iuuentutis moderamen. *Exemplaria (ait) disparuerunt. Ideo nulli adolescentis sunt admirabiles. Iacent omnes adolescentes frigidi, ac senes vident.*

Chryf. ho. 24. in Act.

Nec vitæ termino circumscribitur non edoctæ iuuentutis malum: verū ad omnem astolet non semel posteritatem diuagare. Ipsum naturæ audiamus Conditorē. *Nequaquam ultra maledicam terra propter homines. Sen sus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua.*

36.

Gen. 8. D. Bernaf. *Ab adolescentia, hoc est, ab insipientia primæ mulieris. Quid adolescentiæ cum primæ mulieris insipientiæ? Quia adolescentes, qui non edocentur, insipientes sunt. At iuuentus insipiens totam inficit quodammodo posteritatem: sicuti insipientia primæ mulieris humanam progeniem maculauit. Parum esset suis posteris exitio esse, si non verbis detrimentum inferret. Quam verè Verinus!*

Gen. 8. Ber. fer. 85. in Cant.

Præcipites iuuenum clementia subruit verbes. Et Arist. *Iuuentutis disciplina neglecta facit magnum reipublicæ detrimentum.* Plura mitto.

Verid. 88. Arist. 8. Polit. c. 1.

OBSERVATIO II.

Circumciscus Puer Iesus suis Iesuitis puerorum institutionem committit.

Rectè institue de iuue ntis norma.

Ogor D. Ignatij aluianus hinc contempleri, quantum Christiana reipublicæ vitilitatis, ac commo

37.

Hebraeorum Psalmum hunc esse digestum, ut homo noster tanquam paruulus, & ab infantia per elementa formatus, quibus aetas puerilis assuevit, usque ad maturitatem virtutis exerceat. Non dixit, Assuecit aetas puerilis hisce litterarum elementis, ut usque ad maturitatem sapientiae exerceat, sed usque ad maturitatem virtutis. Id quod Societas Iesu intendit, paruulos scilicet litterarum elementis ad virtutis perfectionem adducere.

40. Ad alios equidem praecipuos at-
tineat discipulos litteris informare, non
aeque moribus; quia eorum instituti,
solummodo intellectum illuminare.
At Societatis schola intellectui lucem
mittit, sed ut voluntatem valeat infla-
mare. Si quando apud saecularium gym-
nasia improbos vidi adolescentes, sem-
per Societatis alumnos recognoui Deo
Ios. 24. adherescebant. *Seruiuit Israel Domino*
cunctis diebus Iosue. Ios. 24. Id est, quo
tempore Iosue, siue Iesus magister Is-
raelis exitit, populus ille obsequio Do-
mini fuit emancipatus. Eam doctrinam
praestantissimam iudico, quae non so-
lum magister pueri, sed & pedagogus
est. Hoc differunt pedagogus, & magi-
ster, quod pedagogus non solum do-
ctrinam puero dicitur, sed & eius vi-
as dirigere procurat in salutem; magister
autem solummodo vacat intellectus
institutioni. Verba doctrinae Societa-
tis potius dixerim a pedagogo, quam
a magistro proferri. Vnde Iesuitarum
Clem. doctrinae illud Clem. Alex. apprime
lib. 1. conuenit, *Verbum est infanti pedagogus.*
Pe. c. 6.

41. Vis tibi discipulum Societatis obji-
ciam? Eum proculdubio depingit ver-
bis hisce Isaias, *Qui ambulat in iustis,*
41. *& loquitur veritatem, qui proicit auari-*
41. *tiam, qui obturat aures suas, ne audiat*

sanguinem, & claudit oculos suos, ne vi-
deant malum: iste in excelsis habitabit, mi-
numenta saxorum sublimitas eius, panis ei
datus est, et que eius fideles sunt. Mox po-
pulum contrarium describit. *Ubi est Do-*
ctor paruulorum? Populum insipientem non
videbis. Cap. 33. Duplex hic gymna-
sium praesentatur, vnum fidelium ma-
gistrorum: *Atque eius fideles sunt,* scilicet
magistri; alterum Doctorum curantium
solummodo puerorum institutioni cir-
ca litteras studere, non sic penes virtutis
exercitium. Haud hi fideles pedagogi.
Chryl. *Ut fundus sit optimus, cuncti moli-*
mur, eum que fideli viro magno cum studio
tradimus. (Ceterum quod nobis charissi-
mum omnium est, omnino negligimus, ne-
que curamus, quo pacto filium nostrum fide-
li cuppiam viro permittamus, qui ipse
tueri, ac seruare pudicitiam possit. Haec
praecipua scholae Societatis fidelis prae-
sensus magisterij cura, puerorum pudici-
tiam tueri.

Chryl.
hom. 9.
in 1. ad
Timot.

Nec solum procurat modestiam ex-
ternam, seu politicam discipulorum
schola Societatis, sed internae vel com-
ponendarum cogitationum incumbit
studio. Sanctissimus Iob filiorum pa-
rens, ac magister *mittebat* (ad eos) &
42. *sanctificabat illos, consurgens que diluculo*
offerebat holocaustum per singulos dies. Dice-
bat enim, *Nefortè peccauerint filij mei, & be-*
nedixerint Deo in cordibus suis. Cap. 1.
Pende illud: *Mittebat.* Quid mitteret?
Orig. *Orationes ad Deum, preces, gratia-*
rum actiones. Eugub. *Ad templum ostias.*
Chryl. *Munus Sacerdotale.* Prae omni-
bus idem Orig. *Mittebat ad eos magi-*
42. *stros, qui pietatis admonerent.* En Sacer-
dotum Societatis munus, filios vestros
edocere, litteris informare, ac simul
ad pietatem adducere. Enim vero
Iob non solum immittebat Magi-
stros; sed & offerebat holocaustum,
inter-

Iob 14

Orig.

Olimp. internæ filiorum consulens puritati. Præclare Olimpiod. *Admiratione digni sunt filij, sed admiratione dignior horum pater, & magister. Illorum enim nullum a peccum peccatum apparebat; huius vero tanta in Deum, liberos que suos charitas erat, ut peccatorum etiam, quæ mente concipiuntur, curam susceperet.* Tanta magistrorum societatis in Deum, ac in proximum charitas, ut non modo iuuentutem morigeratam reddat exterius; sed sacrificium Missæ quotidie offerens, alumnos suos curet ab internis scopulis eripere. Quis non miretur tam modestos, tam verecundos nostrarum discipulos scholarum? Sed quis non magis in admirationem rapiatur, tam diligens obijciens, tam accuratum perpendens magisterium? *Admiratione digni filij, sed admiratione dignior horum magister.*

Caput secundum.

Bonæ
educat
tionis
vi in se
nes pue
ri mutã
tur.
Ad
illud:
Puer.

¶ Societatis Schola pueros mutat in senes.

43. Apud societatem non inuenies puerorum scholas, sed senum conuentus.
44. Pueri Societatis in senectute instar Ioseph, geniti.
45. Societatis alumni discipuli simul & Doctores.

43. Menã. **P**RÆcinebat Menander,
*In memoriã redige iuuenis existens
Quod senex eris quandoque.*

O puer quisquis ad Societatis Iesu pergis scholas, non tibi dabitur de futura maturitate cogitare, mox senilibus moribus condecorato. Ea est enim Societatis aulæ vis, ut pueros recipiat vestros, & illic senes maturitate, ac grauitate reddat. D. Bern. de puero iugum portante locutus, ait, *Quia cum adolescens esset, & aratis lubrica sentiret ardores, se*

Bern.
ser. 5. in
Pet. &

nem induit, relinquens, quod erat; assumens, Paul. quod non erat. Senes profecto non pueros Societatis instituit schola. Qui in hoc agro pleno (dicam paradiso) iuuenes depascuntur, non iuuenum, sed matutorum admodum senum præferunt grauitatem. Id quod de monti Cassignatis cœnobio, vbi pueri educabatur, D. Petro Damia. scribit. *Inter cunctos Damia. autem virtutum flores, quos in illo agro Epit. 5. pleno, cui benedixit Dominus, reperi: fact. c. 6. teor, hoc mihi non mediocriter placuit, quod ibi scholas puerorum non inueni; sed omnes senes.* Quoniam modo senes, qui iuuentæ floribus vernabant? Num quia schola illa sanctissima pueros mutabat in senes? Eadem prorsus vis scholæ Societatis. Non inuenies puerorum scholas, omnes senes intueberis; quia doctrina hæc pueros imperfectione expoliat ætatis, ut senili eos induat perfectione.

Diligebat Iacob Iosephum filiū suum præ reliquis fratribus, eo quod in senectute genuisset eum. Gen. 37. Placet Burgens. expositio. Non enim amplius Iosephum amatum existimat à patre, quia eum in senectute genuerit, (nã potius dicendus foret plus amatum Bëiaminum multo post Ioseph progenitum) sed quia genuisset eum in senectute, hoc est senili prudentia præditum. Et vnde nam puer ille senilem hausit maturitatem? Quia apud scholam boni parentis simul magistri optimi commemoratus est. Pro verbo illo: *Eo quod in senectute genitisset eum*, In Chald. Habetur, *Eo quod Filius esset sapiens sibi*, id est, parenti: *sibi autem idem quod secum, aut apud se. Mulier; quã dedisti mihi.* Hebr. *Quam dedisti mecum seu apud me.* Ac si diceret. Ideo senex, dū puer, quia apud se, siue apud optimum parentem commemorabatur, sapiens utique studio incūbens sapientiæ, qui e quidem parens ac

44.

Ge. 37.
Burg.

curatus secundæ generationi educatio ni videlicet pueri, operam nauabat.

45. Iesus apud Ierosolymæ templū utrō que in scio parente commoratur. *Factū est post triduum inuenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem eos.* Luc. 22. Iesus hic & puerum agit & senem, discipuli simul ac magistri gerit personā. Si discipuli in morem interrogat, instar magistri respondens obijcitur. Prohi puerum senili nitentem grauitate! Alumni itaque Iesu apud Societatis gymnasia se simul, Iesu imitatores, senili maturitate fulgidi, discipulos & magistros ostentant. De nostro iuuenum collegio profanus cecinit, *Illā inuentus gratior, quæ similis senectæ.*

Chil.
per Au
to.

Caput tertium.

¶ *Societatis Schola senes dierum malorum efformat in pueros.*

Bonæ
educa
tionis
vi se
nes in
pueros
cōuer
tuntur.
Ad
illud:
Puer.

- 46. Inuenescit inueteratus quisque Societatis utero receptus.
- 47. Societatis gymnasium præstantius paradiso senes efficit pueros.
- 48. Plusquā pater, procreās senes in iuuenes.

46. **Q**uod si quando vir dierum malorum ad meliorem se se frugē recipere intendens, adit nostra gymnasia, puer efficitur, ut rursum ab utero Societatis editus, in nouum virū excreseat. Non semel ego (expertus loquor) apud aulas nostras viros, senes vidi ita morigeratos & post belli tumultus, & post coniugij sollicitudinem, & post effrænata vitæ libertatem, ut potius eos puerulos indicarem sub senilis indumentis effractione. Quid Iesus? *Nisi conuer si fueritis, & efficiat-*

Ma. 18.

mini sicut paruuli, non intrabitis in Regnum celorum. Math. 18. Ad dierum malorum inueteratos fortassè Iesus dirigit sermonem. Et quonammodo senes huiusmodi puerilem modestā quidem, non inuerecundam induent ætatem? Eos viris, qui nomen habent Iesu, committite. Orig. appositè, *Si quis vir habitudinem, quam habent pueri ex ætate, in se ratione suscepit, expellens ea, quæ mouent insensatos, factus est sicut puer, non se extollens: iste talis suscipiendus est in nomine Iesu.* Mihi liceat ludere verbo. Siquis vir ad puerilem ætatem recurrere oportuerit ex morū immutatione, *iste talis suscipiendus est in nomine Iesu*, ad Societatis, cui nomen Iesu, adducendus gymnasia, vbi senes dierum malorum florida inuertæ addicuntur.

Orige
hom. 5.

Num hæc primū vis paradisi? Adamus virili exurgit ætati. Teoph. Anti. *Cupiebat autem Deus, ut esset sincerus quasi puer, ut in morem pueri edoceretur, cum ad paradisi aulam perducens. Tulit Deus hominem, & collocauit eum in paradiso voluptatis, præcepit que ei dicens, &c.* Gen: 2. D. Tho. *Ibi datur ei præcepta, ut proficeret sapientia, & ætate.* Profecto quod non præstitit, hominis malicia, paradisos, schola præstat Societatis, dum virum, dum senē puerilis ætatis sinceritati restituit.

47.
Theo.
Antio.
L. 3. ad
Autol.
Gen. 2.
D. Tho.

Quonam, ais, astu Societatis schola senes huiusmodi ad puerilem adfert innocentiam? Respondet Iesus, *Nisi quis natus fuerit denuo, non potest videre Regnum Dei.* Replicat Nicodemus. *Quomodo potest homo nasci, cum sit senex? Numquid potest in ventrem matris iterato introire, & renasci?* Ioan. 3. Potest equidem. Societatis schola mater illa, cuius in utero senes in pueros reformantur. Et quidem magistri potiori iore

48.
Ioan. 3.

parentum nomine insigniuntur. Præcepit Pharaon, ut omnes coram Ioseph genuflecterent. Gen. 41. Hebr. *Clamauerunt coram eo, Abrech. Abrech* autem idem est ac, *pater tener*. Quare igitur Ioseph non solum *pater*, sed & *pater tener* appellatur? Quia venit in Ægyptum, ut *senes eius prudentiam doceret*. Qui imprudentes senes facit prudentia præditos, qui magister prudentiæ apud senes existit, iuste *pater tener* appellatur.

Caput quartum.

Societatis Schola magistra castitatis.

Magistri currenti iuvenes castitatem e-

- doce- 49. Societas Cherub custos fidelis castitatis.
re. 50. Id Societatis schola iuueni, quod matrimonium.
Ad 51. Inibi sine coniuge sedet, & non queritur.
illud: 52. Abtrahit Societas iuvenes à prauorum
Puer. adolescentum societate.

49. **S**Tatuit Dominus ad ostium paradisi Cherub & sapientia præditum, & puritate fulgidum. Fidelis hic Dominicæ custos hereditatis. Audite Chrysl. supra iam sub alio argumento exhibitum. *Ut fundus sit optimus, cum tibi molimur, cum que fidei viro magno cum studio tradimus. Caterum quod omnium charissimum nobis est, omnino negligimus, neque curamus, quo pacto filium nostrum fidei cuiuspiam viro permittamus, qui ipse iuueni, ac conseruare pudicitiam possit.* Non omnes Cherubim custodes, non omnes magistratuendæ pudicitiae operam impendunt. Fidelis custos Societatis aula.

50. Num impudicus adolescens? Trade Societatis gymnasio non iam custodi castitatis, sed magistro. Profecto præ-

sentissimum remedium lasciuiae iuuentutis matrimonium. Bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Thr. 3. Iugum scilicet matrimonij. Vidistis (inquit Chrysl.) quantum malum operata sit vnius iuuentutis Sichem temeritas? Vidistis, quantam attulit perniciem omnibus ciuitatem habitantibus? Hac scientes, refranemus puerorum nostrorum impetus, magnum que furorem admonendo compefcamus. Ne igitur negligamus iuuenes, sed scientes fornacis incendium, priusquam in luxuria implicentur, studeamus eos iuxta legem Dei nuptijs copulare. Illud pendite: Magnum furorẽ admonendo compefcamus. Prius ne admonitionibus, curanda adolescentum luxuries, quam hi matrimonij vinculo colligentur? Ita planè. Bonum igitur Societatis alumno, si portauerit iugum bonæ educationis, si à magistris nostris admoneatur. Hand erit necessum ad coniugij recurrere medicamen.

Iugum iugum aliud comportat inibi adolescens, quo solitarius, nempe sine coniuge valeat impetus exitialiter lasciuientes reprimere. *Sedebit (inquit Prophi.) solitarius, & tacebit, & leuauit supra se.* Thr. 3. Quid supra se leuauit? Iugum equidem bonæ educationis iuxta illud: *Bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua.* Bonum certè matrimonij iugum, immoderato adolescenti; sed bona ad id muneris adolescentum recta institutio, sub quo profecto iugo iuuenis sedeat solitarius, & taceat, sine coniuge habitet, & non conqueratur. Ea enim castitas præstantior, quæ edocetur, dicente Chrysl. *Illud vestram charitatem rogauerimus, ut virtutis curam geratis, & continentiam filios vestros edocetis.*

Crediderim planè iuuentutis effractionem inde præcipuè causari, quod

52 pueri cum alijs prauæ indolis ineant so-
cietatem. Id quod apud societatis scho-
lis præcautum. Hinc nostrorum puri-
tas alumnorum. Rursum pendo Iere-
miæ testimonium. *Sedebit solitarius, &
tacebit.* cap. 3. Difficile prorsus iuuenes
gregatim ambulantes (iuuenes inquam
& ætate, & moribus) dum admiscunt
colloquia, non ad libidinis baratrum
prolabuntur. Quid Societatis schola?
Iuuenes ab adolescentibus exteris im-
moderatis, haud disciplinatis legrega-
ri efficit, ac tacere. Quam belle Palschas.
Magnum est à vitijs abstinere iuuenibus.
Iuuenibus, inquam, dum bonæ indolis
iuuenes prauæ ingenij iuuenibus asso-
ciantur. Quid igitur? *Qui à iuuentute non
se miscuerit cum iuuenibus, is sedebit scorsum,
donec plena se perfectione virtutis
erudiat.* Ita Abbas.

ministerium, Virginis sodalitiū, seu
congregationem instituit, cui scholasti-
ci nostri nomen dantes, speciali Vir-
ginis donati patrocinio, Iesu firmiter in-
hærescunt. Unde nunquam non floret,
nunquam non vernant, semper æpinis
fructibus stipantur.

Huiusce floridæ iuuentæ fragran-
tiâ Isaac subodoratus, in clamat. *Ecce*
odor filij mei sicut odor agri pleni, cui bene-
dixit Dominus. Gen. 27. Filios flores es-
se agri Clem. Alex. affirmat, *Matrimo-*
nij flores liberi, quos quidem carnalium
pratorum diuinus colligit agricola. Sicut o-
dor agri pleni. Profecto aptius iuuentu-
tis custodia, liberi flores hortus vorita-
rentur. Quid agro cum florum tutela?
Plenus ager hic ille, cui benedixit Do-
minus. Nonne Dominus benedixit ter-
ram suam, Matrem suam? D. Bernard.
Maria procul dubio hic campus est, non
sulcatus varere, non desosus sarculo, nec
fimo impinguitus. Diuinus agricola, qui
ex matrimonij prato liberorum collig-
it flores, rursum eosdem libentius le-
git spirituales ex pratri Mariani simul
clausi hortus sodalitiū.

O quanta puritas puero florenti sub
Virginis tutela! Aiebat Chryf. lasciu-
is iuuenibus mulierem in coniugium
exhibitam frænum iniicere. *Quæ quo-*
rum domitores cogunt, ut siue dississime si-
bi equos domitent, nec incuria committunt
ad firmiorem indomitos aetatem peruenire;
sed frænum, ac cetera, quibus opus est, inci-
ipientes adhibent. Liberos autem suos lon-
ge progredi absque castigationis negligunt
fræno, & dimittunt circue scortis, aleis,
& obsænis spectaculis inhiantes. Cum de-
berent ante quam fornicationibus se trade-
rent, prudenti, & modesta uxori comun-
gere, quæ ab omni mala consuetudine ma-
ritum eripiat, & si animum pullo facta, sa-
lutari domatione contineat. Mulier in ð

Caput quintum.

¶ Societatis Schola suos alumnos ad Dei
paræ allicit sodalitiū.

Pueri
in Dei
param
telici-
ter ex-
lugunt
affectū.
Ad
illud
Puer.

- 53. Deiparæ sodalitiū apud Societatis scho-
las.
- 54. Sodales flores virginei agri quasi in hor-
to adseruati.
- 55. Deipara puero frænum lasciuienti.
- 56. Mirifice viam adolescentiæ dirigit.
- 57. Spinās conuertit in flores.
- 58. Sodalitiū ē Mariano sacello mores.
- 59. Suos Deipara Eucharistico reficit ali-
mento.
- 60. Diebus feriatis sodales festorum mysteria
edocentur.
- 61. Sodalitiū sub Deipara custode felicitas.

53. SVB Ecclesiæ vestibulo Christiani
Epiph. Iessæi sunt vocitati siue ex Iesse (ver-
bis Epiph. vtor siue ex nomine Ie-
su, Iesu ita a Iesu, & a Iesse virga nomē
trahentes Iesse virgæ seu Virginis, &
Iesu impendunt affectum. Vt enim fi-
deliter Societatis schola suum impleat

Doctor egregie iuuentutis lasciuientis efficacis frænum, quia non dum Virginis fundatum sodalitiu. Non ne fortior uirginitas, quam matrimoniu, Virgo, quam uxor adolescentum infra natio?

56. Maior profecto uirtus in Virgine ad adolentes uirgines efficiendos seu conseruandos, quam in mundiali uore elucescit. *Tria mihi difficilia, quantum penitus ignoro, uiam aquila in caelo, uiam colubri super petram, uiam nauis in medio mari, uiam uiri in adolescentia.* Alibi in

Pro. 30 adolescentula. Pro. 30. Cursum aquilæ miror, colubri cursus me in admirationem abripit, nauis uia admirabilis mihi. Sed tamen magis admiratione afficior, quando effrenis adolescentis reatum cursum aspicio, eius lasciuientem impetum Adolescentula Virgine

Epiph. infra nate. *Quis unquam* (ait D. Epiph.) *Ausus est proferre nomen Mariae, & interrogatus, non statim intulit uirginis uocem? Quoniam fructu? Ex ipsis nominibus ephitetis etiam uirtutis signa elucent. Quis enim Mariam nominauit uirginem, qui non simul sibi uirtutem proposuit ad cuiusuis inordinati motus infra nationem? uirginis namque uox uirtutis proculdubio est.*

57. Commendans Hieron. Paulam, cuius magisterio & filia sanctitatis attigit culmen, & maritus fidei præstantiam est assecutus, pulchre adijcit. *Ego puto etiam ipsum Iouem, si habuisset talem cognationem, potuisse in Christum credere. Potuisset cognatio cum Paula Iouem à lasciuia diuellere, ne cygni formam sumeret, ne aurifera grana simularet, ne tauri celaretur indumento. Proh. uirginis potentia circa cognatos suos, circa sodales, circa filios! Mulier* (inquit Paulus) *Saluabitur per filiorum generationem, si permanserint in fide, & di-*

lectione, in sobrietate. 1. Tim. 2. ubi D. Hier. pro sobrietate posuit castitate, hæc subiungens, *saluabitur mulier, si illos genuerit liberos, qui uirgines permanserint sint; si quod ipsa perdidit, acquirit in liberis.* Quæto, quæso, efficacius id efficiet, quæ non perdidit, sed post partum uirgo permansit?

Enim uerò Deiparæ sodales à pueritia sacro affluenti cubiculo, cū Iesu puerulo nutriuntur, ac bonis moribus informantur. Id quod Isaac ac Samuelis infantiam memorans idem Hieron. expressit fatus. *Postquam ablactaueris eam (Paulam) cum Isaac, & uestieris cum Samuele, redde prætiosissimam gemmam cubiculo Mariae, & cum Iesu uagentis impone.* Da pueros tuos uirginis sacello, sacrum ineanat sodalitiu. Quoniam fructu? *Iurare* (adijcit Pater) *non discat, mentiri sacrilegium putet, nesciat saculum, uiuat Angelicè, sit in carne sine carne.* En sodalium Deiparæ effectio.

Quid quod uiuentium Mater uiuifico sodales suos frequenter Eucharistiæ reficit Sacramento? Non ne Spiritus sancti uxor uitis abundans in lateribus domus? Viuunt sodales hisce fructibus, unde oliuarum nouella in circuitu sacerdotum mensæ apposite appellantur. Aus hæc pullos suos ad panem uiuificant allicat, excitat, comedunt, & uiuunt. Semper profecto hi illam percipiunt à Deipara admonitionem, qua pueros D. Gauden. excitabat. *Comendite pulli generosi ad sacram offam, in qua est uita.*

Ad hæc, quando scholastici festinantur uel religionis causa, uel intermissionis, Deiparæ sodales tempus id, quod ab exercitijs litterarijs demunt, spiritualibus exercitamentis impendunt. Ad sacellum enim uirginis accurrunt, ubi pro festorum opportuni-

58.

Hieron.
Epist. 7
ad lat.

59.

Gaud.

60]

Exo. 13
Christ.

tate solemnitatum audiunt rationes, Diuorum laudes percipiunt, mysteriorum seriem edocentur. Sic Deus Hebraeis circa festorum obseruantiam. Celebrabis hunc more sacrorum etc Mox Exo. 13. super quem locum Chrysof. Summum (inquit) educandorum liberorum studium inducit. Nam cum dies festos agi statueret, filijs suis celebrationis rationes, & causas et aperirent, imperauit. Prorecto summum optime educandorum adolescentum Societatis schola studium manifestat, dum ad Deiparae sacellum suos alumnos festis diebus allicit, & solemnitatum rationes, concionante praeposito, eis curat aperiri.

61. Viuite felices, quandiu sub Deiparae custodia degeritis o sodales. Illa enim custos in vineis. Vineae equidem iuuentam aequauit Erasmi. Quam fructibus plena vites sub tanto custode, quamque sine illo effrenata iuuentus! Horat. Ei, quae, Horatianum carmen accommoda.

Imberbis iuuenis tandem, custode remoto,
Gaudet equis, cambusque, & aprici
gramina campi,
Cereus in vitium flecti, monitoribus
asper,
Vultum tardus prouisor, prodigus eris.
Adhibita autem Deiparae custodia
aeneus in vitia flecti; admonitionibus
luauis, totum se se virtutis addicit exercitamentis.

OBSERVATIO III.

Puer circumcisi nos edocet aegritudini libidinis medendum, priusquam illius motus erumpat.

PRÆMITTO elegans D. Cyprii testimonium. Antequam ebulliret (ait circumcisionis remedium commendans) sargo libidinum, percussus est ventilabrum, quo refrigerari posset, & extingui depopulatricis flamma vagus ardor, & conuersa perlustrans incendium. Ideoque dicitur 62. luptati, & sanguini delectationis sanguis tormenti opponeretur. Ut in primis elementis discerent paruuli, semper propria memores sectionis, contraria curare contrarijs: & ad cohibendos, refranandosque libidinis appetitus, necessarium esse, sale corrosorio carnis perficere pruritus, & semper recrudescentes desiccare putredines. Triplex punctum pertractandum accipio, luxurie infranationem a pueritia, ab utero, a lumbis parentum ducturam exordium.

Caput primum.

Castitas a pueritia.

- 63. Leue castitatis iugum, si a pueritia importetur. Luxurici a pueritia medendum.
- 64. Puer Deo offeratur in castitatis tutela.
- 65. Vel oculi puellarum a parente infranandi, ne videant.
- 66. Medicabilis puerorum excessus. Ad illud: Puer.

PASCHAS. Ad illud: Tollite iugum meum super vos. Matth. 11. Potest (inquit) graue iugum videri propter restrictionem lasciuia. Vis hoc graue iugum tibi reddi suauis? A pueritia id importare procura. Bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Thr. 3. Pascha. Ergo qui iulerit in iuuentute iugum, graue propter iuuentutis sua aelus, sederitque singulariter a prauis socijs abstr. Aus: cum Deo,

exercitio orationis curam adhibens; *et siluerit non opus habens excussatione peccati, cum matura confessione prauent, et propterea deposuit correctione: sub iugo prostolabitur salutare Dei. Degit namque huiusmodi sub iugo adolescens, ac si omnino excussisset è collo.*

64. Pullos Deus sibi columbarum offerri, non ipsas columbas præcipiebat. *Leu. I. Quare? Respondet Theodor. Quia detestabatur lasciuiam, innocentiam amplectebatur. Vnde offerri sibi pullos iubet, vt in conspectu Altissimi à cunabulis castitas tutelam adsequeretur. Periculosum iuueni à Dei conspectu semoueri.*

65. Animis adestote parentes, iuuenes vestros ab exitiali luxurie infectione eripite; non solum Virgines ab egressione suspecta auerite, sed & oculos ab aspectu periculoso abellere curate.

Ge. 37. Duplex Dinae modestiæ virginalis commissum; vnum, quod egressa fuisset è domo, vbi Virgines debent recludi; alterum, quod egressa, oculos minime infrænauit. *Egressa est Dina filia Lie, vt videret. Gen. 37. D. Hieron. matrem de filia puerulæ moribus parum sollicitam sic carpit, Sollicita prouides, ne filia percutiatur à vipera; cur non eadem cura prohibeas, ne feriatur à malleo vniuersa terra? ne bibat de aureo calice Babylonis? ne egrediatur cum Dina, et velit videre filios regionis illius. Reprehensibile prorsus in parente, quod filia velit videre noxia quæque. Quia vel aspectandi facultas in iuuenta indiget pedagogo.*

66. Quod si iuuentus prolabat in scelerata, si epotetur calice Babylonis, si vniuersæ terræ malleo contundatur: facile iuueni paratur medicina, quæ difficile seni præpararetur. In cuius ty-

pum videns olim Deus, quod *omnis eorum corruperat viam suam, ne pestis illa vt cancer serperet ad senectam, puerulum mundum percussit, corripuit, infrænauit, aquisque diluuij immixtis lasciuienti iuueni indidit refrigerationem. Gen. 6. Pulchram rursus Ruper-ti sententiam exhibeo. Recte, et vtiliter, vt sapientiam Dei decuit, in carne sanguine lasciuientem mundum recen-tum, tanquam stultum puerum corripuit, tali percutiens verbera, quod tota suæ ætate non queat obliuisci. Hinc parentes ediscant, opere prætiū esse castigationi lasciuientium puerorum adeo incumbere: vt virilis ætas vix valeat memoriam huiusmodi correptionis obliterare. Quod aiebat D. Cyprian. Vt discerent paruuli, semper memores sectionis, contraria contrarijs curare.*

Ruper-ti L. 4. in Gen. 6.

16.

Cypri-cit.

Caput secundum.

I Castitas ab vtero.

A mā-tre ca-sta ca-sta pro-les.

Ad Illud: Puer.

- 67. A matre eburnea eburnei filij.
- 68. Casti filij matris comendant castimoniam.
- 69. Iacob è castissimo matris vtero didicit aduersus luxuriam dimicare.

QVID è pueritia dico ediscendam à iuvene castimoniam? Ab vtero planè tantæ naturæ ægritudini medendum. Aiebat Spon-sus, *Venter eius eburneus, distinctus saphiris. Cantic. 5. Vbi Nyssen. Venter eius tabula eburnea.* Legis tabulas idem Pater exponit. Ac si diceret. Venter matris eburneus infanti legis tabulæ existit. Tunc enim à ventris materni puritate eburnea ediscit legis obseruationem, se se que offert alumnus purita-

Cat. 5. Nyssen.

purita-

puritati. Reprimat in se ipsa mater quid quid in filio expetit cohiberi.

68. *Mulier?* (inquit Paulus) *saluabitur per filiorum generationem, si permanserint in fide & dilectione cum sobrietate.* Hier. cum castitate. 1. Tim. 2. Quid si filij in castitate non permaneant? An non mulier saluabitur? Profecto signum perpicuum est huiusmodi matrem castimonia præstanti fuisse, si filios genuit castitatis amatores; nec mediocriter impudicitie parentis documentum filiorum intemperantia. Vix etenim ab atro utero eburnei filij, aut ab eburneo atrî progrediuntur. Unde pudica paterens filij pudici plerumque deprehensa saluatur; inuerecundi autem nati impura sepe mater afficitur damnatione.

69. Ab utero castissimæ Rebeccæ Jacob, fragilitate carnis ablegata, didicit a duerlus Angelum præualere. In utero (ait Proph.) *Supplantauit fratrem suum, & in sortitudine sua directus est cum Angelo, & inualuit ad Angelum.* Osee. 12. Nonne pressius dixisset. *Directus est cum Angelo, & ad eum præualuit?* Date mihi, ut in secundario sensu duplicis hinc Angeli memoria fiat. Cum vno Angelo Jacob dirigitur, præualet ad alterum. *Datus est mihi* (inquit Paul.) *stimulus carnis meæ Angelus Sathana, qui me colaphizet, propter quod Dominum rogavi, ut discederet à me.* Haud aliter Iacob primum Angelum, id est, Deum ipsum rogat, ut alter Angelus Sathanae aut discedat, aut debellari possit. Tactodemum ab Angelo, cælesti scilicet Conditore fœmoris neruo, Sathanae Angelus arripit fugam. Hanc mentem debet D. Thomæ fanti, *Carnalis concupiscentia, quæ viget in fœmoris imo (en Angelum Sathana) ad tactum Dei marefcit.* Et vndenam Iacob tanta virtute prædi-

tus, ut cælestis Angeli, seu Angelorum Principis ope mysticum concupiscentie Angelum ablegaret? In utero supplantauit fratrem suum. Ex utero virgo prudens obijcitur, ab utero exicitur infirmitate, pugna ex utero egreditur. Confirmo ex Nyssæ affirmate Israhel & Rebeccam post susceptam prolem a coniugali comertio ad obitum vsque abstinuisse. *Isaac* (inquit) *non florensente ætate, ut affectioni coniugium seruiret, sed exhausta iam adolefcentia, ob Dei in semine bene dictionem Rebeccam in matrimonium duxit. Cui cum usque ad partum operam dedisset, rursus in rebus, quæ oculis non cernuntur, totus fuit, clausis corporis sensibus.* Quid mirum si ex iam continencie pene utero consecrato Iacob præditus virtute exurgeret ad mysticum illum alterum Angelum Sathanae comminuendum?

Caput tertium.

Castitas à lumbis parentum.

70. Lumbi paterni constringantur, vti casta effluat progenies.
 71. Ut Deipara puritati ueris in lumbis paternis preparata?
 72. Adhuc Dauid lumbos Dominicæ puritatis memor diluebat.

PARVM quodammodo est, ab utero castimonia iuuenes edoceri: verum cum in lumbis paternis filij, virtute, contineantur, inibi frenandos pruritus huiusmodi reor. *Sint lumbi vestri præcincti.* Christus aiebat. Luc. 12. Communis cunctis familie parentibus doctrina, Et cur lumbos iubet esse præcinctos? Num quia in lumbis

Excolant parentes Reges præcipue castitatem quâ in futuris expetitur hereditibus. Ad illud:

Puer.

70.

Luc. 12

Luc. 12

proles quasi suo in fonte continetur? Ita plane. Dominus itaque altè pretens huiusce ægritudinis medellam ibi vult veilius luxuriei præcingi, & infranari motus, vbi filij in virtute paterna adfunt. Parentes igitur flagellis, ieiunijs constringantur. An non è maceratis parentibus, constrictis illigata proles exurget? Ideo, auctore Nysseno, mox nuptiarum memoria peragitur. *Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertetur à nuptijs; vt constet, qualiter Ecclesie filij oporteat generari.*

Nyssc.

71.

Huiuscemodi motus inordinati infranationem (verè totalem extinctionem dicam) in cœlesti Sponsa requirens David, inclinat. *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet Rex speciem tuam.* Psalm. 44.

Psalm. 44

Futuram ne, ò Princeps sobolem Mariam post tot progenies compellas? Vbi nam illa purissima adest Sponsa? Non ne proauorum lumbis facerrimum puelle germen continetur? Ideo (ait) profundo clamores. Adeò etenim cœlestis Sponsa fulgere debet puritatis integritate: vt non solum debeat oculos ab omni corruptibilitate iam inde à primis cubilibus auertere: sed cù adhuc in proauorum lumbis continetur, quodammodo mentem, oculos, aures ab omni corruptibilitate teneatur eripere, vti Rex eius pulchritudine capiat. Illustratio Leonis Philof. sapientissimi Imper. testimonio. *Cum adhuc (inquit) in lumbis paternis contineris, genitor tuus clamabat, Audi filia, & vide &c. Audi si ò verè filia admonitionem.* Non potest altius excogitari aduersù luxuriei motus infranatio, quam illa lumbos præcingens, vnde posteritas effluxura proferendi nepotes.

Leo. Imp. Ora de conc.

Promisserat Deus Iacobo, *Reges de lumbis tuis egredietur.* Gen. 33. Rex scilicet David, Salomon, & Rex Regum Iesus. Lypo. *Ex te, inquit, erit gens lucida & populi nationum de te & filio prodibunt, in spiritu filij, membra Christi Domini.* Ex te autem dicit, hoc est, ex tuo semine, de filiorum tuorum filijs. Quorsum hæc? Memoria obijcite lugubre illud Davidis carmen. *Fuerunt mihi lacryme meae panes mei dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus?* Psalm. 41. Cur tanta lacrymarum vis? Vt lumbos purificare valeam, ab eisque (vti Cassio.) delectationis reliquias abolere. Quotidie lacrymas profundebar; quia quotidie mihi dicebatur, *Vbi est Deus tuus?* An non in paternis lumbis proles sacratissima continetur? *Olumbi mei impleti illusionibus, vos constringam, præteritarum voluptatum imagines aboleri curabo; vt sanctissimus inde fœtus haud effluere dedignetur, si quidem Rex de lumbis meis est egressurus.* Hinc speciatim Reges ediscant, quanta debeant puritate nitere, vt pudicos propignant successores.

72.

Ge. 37.

mit

o. 71

Psalm. 41

Cassio

ed

12. 10

OBSERVATIO IV.

Ostendit Iesus puer circumcissioni traditus puerilem ætatem aptiorem ad regulare institutum ineundum.

Monst: licæ disciplinæ prima etas accommodatior. Ad Illud:

- 73. Diuidit hodie Iesus pueros à parentibus, vt adducat ad claustra.
- 74. Quam apta regulari institutioni pueritia?
- 75. Agenti Iesu de regulari institutione apte pueri offeruntur.
- 76. Ad bellum temporarium viri, ad spirituale pueri

puerivocantur.

77. Optimum perfectioni monastica puerilis innocentia fundamen.
 78. Studium vitæ regularis haud in vitæ finem prehendum.
 79. Qui filium monasterio tradit, plures filios acquirit.
 74. Quam apta regulari institutioni pueritiae

73. **O**CVLOS, quæso, in gladium circumcissionis conijciatis. An non Iesum vobis obijcitis gladium hodie gestantem, ut ætate immaturos puerulos a parente, nurrum semoveat à socru? *Veni non pacem mittere, sed gladium.* Mathei. 10. Quare gladij recens natus te obijcis gestatorem? *Quia veni separare filium aduersus patrem, & filiam aduersus matrem, & nurum aduersus socrum suam.* Noua lex Evangelicæ perfectionis indicitur, nouæ militiæ vexilla peruolant, milites cupio, datis nominibus, se se ad sanctorum recipere cœtū. Cur ergo ò Dux, non curas strenuos milites, viros pollentes robore congregare. Quia sicut ad temporatiã militiam viri aptiores, sic accommodatiores pueri ad spiritualis militiæ professionem.

74. Filios a duoco paruulos à maternis vberibus auulsos, virgines alicio a claustra, abolito socrus, seu nuptiarum desiderio, ut castrorum hostilium debellent cateruas. *Sinite ad me paruulos venire.* Paschasi. appositè. *In hoc testimonio videtur mirabilis Artifex, seruator naturarum.* Dum per gladium verbi si uo à patre diuidit, & filiam à matre, grandæviam ætatem deserens, & semper in hoc, loquor parentum, iuniores assumens. Nimirum quia senior ætas longioribus, & diuturnis male assua, vel implicata, vix & aut nunquam absoluitur. Quia sic est quasi à natura pessima vita longa consuetudo; iunior vero ætas facilius reuocatur. Facilius quidem (loquor cum Sene.) tenera conciliatur ingenia ad honesti rectique amorem.

75. Diffrens Dominus de nouæ legis puritate, imo de Religionum castimonia, satur. *Sunt eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt. Et sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus. Et sunt eunuchi, qui se ipsos castrauerunt propter Regnum caelorum.* Math. 19. Proxima hac eunuchorum specie ij designantur, qui, emisso voto, Deo libant puritatem, quales qui Religionis claustra ingrediuntur, ut mundo steriles, Deo fecundissimi appareant. Paschal. ad h. c. *Tertium genus eunuchi, qui voto, & voluntate pro Deo castus efficitur.* In quo spes Regni caelestis fide generat propagatur in charitate, qua multos generare filios magis, quam carne, creditur. Quorsum talia? Tunc (inquit Math.) oblati sunt ei paruuli. Quando nam paruuli Christo Domino oblati sunt? Tunc cum de regulari celibatu tenebat sermonem, paruuli ei oblati sunt iniciandi, seu consecrandi sacratissimæ manus impositione. Etenim primæua ætas aptissima ad perfectionem claustrorum sectandam. Tunc igitur (pergit Abbas) id est, quando de castitate faciebat sermonem, & beatos esse dicebat eunuchos, qui se castrauerunt propter Regnum caelorum, (votis emissis;) tunc audientes quidam, obtulerunt ei paruulos. Quorum ætas ad regularem disciplinam accommodatiores est. Si iuxta Menand. puerorū est scholis herescere: Monastica sane vita (Per. Raben. verbis utor) caelestis doctrinæ schola est. Si filios quidē (loquor cū Hier. Ximier ecclesiastica ornamenta monachorum charus est, quid non vita monastica ad florentem deferatur ætatem?

Ad temporatiij pugnae militiam viri, ad spiritualis concertationis disciplinam pueri assumuntur. Tollite (inquit Deus) summam uniuersæ congregationis filiorum Israel per cognationes, & domos suas, & nomina singularum, qui dicitur se-

Pasch.
I. ro. in
Mat.
Senec.
ep. 90.

75
Mat. 19
Pasch.
76.

xus est masculini, à viceſimo anno & ſu-
 pra. Num. 1. Rufus de Leuitarum nume-
 ratione. *Numeri* inquit filios Leui per-
 duros patrum ſuorum, & familias, om-
 nem masculinum ab uno mēſe & ſupra.
 Quare Leuitæ ab uno mēſe & ſupra, reli-
 qui autē Iſraelitæ à viceſimo anno & ſu-
 pra recenſeri iubentur? Quia Iſraelitæ
 temporariæ militiæ vacaturi corporeis
 vitiis iadigebant. At Leuitæ Domini
 obſequio emancipandi, conuenienter
 ad militum factorum numerum à cuna-
 bulis afferuntur. Huiusmodi quaſtionē
 Oleaſt. *Excitat Oleaſt. Cur in alijs tribubus nume-*
rentur à viginti annis & ſupra, Leuitæ ve-
ro ab uno mēſe? Et reſpondet. Leuitæ
à pueris erant in miniſterio domini edocen-
di, non ſic alijs ad militiam. Ideo iſti à pue-
ris numerantur, & non alijs. Militaris tem-
porarius feruor puerilem non amat in-
firmiſſimam, ſed iuuenilem virtutem.
Spiritualis autē militia, quæ perſicitur
innocentiæ, ac puritatis armis, diligit
profuſoſ infanciam ſpiritualibus regulis
in dies confirmandam.

77. Profecto perfectionis monaſticae fa-
 ſtigium iſt facilius attingit, qui præmi-
 ſit innocentiam. Audite Dauidem. *Do-*
mine, quis habitabit in tabernaculo tuo?
aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?
 Pſa. 14. De religioſæ vitæ perfectione
 locutum Vatem cum Caſſiodo. inter-
 pretor. *Secundum Auguſtinum Taber-*
naculum bellæ eſt, & militantium. Un-
de & contubernales milites dicuntur. Quod
bene conuenit Eccleſiæ militanti (imo &
religioſæ inſtitutioni) in qua quaſi in ta-
bernaculo ſumus, donec poſt victoriam ad
domum perueniamus, iam exprimit va-
res quodnam ſic ad monaſticae perfec-
tionis faſtigium appoſitum fundamen-
tum. Qui ingreditur ſine macula & opera-
tur iuſticiam. Ea fundamen perfectionis
 ingreſſio immaculata. Ingrediatur igi-

tur ſine macula, vti decet pueros inno-
 centes, qui monaſtica perfectioni dare
 operam ſtuderit.

Ex eiusdem Pſalmi titulo confirma-
 bo. A primo vſque ad decimum terciū
 hoc Pſalmi titulo inſcribuntur: *In fine* Pſal. 14
Pſalmus Dauid. At Pſalmus quatuor de-
 cimus ſic loco tituli adnotatur: *Pſalmus*
Dauid. Et cur non titulus comitantis, *In*
finem addijcitur? Vt reſpondeam, præ-
 mittere Caſſiod. *Propheticæ interrogatiō-* Caſſio.
reſpondet Dominus in decalogi exemplum
decem virtutibus ad beatitudinis ſua u-
tria perueniri. Intendit itaque Propheta
 mores hominum non iam præceptis,
 ſed conſilijs, ſed virtutum exercitamen-
 tis inſtruere. *Talem enim virum decem*
dicit ſanctis præbeminere virtutibus. Hoc
 profecto religioſorum ſtudium, non ſo-
 lum decem dacalogi implere præcepta,
 ſed & ad decalogi exemplum. Euāgelicis
 totidem operam nauare conſilijs, virtu-
 tibus vacare. Conſtat iam, cur Pſalmi
 inſcriptio. *In finem*, non præmittebatur?
 Quia huiusmodi monaſticae diſciplinæ
 perfecta inſtitutio difficilis admodum,
 ſi *in finem* vitæ protrahatur, facilis omni-
 no eis, qui à cunabulis, ſeu à vitæ exor-
 dio eam aſſequi ſtudent.

Meam, inquis, progeniem extin-
 guam? Adoleſcenti non clauſtrum, de-
 cet, ſed coniugium. Matrimonium in eam
 meus adoleſcens, me & nepotibus, &
 diuitijs cumulaturus. Proh imprudens
 obiecto! Quonam modo Abraham,
 iugulato filio, ſibi adhuc perſuade-
 bat fore, vt de multiplicanda ſobole
 diuinum impleteretur oraculum? Quia,
 Ge. 22. auctore me, dum vnicum Deo filium
 offerebat, ſibi acquirere filios pluri-
 mos, Dei equidem filios, videbatur,
 queis Iſaac innocens erat ſaggregan-
 dus. Bernard. audite. *Si filium veſtrum* Bern.
Deus facit ſuum, quid vos perditis, aut Epitt.
 110.

Ge. 22. ipse quid perdit? Fit de diuite ditior, de nobili generosior, clarior de illustri, & quod his omnibus maius est, sanctus de peccatore. Sed vos non perditis eum; quia potius per eum multos acquiritis vobis filios, quotquot sumus in Clara valle ipsum in fratrem, vos in parentes recipimus. Inibi Pater, confirmans, ait, si diligitis eum, (Gaufridum scilicet a temporarijs parentibus recedentem, ut cucullum indueret) gaudebitis utique, quia vadit ad Patrem, & talem Patrem. Ipse vadit ad Deum, & vos per eum multos filios vobis acquiritis.

Bern. Epist. 110.

noratus est. Ex puerulo etenim adhuc circumcidit, & refecat: ut scilicet nostras a fortuna sectiones instauret, & se excipientis capacitati (quod superius ostendi) accommodet.

Medetur equidem nostris e fortuna mutilationibus. Obijcite vobis lobum patientissimum vndique minoratum, cuius eleganter Polychron. mutilationem rerum describit, fatus. *Iam opibus, seruis, liberisque expoliatum vlcens atrocitate mulctat. Miserranda; & confectrix lues toto corpore effluebat, rerum omnium necessarium, atque etiam eorum, qui egrotantem curarent, penuria premebatur. Depravatio illa, & seditas turpificati corporis ciuitate erectum foris collocarat; degebatque sub dio, atque in stercoris domicilio. Quid plura? Manu tetra cruore stillantia membra non abstergebat, sed testula saniem radebat.* Testula itaque lobo extitit consolatio. Et quænam illa testula nisi Iesus? *Christum* (ait Doctor) significabat testula, nostra corrigentem & instaurantem. An testula ad stercoris domicilium mittitur, cum omnino integra est? Minime, sed postquam aliqua particula mutilatur. En Iesum testulâ, paruulum inquam, apud sterquilinum, siue stabulum particula expoliatum, nostra corrigentem, & instaurantem. Quid fortunæ sectiones nos ad angustiam mentis adferant, si Iesum paruulum adhuc mutilatum aspectamus?

Polychron. in cat. Gra:

OBSERVATIO V.

Deus Iesus se effectum puerum adhuc circumcidi patitur, ut ipsa puerilis ætas propter nos amplius minorari videatur.

Deus Iesus hoc minimum capaci accōmodat. Ad illud:

- Puer.
- 80. Iesus in circumcissione abbreviatus.
 - 81. Mutilatur, ut nostras a fortuna sectiones instauret.
 - 82. Exinanitur, ut se se excipientis captui accommodet.
 - 83. Iesus nobis aut infans aut vir iuxta hominum capacitatem.
 - 84. Quonam modo in partes quod est impartibile exhibeatur?

80. **Q**VI paruulus natus es nobis, plus minorari intendis propter nos, dum ex puero adhuc circumcidis, ex paruulo adhuc cædis particulam. *Ut circumciderentur puer.* Bellè Bernard. *Abreuiatum in carne magis abreuiatur, suscepta carnis circumcissione. Minoratus ab Angelis Dei Filius humanam naturam induit. Sed iam nec ipsum remedium respiciens humane corruptionis, plane multo mi-*

Bern. serm. 1.

Quid quod Puer sectus nostræ capacitati se se velit accommodare? Non eum possunt dierum antiquum adolescentulæ excipere? Vir Dominus appa-reat. Vir capacitatem excedit? Paruulus obijciatur. Adhuc non capit paruulum adolescentula? Puer circumcidatur, particula ablata, minoretur. *Oleum effusum nomen tuum, ideo adolescentula dilexerunt te.* Cant. 1. Vbi Phil. Carp. *nomen*

827

Cat. 1. Carpa:

nomen

nomen usurpat pro persona Saluatoris. Aliter, pro oleo effuso, *oleum exinanitum*. Christus exinanitus est. Effudit se se Iesus hominum vasculis, ad vallem lacrymarum aduentans; quod cum homo tantillus haud posset tam ingentem vim olei recipere, (ne peccator oleum & operam perderet) vilibili specie exinanitus est, dum circumcisionis cultro peccatoris in morem vulnerari permisit, carnisque sacerrimæ repelli à corpore, non à Diuinitate particulam. *Tunc vere effusum* (inquit Philo) *cum se nostra mortalitate contexit. Passus est aliquando in circumcisione, qui semper est impassibilis, ne nos semper pateremur. Exinanitus est Dominus, ut excellentissimè dominetur & seruus. Num non ardentius adolescentulæ, diligitis quem vobis capere, excipere videamini? Vbilleramus ad Iesum puerulum, & circumcisum.*

Vbille.

† *Vnde places teneris tu dulcis spōse, puellis. Botrus* (inquit adolescentula) *Cypri dilectus meus mihi.* Cantic. 1. Mihi se se exhibet botrum. *Mihi*, inquam, vti meæ hæreat capacitati. Num botrus è vite pendens, semper eodem pondere, & statura obijcitur? Crescit in dies. Botrus Cypri Iesus à cælesti Insula in vitam Marianam translatus. Puerulus, puer, adolescens, vir, senex conspicitur pro exceptorum hominum captu.

Nyffe.

Eleganter Nyssen. *Qui natus est puer,*

non est idem in omnibus sed pro modo eius, in quo est, quatenus is, qui ipsum capit, est idoneus, talis apparet aut infans, aut proficiens, aut perfectus. Conuenienter botri natura, qui non semper cernitur in vite eadem forma sed formam mutat cum tempore fiorens, perfectus, maturus, & vinum factus. Quid egregius?

Aethnici se se vnus Dei incapaces dignoscetes, innumera cōfingere Numina. Deus sic verus Aethnicum ex ore Prudentij redarguit.

84.

† *Tu, me praterito, meditaris Numina mille.*

Prudē.
cōt. Sy.
mac.

Qua, si malles parere meis virtutibus, ut me

Per varias partes minuas, cui nulla recidi

Pars, aut forma potest; quia sum substantia simplex,

Nec pars esse queo, &c.

Et quonam modo potest per varias partes minui, aut recidi, qui pars esse nequit? Proh circumcisi potentia! Qui pars esse nequit, sub particula ex circumcisione reliqua tradi hominum amans minime dedignatur. Quid igitur à gentilis, innumera confingis Numina, ut innumeris facilius excipias hospitij? Deum totum particulæ hærentem exigua domo excipere datur.

† *Quare age mortalis, soli mihi construe templum.*

Meque vnum venerare Deum.



LIBER SECVNDVS.

NOMEN IESV.

ANXIVS Nominis Iesu magnalia recensere non possum non corruere defectio-
ne. Defecit (inquit David) in salutare tuum anima mea. P/sal. 118. ubi
D. Hilar. Est salutare illud nomen Iesu. Naturæ autem humanæ est, ut
cum id, quod desiderat, non potest obtinere, per desiderij iugem cupiditatem
animi defectioe teneatur. Tam ingens laudibus efferendi nominis Iesu pondus, ut
illud ipsum hoc desiderare, sit animo deficere. Enim vero, si ipsum nomen Iesu salus
est (adhuc Doctor) robur est, inde robore donabor, unde cogor occumbere.

LVCAS CAP. II.

PARAPHRASIS.

Verf. 21. Vocatum est nomen eius Iesus,
quod vocatum est ab Angelo prius
quam in utero conciperetur.

21. Ipso circūcisionis die vulneris comes, ac
medicamen nomen ex more inditum puero
Iesu, quod Hebraisonat Saluatorem. Nec
hoc fortuito, seu humana voluntate, sed au-
thoritate diuina per Gabrielem prolatus fue-
rat, antequam in Virginis utero conciperetur.

SECTIO PRIMA.

Nominis Iesu impositio.

TEXTVS.

Vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab Angelo prius quam in utero
concuperetur.

COMMENTARI ET ILLUSTRATIONES.

Cur Hebrais circūcisionis die nomina imponereptur?

§. I. IN Græco exemplari habetur. Et
Redun **I** vocatum est nomen eius. At neque in
dat & vulgata inuenio, nec in merito affir-
marina huiusmodi redundare particu-
lam, quæ quidem non recte cum supe-
rioribus connecti potest.

Non solum circūcisionis die, sed
post circūcisionis vulnus nomen im-
poni pueris cum Theophy. affirmo. Ex
contextu deduco, dum circūcisionis
verbum nominis cōsequitur impositio.

2. Profecto eodem circūcisionis die
nomen puero impositum est. Hebrais
etenim octaua à natali die nomina so-
lita infantibus apponi. Nec non Roma-
nis (auctore Plaut.) vsitata filiis ma-
culis nono die, fœminis autem octauo
nomen dare. Atheniensibus autem per
ulium (teste Alex.) decimo à natiuita-
te die nomen indere infantibus. Arist.
septimo die infâtes affirmat nominari.

Sed quare circūcisionis die nomina
imponerentur? Toletus, quia ante octa-
uâ diē puer non est in vita confirmatus,
nec ut homo reputatus. Vnde Plut. ca
ait ratione Romanos nomina post octa-
uam diem pueris imponere solitos.

Ego autem potius existimo morem
huiusmodi ab Abrahamo dimanasse, Aucto-
cui ritus circūcisionis à Deo traditus
est. Cum circūcisionis præceptum
Deus Abræ dedit, nomen illud adita
litte r

Plut.
Prob.
102.
Alex.
1.2.c.
25.Ari.
1.6.hist.
18.

3.
Theop.
4.
Tolet.
5.
Aucto-
ri

littera he amplificavit. Dicebatur *Abraham* sine aspiratione, id est, *Pater excelsus*; nomen accepit à Deo *Abraham* addita he Hebræa aspiratione, id est, *Pater multarum gentium*. Ab Abrahamo igitur Hebræi accepere pueros suos circumcisionis occasione nominibus insignire. Ex Beda confirmo. *Ab Abrahamo exortum est, ut die circumcisionis nomen parvulis aptaretur. Quia et ipse, cum testamentum, id est fœdus circumcisionis à Deo acciperet, eadem prius die cum sua cōiuge nominis augmentum promeruit.*

Bada.

Peccator ea ret nomine, & quodammodo essetia.

Si inchoanti Dei obsequium nomen imponitur, iuste priuatur nomine, qui à diuino obsequio recedit.

- 6. Insituenti Dei obsequium nomen adijcitur.
- 7. Bonus Saul mirabilis dicitur, reprobus nomen priuatur.
- 8. Cham ob irreuerentiā mutilatur nomine.
- 9. Animantia seu peccatores interris, haud in superis nominantur.
- 10. Nominantur filij Israel, id est electi.
- 11. peccator carens esse, caret & nomine.
- 12. Adam & essentia quodammodo, & nomine carebat.
- 13. Et terra essentia inanis, vacua nomine de signas peccatores.

6. Theo. Chris. de la. nac. Pau.

Duplicem præterea atteram causam, cur circumcisionis die nomina imponerentur, & illustrabo. Theophyl. Itaque tertiam reddit rationem. *Quia per circumcisionem puer de populo Dei efficiebatur, & vere inter Iudæos computabatur.* Di. Chryst. per quirit, cur Apostolus Sauli nomine mutato, Paulus fuerit vocitatus? Respondet in signū potestatis herilis, & de minimi non insolita fuisse mutari, & imponi. *Solent*

imponere. Qua de causa dicit Adamum rebus nomina imposuisse, quippe qui earum dominium accepisset. Cum igitur per circumcisionem puer de populo Dei efficeretur, & in nouum transferretur statum, merito tunc nomen accipiebat. Quae sane causa assignari potest, quare Christicola apud regenerationis lauacrum nominentur. Hinc elicio eum prorsus nomine priuandū esse, qui diuino obsequio non emancipatur, si quidem nomen à die, quo puer caelesti herili subijcitur potestati, exortur.

Saul & electus à Deo diuinæ submittitur obedientiæ, & se se demum, proiecto iugo, dedit ruinam præcipitem. *Erat eius filius, vocabulo Saul, electus, & bonus.* 1. Reg. 9. *Dixit quæ Dominus ad Saulem, Usque quo tu luges Saul, cum ego proiecerim eum?* 1. Reg. 16. Quando eligitur à Deo, Saul; quando proijcitur, Saul etiam nominatur. Non igitur à nomine deturbatur, qui diuinæ herili non submittitur potestati. Porro Saul à verbo *Palah*, quod est *Segregatum*, siue *eximium* esse idem Hebræis, quod *mirabilis* secundum Hieron. At à radice *Sahal* per *Ain*, idem est, quod *pugnus*, seu *pugillus*, quod nomen vulpi significanda accommodatur; quia vulpes adeo in morem pugil-

7. i. Re. 9.

1. Reg. 16.

Hiero.

lise contrahit, & consipat ad fraudes, ut pene invisibilis reddatur, dicente Bernard. *Vulpes tam pusilla, ac subtilis est, ut facile humanus frustretur obtutus.* ser. 65. Et vnde nam tam diuersæ nominum significationes? Quando Saul eligitur, quando probus, nomen eius mirabiliter elinet, resonat quæ *Mirabilis*. At quando parans Dauidi insidias, fraudulentiū vulpis imitatur ingenium, nomen eius *Pugillus* est contrahitur, & consipatur adeo, ut omnino

in cant.

pro. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

reddatur inuisibile, ab humanis que (licet in sonare inaniter videatur) vere effugiat obtutibus: sine nomine namque is, qui cælesti voluntati non obsequitur.

8. Denudatus Noe, & à filio Cham ludibrio læsus inelamat, *Maledictus Chanaan, seruus seruorum erit.* Gen. 9. Vbi interpretes disputationi committunt, utrum Cham hinc, an potius filius eius Chanaan maledictione fuerit percussus? Sequor in præsentem Cyrilli opinionem affirmantis non filium Chanaan, sed patrem Cham maledictione affectum. *Cham* (inquit) *maledictus afficit, Chanaan cum appellans.* Hinc difficilis exoritur quæstio, cur non eum proprio nomine compellarit, fatus, *Maledictus Cham?* Putarim ideo eum alieno signasse nomine, quia delinquentem subito sine nomine reperit. Cum autem nomen improbi filij oblitteratum apparet, eum signauit ex nomine propinquioris, qualis erat Chanaan Cham filius irreuerentis.

9. Nomen Deus indidit firmamento, *Vocauit que Deus firmamentum cælum.* Gen. 1. At nominibus proprijs signanda animantia adduxit ad Adam, *ut uideret, quid uocaret ea.* Ibid. Cur Deus, qui nomen firmamento imposuit, non similiter animantia nomine donauit? Profecto animantibus peccatores signantur in sacris, qui quidem apud homines nominantur, cum in conspectu Altissimi nomine omnino mutentur. Id quod exponens Ruper. ait, *Peccatores per animalia significati carent nomine in conspectu Dei.*

10. De filijs Israel Moyses locutus, *Hæc* (inquit) *sunt nomina filiorum Israel, qui ingressi sunt in Ægyptum cum Iacob: Ruben, Simeon, Leui, Iudas.* Exo. Steph. 2. *Stephan. sic, Hæc sunt nomina filiorum*

Israel, idest, bonorum. Soli enim boni habent nomen. Vnde in Confirmatione, & Baptismo, & Circumcisione (olim) puero nomen imponitur, ac si dicatur, soli mundi interius nomen habent. Malorum enim nomen sine re titulus inaniter ad auras iactatur.

Quomodo enim verè nominabitur, **II.** quod in cōspectu Domini quasi nō est? Delinquente Adamo, iugum que cælestis obsequij è collo excutiente, sic Deus, *Adam ubi es?* Gen. 3. Et cur Deus adens vbique, locum, *Vbi Adam commoretur, videtur ignorare?* Quia quod non est, non scitur. Adamus ab obsequio Conditoris recedens quasi nō erat, quasi nullibi commorabatur. Pulchrè Philo Hebr. excogitauit. *Ad hæc Domini compellationem: Vbi es? poterat Adam respondere, Nusquam. Nullum enim locum habet mali hominis anima.* Phil. 2. Alleg.

Iam quæris. Si homo malus quasi non est, quare malus hominum parens appellatur *Adam?* Respondeo hominem primum nō solum essentia, ac existentia quodam modo, sed & nomine priuatum fuisse. *Adam, ubi es?* Hebraicè, *Ha Adam*, idest, *Ille Adam.* Emphaticè profecto articulus huiusmodi Adami nomini apponitur. In cuius expositionem permitto regulam quorundam affirmantium articulum, seu affixa nominibus proptijs nullatenus adhiberi. Vnde hi Doctores (cuius sententia in multis aberrat) ut adstruant suam regulam, cum hinc affixum præponitur nomini *Adam*, dicunt esse commune significans hominem ut sic, non proprium nomen, ut primo Parenti accommodatur. Certè si non vera opinio, vera omnino opinioni sequella. Nō mirū proprio nomine hominē primū post peccatū nō appellari, si peccator a Deo recedens sine essentia quodammodo

reperitur. Quod exprimens Conditor ait, *Ille Adam*, seu ille homo, ubi est. Ac si diceret, Ille qui homo creatus fuerat, ubi nam? Hæcine iste qui ad Dei fuerat factus imaginem? Iam quodam modo ad nihilum redactus est.

I 3. Contestatur Isaias proclamans, *Aspexi terram, & ecce vacua, & nihil.* I 4. Cap. 4. Eman. Saa. *Aspexi plebem.* Pro illis autem verbis: *Ecce vacua, & nihil.* Hebr. affirmat haberi, *Et ecce erat inanis, & vacua*, Et vacua plebs opere, & nomine prorsus inanis, quia non constanter diuino obsequio adherat. *Apparuit arida, & vocauit Deus eridam Terram.* Gen. 1. Terra iam accepisse nomen videbatur, *Terra erat inanis*: cum tamen postea *Terra* nomen ei inditum fuerit. Si Terra iam appellabatur, quare Deus eodem illam nomine insigniuit? Rupert. *Ut intelligamus transitoria apud Deum (transitoria peccatores mutabiles appellat, quia stultus sicut luna mutatur) nomine carere, etiam si apud homines nomina habeant.* Quot peccatores nominantur apud terricolas, qui in Dei conspectu nomine expilantur!

Q Vartam D. Cipr. sic exprimit causam. *Hoc* (circa mentionis sacramentum) *sic celebrari, & non men circumciso aptari, intinatum istis qui digni sunt. Etlorum consortio censebatur, quod eorum nomina scriberentur in calis, quicumque vita innocentia, & calibatus sanctorum se se Domino consecrassent.* O castimonie puritas! Quando non assecras tuos in vitali libro post spiritalem circumcisionem constituitur?

Visio beatifica castimonie puritatem lectantibus promissa est. *Beati* (ait Iesus) *mundo totæ, quoniam ipsi Deum videbunt.* Math. 5. A visione Conditoris hominem ablegauit peccatum, è quo tenebræ prodiere, ac simul concupiscentiæ fomes, Pasch. *Quam pulchre sexto loco cordis munditia ponitur, & homo sic sim, qui sexto die conditus est, per hanc redeat ad imaginem Creatoris, quam profecto non nisi caligo vitiorum obliterauit. Sed his depulsis, præcepta salutis recte exequimur, ut rursus illummati, Deum videre possimus.*

Confirmat Abbas sententiam, illud Daudicū expēdens: *Præceptū Domini lucidū illuminās oculos.* Psal. 18. Et quod nam præceptum illuminans nisi castitas, quæ homines ad fulgentissimum Dei conspectum adducit? *Præceptum, inquit Propheta, Domini lucidum castitas, oculos illuminans.* Nec vulgaris castimonie laus, tanta luce perfundit, ut quodammodo ad Dei visionem lumen gloriæ videatur ministrare.

Ioseph filius accrescens nominatur merito ob singularem castimoniam, qua mirum in modum sublimatur. Certe Daud Iosephi præcincens magnalia, profatur, *Et reposita tabernaculum Ioseph.* Psal. 77. Quoniam modo accrescens Ioseph, si ad Regnum minimè eligetur? August. pulchrè. *Ioseph in cruce*

Castita Nomina eorum, qui spiritua
ti glo- li circumcisiōni traditi, ca-
ria præ- stitatem colunt, in cælis
para- scribuntur.

Ad illud: Erro

- 14. Castitas in cælis scribitur.
- 15. Mundo præditi corde Deum aspectabunt.
- 16. Castitas præceptum oculos illuminans ad Dei visionem.
- 17. Ioseph ob castimoniam ad cæli assumptus principatum.
- 18. Castus futuræ gloriæ nobis refert imaginem.

I 4. Cypri. tract. de circum.
I 5. Mat. 5. Pasch. hic.
I 6. Pl. 18. Pasch. cir.
I 7. I 8. I 9. I 10. I 11. I 12. I 13. I 14. I 15. I 16. I 17. I 18. I 19. I 20. I 21. I 22. I 23. I 24. I 25. I 26. I 27. I 28. I 29. I 30. I 31. I 32. I 33. I 34. I 35. I 36. I 37. I 38. I 39. I 40. I 41. I 42. I 43. I 44. I 45. I 46. I 47. I 48. I 49. I 50. I 51. I 52. I 53. I 54. I 55. I 56. I 57. I 58. I 59. I 60. I 61. I 62. I 63. I 64. I 65. I 66. I 67. I 68. I 69. I 70. I 71. I 72. I 73. I 74. I 75. I 76. I 77. I 78. I 79. I 80. I 81. I 82. I 83. I 84. I 85. I 86. I 87. I 88. I 89. I 90. I 91. I 92. I 93. I 94. I 95. I 96. I 97. I 98. I 99. I 100.

castitatis iustissimè sublimatus est. Quomodo sublimatus Ioseph, si repullus à Regno? Quia parum erat in terris mundum corde regnare, cui beata est visio promissa. Vnde Pater affirmat *tribum Iuda non pro meritis electam ad Regnū.*

18. Castus profecto ad essentialem, & ad accidentalem gloriam assumendus, in presenti dat quodam & essentialis, & accidentariæ gloriæ documentū. *Assael cursor velocissimus fuit, quasi unus de capreis, quæ moratur in syluis. 2. Reg. 2.* Ceruum pro capra ponit Bachiari. *Quasi unus de cervis.* Cuius profecto visus perspicacia, & maxima agilitas. Et quid in visus perspicacia nisi ad Deum videndū aptitudo innuitur? Quid in agilitate nisi dos agilitatis designatur? Vnde nam Assaeli & visus perspicacia, & agilitatis donum? Respondet idem Pater, *Ob hoc credo, quod incoquinati corporis puritas donum ei velocitatis indulserat. Velox erat sicut ceruus, & visu acerrimus, qui perspicacia mentis inimici laqueos evitabat.* En castus Assael futuræ beatitudinis specimen referebat.

¶ Num Iesu nomen Pueri fuerit impositum ex euentu?

19. Primis illis sæculis, quādo noua nomina imponebantur, ex euentu aliquo plerumque sumpta esse comperimus. Eua primogenito Cain nomē imposuit, dicens. *Possedi hominem per Deum.* Ge. 4. Tertiū Seth nomine designauit, fāta. *Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel.* Ibid. Lamech filio suo nomen dedit Noe, clamans. *Quia iste consolabitur nos ab operibus, & laboribus manuum nostrarum in terra, cui maledixit Dominus.* Ge. 5. Quid memorem Abrahamā filiū Isaac compellantē, dicente Sara. *Risum fecit mihi Dñs.* Ge. 25. Nonne Iacob huiusce

modi nomen accepit, quia fratrē supplantauerat? *Esau*, quia rufus? *Phares*, quia macerā vteri diuiserat? Gen. 26. Quid denique de Moyse dicā vocante filium suū *Exersam*, & inclamante, *Aduena fui in terra aliena.* Veterē morem parentes *Ioannis Bapt.* Spiritu sancto immitte, sequentes, ab ipso euentu puerū nomē indidere. Cū enim præcursoris Christi munus obiret, per quē gratia facta est, Ioannis nomen accepit, quod Dei gratiā significat, non quam ipse daturus, sed quam ostensurus populo immittebatur.

Vocatum igitur est nomen eius *Iesus*. Nomen Pueri imponitur, quod sumptum est ab eo munere, cuius causa in mundum aduentarat, nempe salutem hominibus conferre. *Iesus* enim idem apud Hebræos, quod apud Latinos *Saluator* significat.

¶ Etymon, & significatio nominis IESU.

Vtrum *Iesus* Hebraice *Iehosuah* exprimitur sit, non constat inter Doctores. Cum ijs sentio, qui *Iehosuah* esse volunt. Pagninum, Galatinū, Iansenium, Barrad. & alios quā plures sententia hæc habet auctores. Probo ex Euang. Syri. vbi nō *Iehosuah*, sed *Iesuah*. Christus appellatur; & ex titulo crucis, in quo nomen *Iesuah* extat exaratum. Meminit Pagn. fatus, *Iesuah est nomen Saluatoris, & est in titulo Crucis, qui est Roma in templo sancta Crucis.* *Iesus* a verbo Hebr. *Iusah*, quod significat salutē facere. Reperitur in scriptura in tertia coniugatione Hebræa. Quam etymologiam docuit nos Angelus prædicens. *Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum.* Math. 2. *Salus* dicitur, aut *Saluator*

quia saluum populum efficiet. Ergo nomen trahitur ab effectu, & operatione saluum facienti, & a verbo eam actionem significante.

23. Trium litterarum nō est.

Ablegatur hinc error eorum, qui nomen *Iesus* trium litterarum efficiunt, *Iesu*, per litteræ *ain* ablationem, ne a verbo *Iasab* seu *salutem facere* deriuetur, egre ferentes noroen Christi significare Saluatorem. Deinde non approbo sententiam quorundam catholicorum affirmantium nomen *Iesu* a verbo saluandi ducere exortum; sed scribendam quinque litteris *i o d, schin, uau, ain, tau*, in ultimo, *Iesuath*. Hi quidem quantum ad deriuationem, & quatuor litteras priores, vere dicunt; quantum ad additam litteram *tau* in ultimo minimè admittendi. Nam in titulo Crucis, qui maxima nunc Romæ religione asseruatur, scriptum sine *tau* cū quatuor solis prioribus litteris reperimus. Nec rationabiliter credam illis Christi nomen temporibus ignoratum, aut non conuenienter scriptum.

24. Est quatuor litterarū.

Concludo ex dictis *Iesus* nomen esse quatuor litterarum a *Iasab* trahens originem, ut *Saluator*, aut *Salus* latine diceretur. Aduertendum tamen nomē hoc & appellatiuum seu commune, & proprium Hebraice repetiri; sicut nomen Latinum *Saluator* commune multis, aut proprium alicuius uiri esse potest. Priori modo toti conuenit Trinitati. Sic frequenter dicitur *Deus Saluator*, & *salus nostra*. Posteriori modo soli Verbo conuenit incarnato. Ipsū enim est, quod nomine proprio uocatum est *Iesus*.

25. Reperitur in sacris Christi signis.

Num nomen *Iesu* in ueteris Testamenti libris Christum significans reperitur? Reperitur sæpissime. Nomen enim hoc non est participium passiuū uerbi *Iasab*, quod in laetis litteris non

inuenitur, & significat *Saluatum*; sed nificas. nomen *Iesuab* cum *ain* in fine. In libris prophetiis scribitur prophetice cum *ain* & *he* in fine, & ipsam salutem significat. *Salutare tuum* (ait Iacob) *expectabo, Domine*. Gen. 49. Hebr. *Iesuab*, siue *Iesum tuum expectabo, Domine*. Noium (ait David) *fecit Dominus salutare suum*. Psal. 97. Hebr. *Iesuab suum*. Quis dabit ex *Sion* salutare *Israel*? Psal. 52. Hebr. *Iesuab Israel*, Procop. *Vbi Saluatoris nomen usurpamus Iesum Hebraice habere, Verbi causa, ubi legitur, Ecce Deus Saluator meus*. Isai. 12. & ibi. *Factus est mihi in salutem*. Et cum de fontibus *Saluatoris* dixit. Hiero. & Septuag. idem nomen Hebræum in *Saluatorem* transtulerunt. Marius Victor. ad se adlatum testatur Chaldaei. Euangelium, in quo Christus *Iesuab* per *ain* & *he* in fine terminatione fœminina appellatur. Leo à Cast. Et si fœminina sit terminatio, masculinum tamen esse uult, cum Christi sit nomen, cuius rei adhuc testes adhibeo Hieronymum, & Lxx. Interprete uerentes genere masculino. At si huiusce nominis numerum octonariū obseruare uelis, Bedā ad Cap. 2. Lucæ, nostrūque Barr. accurate differetē.

¶ An nomen Iesu sit tetragrammaton Iehouah?

JACOBVS de Val. Chrysop. Episc. opinatur nomen Iesu esse nomen ineffabile *Iehouah*, Christus (inquit) *Saluator noster habuit nomen quatuor litterarum tanquam nomen proprium*. Probat autē sic, *Ista litteræ: i o d, he, uau, he preposita in illo nomine si recte conueniuntur cum suis punctis appositis reddunt, & sonant hoc nomen: Iesuab, quod latine dicitur Iesus, & interpretatur Saluator*.

Ex quo

Ex quo patet, quod Iesus est realiter nomen
 Galat. 1.3.c. 20. *quatuor litterarum secundum proprium sonum.*
 Contestatur Galati. prescius inquit,
 Phil. 2. *Quidam ex nostris dicunt nomen Iesus*
 aliud non esse, quam ipsum nomen Dei te-
 tragrammaton. Probatum præterea ex Pau-
 lo. *Dedit illi nomen, quod est super omne*
 nomen. Phil. 2. *Nomen iuper omne*
 Burg. *nomen erat Iehouah, ergo datum, & im-*
 positum Christo. Vnde Burg. de no-
 mine Iehouah, quod Christo datum est,
 Apost. locum interpretatur. Adde il-
 lud Isai. 7. *Vocabitur nomen eius Emanuel,*
 Exo. 3. *seu Nobiscum Deus.* Ergo ipsum nomen
 Isai. 7. *Christi Deum significabat. Præterea*
 Ierem. 23. *Hoc est nomen, quod vocabunt*
 eum: Dominus. Hebr. Iehouah. Ac si di-
 ceret Proph. rogantibus, quoniam sit
 nomine appellandus Messias: *Vocabunt*
 eum, Iehouah.

27. *Enim vero semper mihi compet-*
 tum fuit nomen Iesus non esse nomen
 Iehouah, sed ab eo diuersum. Mouet
 primo ex litterarum inscriptionis varie-
 tate. Iehouah quatuor litteris constat,
 punctis remotis, Iod, he, vau, he. Iesuah
 autem his quatuor diuersis: Iod, sin, vau,
 aiv. Deinde ex vtriusque nominis sig-
 nificatione. Iehouah (auctore Burg.) es-
 se ipsum, siue essentiam significat. No-
 men (inquit) Tetragrammaton Iehouah
 licet non sit in aliquo alio nomine, seu per
 aliud nomen transferibile, seu proprie ex-
 ponibile; ex litteris tamen, ex quibus com-
 ponitur, potest intelligi tam esse, quam essen-
 tia, nihil aliud connotando, nec limitando.
 Quod maximè conuenit essentia seu esse di-
 uino. Verum Iesuah non significat essen-
 tiam, sed salutem. Ergo non est nomen
 Iehouah.

28. *Quid igitur Iacobide Valent. fun-*
 Argu. *damento? Vidimus falsum esse. Nomen*
 enim Iehouah non eisdem litteris com-
 fit satis. *ponitur, ac nomen Iesuah. Ad locum*

Pauli responderetur, germanam traden-
 do expositionem. *Dedit illi nomen, quod*
 est super omne nomen. Hoc est, fecit Pa-
 ter, vt Christus ab hominibus agnosce-
 retur Deus, & Iehouah esse, & vt Deus
 coleretur. Sicut Apo. 1. *Dignus est Ag-*
 nus, qui occisus est accipere virtutem, &
 Diuinitatem. Hoc est, Dignus est, qui
 ab hominibus Deus esse fortissimus ag-
 noscatur, & diuinis afficiatur honori-
 bus. Isaias denique Christum Emanue-
 lem appellans, & Ieremias *Domnum*
iustum nostrum, non agunt de proprio
 Christi nomine ei in circumcissione im-
 posito, sed de nominibus alijs, illius ma-
 iestatem significantibus. Tertul. La-
 etant. Chrysi. inuicem declarare Prophe-
 tam non eum, qui vocandus Emanuel,
 Iustus, sed qui futurus. Quemadmodum
 idem Isaias prædixerat de Ierusalem,
Post hæc vocaueris ciuitas iusti, urbs fi-
delis. Cap. 1. Non quod eo nomine vn-
 quam vocitanda; sed quod talis esset fu-
 tura, vt ita merito posset compella-
 ri.

Ad hæc rogas, num nomen Iesus
 nomen sit super omne nomen, sicuti Vnde
 Paulus, *Dedit illi nomen, quod est super* Iesu no-
omne nomen. Phil. 2. Orig. *Donauit Deus* mine
nomen, quod est super omne nomen, Domi- Paulus
no Saluatori nostro Iesu Christo. Est autem Orig.
nomen quod est super omne nomen Iesus.
 Et quia est istud nomen super omne nomen,
 idcirco in nomine Iesu omne genu flectunt
 caelestium, terrestrium, & infernorum.
 Idem affirmant Haymo, Bern. Catat.
 Gregor. X. Bernardi. Sen. apud Batt.
 in præsent. Profecto communiter Do-
 ctiores locum Pauli explicant de no-
 mine dato in Ascensione, non de no-
 mine Iesu in circumcissione. Puetulol
 indicto. Quia enim Iesus factus obe-
 diens fuerat usque ad mortem crucis, Deus
 exaltauit illum, & de donauit illi nomen.

Quod est super omne nomen. At nomen Iesus in circumcissione ante mortis angustias Christo fuerat exhibitum.

ni inditum; quod significant verba Cyril. *Nouum nomen est Iesus & concurrens cum carnis natiuitate.*

¶ *Verum nomen Iesu sit nouum?*

30. Senētia negans. Galat. 1. 3. c. 20.

NOVVM minime nomen Iesu videtur. Nam licet Galat. omnino abneget aliquos olim vocatos nomine Iesu, Iesus summus Sacerdos Hebr. *Iesuah* nominatur. 1. Esd. 3. & 5. Alius similiter Sacerdoseodem nomine insignitur. 1. Par. 24. Præter hoc tertium hoc nomine donatum inuenies 2. Par. 31. Quod si Aggeus cap. 2. & Zacharias cap. 3. summum illum sacerdotem, qui Esd. 1. *Iesua* nominatur, *Iehosua* appellant: constat utroque nomine nuncupari. Non igitur nomen Iesu nomen nouum.

31. Affirmans. vera.

Certe nouum esse affirmo cum Isaia inclamante. *Vocabitur tibi nomen nouum quod os Domini nominauit.* Cap. 62. Vnde Cyril. *Nomen (inquit) nouum Verbo diuino est Iesus, & concurrens cum carnis natiuitate. Et propheticum oraculum asripulatur Isa. Vocabunt nomen eius nouum, hoc quod Dominus nominauit.* Expendo igitur, quomodo nouum hoc nomen absolute dici queat? Nouum profecto est, si rationem impositionis, ac significationem spectes; quoniam nouatione, & significatione est impositum. Numquam enim quis propterea Iesus vocatus est, quod perfectissimum tum animis, tum corporibus salutem esset allaturus. Quam nouam rationem, ac significationem Angelus hisce verbis aperuit: *Vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum.* Math. 2. Præterea nomen est nouum Iesu Christo homi-

¶ *Nomen Iesu vocatum ab Angelo.*

INDICAT Euangelista non humano, sed diuino consilio nomen inditum Pueri, dum ab Archangelo, prius quam in utero conciperetur Christus, hoc ei nomen fuisset exhibitum. Fuit namque ante Christi conceptionem Virgini prædictum, *Vocabis nomen eius Iesum.* Fuit hoc ipsum à Cecilio replicatum post Christi conceptionem, dum dixit ad Ioseph, *Vocabis nomen eius Iesum.* Euangelista vero non huius, sed illius meminit uocationis, ut de sola Deipara, non autem de Ioseph Christum conceptum significaret.

Deduco hinc Deiparam puero Iesu nomen imposuisse, quidquid Doctores quidam probare contendunt non matres, sed patres filijs nomina imponere fuisse solitos. Quod si credibile est vsitatum, constat tamen non fuisse perpetuum. Nam & Rachel vocauit filium suum *Benoni*. Gen. 35. Et Iabes non pater, sed mater nomen dedit, quod maximo cum cū dolore peperisset. 1. Pet. 4. Quod si omnino abstractum ab Hebræis matres infantibus nomina imponere, deberet hoc Deiparamunere nobilitari, quæ sine terreno patre peperit Saluatorem.

Obijcies, cur ergo & Ioseph dictum? *Vocabis nomen eius Iesum?* Non quia necessario huiusmodi ad eum munus pertineret; sed quia Archangelus Iosephum voluit officio patris honorare; simulque probare, quod dixerat, de cælo conceptum, cui de cælo nomen imponeretur. Ab utroque itaque paren-

32.

Mat. 1.

33.

Deipara nomen Pueri imposuit.

34.

te, rite tamen à Maria, à Ioseph, dono
coelesti, Iesus nomen accepit.

ur, noua acquirantur laudis, & hono-
ris. Ad poenitentiae lauacrum peccator
quantumuis flagitiosus accedit? Fama
pristina deletur.

Quando in circumcisione nomen
vel accrescendo non immutatur? Pater
Iesu prius *Abraham* seu Pater excelsus
vocabatur. At circumcisionis vulnus
cum *Abraham* nomine donabit, ut Pa-
ter *multarum gentium* appellaretur. Quia
in circumcisione nomen immutari nec-
cessum, *Abraham* (ait Beda) eodem die
suae circumcisionis etiam nominis ampli-
ficatione simul cum sua coniuge benedicti pro-
miserunt. Ut qui antea *Abraham*, id est, Pater
excelsus dictus est, deinde *Abraham*, id
est, Pater multarum gentium vocaretur.
Eniusto viro nomen immutatur ado-
lente fama, opinione incrementum ac-
cipiente. Strictiori id iure in poeniten-
tia contemplare.

Quid mirum nouum nomen acqui-
rat, quoniam alter exiit? *Consepulti* (in-
quit Paul.) *sumus cum illo per Baptismum*
in mortem, ut quomodo Christus surrexit à
mortuis per gloriam, ita et nos in nouitate
vita ambulemus. Rom. 6. Vbi D. Amb.
Veteris (ait) *hominis conscientia resoluta,*
inalterata natiuitatem, re diuina infantia,
reparatur. Rursum igitur nouo nomi-
ne pristinam famam deleamus.

Vnde idem Paul. Colloffenibus. *Si*
mortui (ait) *estis cum Christo, ab elemen-*
tis mundi huius: quid adhuc tanquam vi-
uentes in mundo decernitis? Capit. 2.
Theophyl. illud: *Decernitis ex Græco*
ad passiuam allicet terminationem. *Quid*
adhuc tanquam viuentes in mundo decer-
numini, aut indicamini? Ac si huiusmo-
di argumento uteretur, Adeo cū Chri-
sto mortui estis, ut ab elementis mun-
dialibus abstinatis; nec terra nitimi-
ni, nec aere vanitatis frui iuuat, nec
diuitias aquarum in mortem disfluen-

35. Quid nomen vocatum?

Requiris quid nomen Iesu esse vo-
catum? Phrasus Hebraica in factis per-
ua. Et vocabitur nomen eius Admirabi-
lis. Isa. 9. Vocatum nomen eius Iesus tan-
tūdem ac Iesus vocatus est. Pater My-
sticam rationem phrasus huiusce pro-
pria Observatione panegyrica perse-
quentur.

OBSERVATIO I.

MORALIS PANEGYRICA

circum litteram.

Iesus circumcisionis die no-
men nouum acquirit.

Peni-
tētiā
alter
malam
priorē
famam
exuit.
Ad
Illud:
Vocatus
est no-
men e-
ius.

- 36. Nomen à circumcisione spirituali inci-
pit.
- 37. Nomen spiritualis circumcisionis die im-
mutatur.
- 38. Nomen aliud acquirit per poenitentiam al-
ter affectus.
- 39. Qui iam mundatus est, iniuste ob ante a-
ctam vitam vocatur immundus.
- 40. Communis & immundus post poenitentiam
mundus appellandus.
- 41. Post acceptam Eucharistiam peccator alio
insignitur nomine.
- 42. Maria Magdalene alterare, altera & nomi-
ne obijctur.
- 43. Mores mutare nomina Iacob ostentat.
- 44. Crimine abluto, expiatur & nomen

36.

I E S V S circumcisionis die nouum
nomen acquirit, non solum quia no-
men Iesu nouum, ut ostendimus, sed
quia erat circumcisionis lex, ut etiam si a-
dultus alio insignitus nomine sacro vul-
neri subijceretur, noua deinde adnota-
retur appellatione. Hac pro Iesu in
spirituali circumcissione, seu poenitentiae
lex, ut priora de decoris nomina aboleā

37. .OP
oi. PA

38. Rob. 4

Amb.

39. Col.

Theo.

Hier.

Theo. tes amatis, nec luxurici igne fouemini; mundo denique mortui Christo vivitis. Iniuitè igitur, tanquam viuentes mundo ob ante actæ vitæ euulgatam infamiam decernimini, iudicamini.

40. Linteum Petro obijcitur, in quo erant omnia quadrupèdia, & serpentina terræ. Act. 10. Quod cū absumere præciperetur, Occide, & manduca, respondit se omne commune, & immundum nunquam comidisse. Cœlestis rursū vox insonat. Quod sanctificatum iam est, tu commune ne dixeris. Act. 10. In cuius expositionem: ex Rupert. præmitto, animatibus hisce signari peccatores. Præterea moneo in linteo magno Sacramenta, quibus sanguinis ac mortis Dominicæ vi abluimur, denotari. Si quando communis foemina homo flagitiosus ad confessionis, communionis que fontem mundandi accessere, à te discernatur à peccatoribus, tanquam que mundi pristino abolito nomine iudicetur. Hilar. cū sindone corporis Iesu Petri animantia componens, fatuit, Ieseph munda sindone corpus inuoluit. Et quidè in hoc eodem linteo reperimus de cælo ad Petrum vniuersorū animantium genera submissa. Ex quo fortè nō supersuè intelligitur sub linte huius nomine consepeliri Christi Ecclesiā. Vnum itaque linteum corpus Dominicū & peccatores continet? Ergo iam quod commune & immundum erat, commune iā, & immundum iudicandum est. Quod sanctificatum est, tu commune ne dixeris.

41. David, Indica me, Deus, & discerno cau. Plal. 42. Sam meā de gente non sancta. Psal. 42. Indica me, & discerno. Siue, fac me ab hominibus tanquā alterū decerni, & iudicari. Quid o Rex, in pristini nominis abolitione præstitisti? Inroibo ad altate Dei, ad Deū, qui letificat iuuentutē meam. Ibid. Vbi Hiero. Cum expurgato veteris hominis fermento, in nouo me homine tan-

Hiero.

quā iuuentutem consolabitur. Quia videlicet ad Dei altare ascendens, qui inter iuuenicos in uet. trauebam, in uet. in uo in fans effectus, aspicior. Quare non iam inter flagitiosos adnumerari, sed primo nomine deperdito, tanquā alter decerni debeo, ac iudicari.

Resurrectio dicitur Dominica die uenit. Maria Magdalena & altera Maria uenit ad sepulchru. Mat. 27. Vbi Crisost. præteritis litteram, hæsit, non illepidam nominatione, vocabulorū mysterio. Sententiam yulgariter usurpata in nouatā equidè rursū sub alio prætextu accipit. Non dixit, Venierunt, sed Venit. Sub uno nomine uenerunt due mysterio, non ca su. Venit Maria, & altera Maria; uenit ipsa, sed altera, altera, sed ipsa. Altera inquam Maria & re, & nomine. Ideo nō dixit femina altera, sed altera Maria. Altera Maria, non altera solum mulier appellatur; quia mutata re, mutari debet & nomen. Cū autem in Maria Magdalena iustis de causis nomen perseuerat, nec immutatur, (sicut Saulo post conuersione accidit) opus fuit inconueniens ab Euangelista præcaueri. Ne scilicet suspicaremur eadem ad esse vitam sub nomine eodem, ad mone mur alteram esse Mariam & re, & nomine, non eandem. Si prius Maria amarum mare (utrumque Maria insonat) propter immunditiam extitit, iam myrrhamaris propter penitentiā ostēdatur. Altera vita est? Nomen alteram insit.

Quid nō mores nomina immutabūt? Illustre subiiciā Geneseos testimoniu. Certamē cū Angelo iuit Iacob, vincit, nouo nomine inter scemoris cōtacti dolores insignitur. Nequaquā, in clamat Angelus, Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israel. Capit. 32. Nominum significationi sistēdū nobis, qui de nominū agimus mutatione. Iacob supplantator, Israel

28

bit

uonon

1000

42.

Mat. 27

Chryl.

ser. 73

Mat. 27

Peri

maia

uole

malat

griog

manat

caua

BA

libud

uocata

on de

uau

int

43.

Ce. 32.

videns Deum. In huiusce loci intelligentiam præmitto, luxuriam, & supplantationem dolum, atque mendacium copulari. Bed. Iezabelem affirmat fluxum sanguinis seu carnis appellari; idemque vocabulum *cohabitatricem*, & *sterquilinum* insonare dicit. En luxurie idolos.

Fluxus hic carnis sterquilinio immundior cum sit, nobiscum cohabitatur inde licias, actu equidem potentissimo. Unde luxuriam supplantatricem, deceptoricem, dolorum matrem cõuenienter appellari: iam D. Tho. acumen pulchram in huius testimonij expositione.

D. Th. Tetigit Angelus neruum scemoin Ge. tis eius, neruus emarcuit. *Quia scilicet carnalis concupiscentia, qua viget in scemoris imo, ad actum Dei marcescit.* Ecce circumcissionis mysticæ gladius refectus à Iacobo mystico voluptates. Quid plura? Non (pergit Doctor) supplantator hominum es, imo Princeps cõ Deo. Compresso igitur vicio, cuius geris imaginẽ, nomen mutetur necesse est. Non iam supplantatrix maculatio supplantatoris tibi nomen indat, sed mundicies noua tel Israelẽ, Deum scilicet videntem appellet. Quia mundo corde, & corpore Dei visionem attingunt. *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.*

44. Pro. Iam quartum illud mysterium minimè Salomoni videbitur inscrutabile. *Via scilicet mulieris adultera, qua abstergens os suam, dicit. Non sum operata malum.* Pro. 30. Abstergit, inquam os pœnitentiæ lauacro. Unde & opus abluit, & nomẽ altera omnino resurgens. Hinc Ambro. *Meretrix ista Ecclesiæ typus est, aliquando in gentibus constituta, idolorum cultibus vitata. Hanc postquam Dominus noster Iesus Christus puro fonte perfudit, ablutionem, & criminis accepit, & nominis.* Nec enim crimina expiantur, quin pristini nominis aboleatur infamia.

Taxantur hinc fœminatũ, seu virorum a fœditate pristina recedentium obiurgatores?

OBSERVATIO II.

Dum ab homine Spiritualliter circumciso minuitur carnalis voluptas, increfcit posteritas.

Puritas coniu-
galis fœcũ-
ditatis
parentis
Ad
Illud:
Vocati
est no-
men e-
ius.

45. Puritas mystica Abrahamum multorum parentem efficit.
46. Puritatis amans coniux filijs stipatur.
48. Castitatis coniugalis præconium, vitis est dispositio ad filios procreandos.
49. Puritas & fecunditas ad nuptias inuitentur.
50. Coniugium castum aceruus tritici ob filiorum multiplicationem.

INSTO adhuc Abrahami exemplo. Haymo sic. *Abraham augmentum nominis sui à Domino promeruit, ut qui ante vocabatur Abram, Pater excelsus, die circumcissionis vocaretur, Abraham, Pater multarum gentium. Similiter & Sara die circumcissionis vni sui amplificationem nominis sui promeruit, ut qua antea vocabatur Sarai, Princeps tantum, post modum vocaretur Sara idest, Princeps omnium credentium.* Quid in circumcissione, secundum Cypria, nisi voluptatum refectio inuitur? Circumciscus mystice Abraham, siue a voluptatibus abstractus, qui Pater excelsus solũmodo, iam Pater multorum apparet, eam, qua Princeps tantũ aderat, omnium credentiũ Principẽ efficiens. Proh coniugalis puritas patris fœcũditatis! Vulgaris hinc apud nostras æquiuocatio nominis vtriusque. *Castia seu pura, & Casta siue proles.*

Vbi puritas castitatis, ubi plerumque proliis abundantia.

46. David, *Apprehendite disciplinam, Plal. 7. ne quando irascatur Dominus. Plal. 2. Vbi Calsio: Calsiod. à vitijs noxijs, nobis recedendum affirmat. Aliter carmen effertur. Osculamini puritatem, seu Osculamini filios. Quid, quæso, cum filijs puritati? Profecto is puritatem osculatur, qui seclatur cordis ac corporis munditiam, quique diligit castitatem. At huiusmodi puritatis amans filios osculabitur; quia castitas coniugalis mater equidem filiorum.*

47. Eandem Saluatoris sententiã à Matthæo & Marco recipite. *Omnes (inquit Mat. 19 ille) qui reliquerit domũ, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios propter nomen meum, centuplum accipiet. Math. 19. Hic autem, Ne me est, qui reliquerit domũ, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios propter me &c. Marc. 10. Nonne vides*

48. *Marc. 10. Beda. Non Marcũ uxorem præterisse? Beda. Non innoxiam, sed ab uxore separatur. Vult Dedit viros cum uxore habitare, ideo Marcus de separatione ab uxore nullatenus fecit memoriã. At cur Matthæus huiusmodi ab uxore separationem prædicat? Immoderatum omnino curat a morem refecat, voluptatesque eas à licitis matrimonij amplexibus cohiberi, è quibus fortasse prohibita libido potest ducere exortum. Quam merito utrobique mentio peragitur filiorum, & filios. Quia castos nuptiarum amplexus filiorum turba consequitur. Illud expende. Centuplum accipiet. Nũ centũ uxores, sicut centum filij pro vnico filio recipiuntur? Profecto vxura hæc in vxore argueret in marito turpitudinẽ vnice semper vnica vxor matrimonij fidem illustrat. At filij tunc potiori iure accrescent, multiplicabuntur, ac si cen-*

tum vxoribus fides præstaretur; quia ex casto connubio natorum familia coaceruatur.

48. An non turtur castitatis coniugalis exemplar? *Vox turturis audita est inter nos, tempus putationis aduenit. Car. 2. Ad quem locum Bern. 102 (inquit) turturis prædicatio castitatis. Leges inquam, casto præscribit coniugio. Num hinc penuria filiorum? Tempus putationis aduenit. Castitatis prædicatio vitis beneficium est. Cuiusnam vitis? Illius vitique, de qua Vates. Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tue. Filij tui sicut novella oliuæ in circuitu manserunt. & videas filios filiorum tuorum. Plal. 127. Turturis igitur vox, seu coniugalis castitatis præconiũ vitis, siue vxoris beneficium est; cultura est ad filiorum paruitatem. Illi vni odore & 253*

49. Iesus & Maria ad Chana nuptias invitantur. *Nuptiæ factæ sunt in Chana Galilee. & erat Mater Iesu ibi; vocatus est autem Iesus. Ioan. 2. Ecce duo Ecclesie luminaria pro nuptialibus facibus inibi succenduntur à Num ut nuptialis thalamus commendetur à Beda. Beda. Beda. Quis bona est castitas coniugalis, amplexu nuptiarum celebratoribus inuitatus; hoc præsentia sua virtutis honorat. Rende hæc proxima verba: sua virtutis. Omnia Iesus sol verus producit omniam vitique rerum parens. Christus & Deipatant nuptiis adsunt; & fecunditas in Creatore, & castitas effulget in Virgine. Vbi puritas, inibi astolet fecunditas domicillũ præparare. Animis adestote o semine proliis cupide, uti matrem ornemini appellacione; ad vestras nuptias Iesum & Mariam inuitate. Præcedat puritas, & erat Mater Iesu ibi; fecunditas sequetur, Vocatus est autem Iesus. Venit tunc (sponsus ait) ac cruentus tunc tunc allatus filiis. Cap. 7. Nibi Honor per*

per Ecclesie ventrem quartum intelli-
git ordinem, id est, matrimonio con-
iunctos. *Quartus* (inquit) *ordo sunt uxori-
rati, qui utuntur hoc mundo tanquam non
utantur, qui per ventrem demonstrantur.
Utuntur, inquam, hi mundo tanquam non
utantur. Hoc est, habent uxores tanquam
non habentes, solummodo vti voluptati-
bus, ut dent operam necessariae multi-
plicationi. Vallatus Iulij, id est, stipatus
virginum choris. Ex casto etenim con-
nubio non solum multi filij habent ex-
ortum, sed oriuntur sane virginatis ca-
dore decorati. Id quod casto utero de-
beri, quis dubitet?*

- 52. Iesus non cum plorat, sed cum sanguinem profundit, Salvatoris nomine insignitur.
- 53. Superfluum resecatio Evangelicam praedicationem precedat.
- 54. Interatur concionatori verbum, postea auditoribus inferendum in salutem.
- 55. Moyses propria salutem iudet alios liberaturus.
- 56. Nec duos hic homines saluat, donec propria incumbat perfectioni.
- 57. Paulus omnes & se ipsum vult saluos fieri.
- 58. Ascende ad montem saluandus, qui aliorum salutem daturus es operam.

luti in-
uigi. et.
Ad
Hud;
Vocatus
est no-
men e-
ius le-
sus.

OBSERVATIO III.

Saluus Dux appositè pro alio-
rum salute decertat.

51. **N**ON prius Iesus sine *Saluator* ab
hominibus appellatur, quam cir-
cumcisionis cultro vulneraretur.
Cyril. Bene Cyril. *Vocatum est nomen eius Ie-
sus, quod interpretatur Saluator. Editus
enim est ad totius mundi salutem, quam
sua circumcissione praefiguravit. Et quid est
mundi salutem Iesu circumcissione fuisse
praefiguratam? Puerum equidem cir-
cumcisioni subijci non obscurum exi-
it documentum, eum mundi futurum
Saluatorem. Tunc enim aptus salutis
minister, cum prius sibi consulens, spi-
ritualis circumcissionis vacavit studio,
ut saluus ipse aliorum salutem operam im-
pendat. Plutar. *Ducis summa laus est, ut
saluus ipse vincat alios, patriam libera-
turus.**

DOMINVS recens natus pueri
notatur appellatione. *Inuicetis* 52.
Infantem, non Iesu cognomine
nobilatur. Non ne lacrymas profun-
dens, vagitibus percutiens aethera, in-
cipiebat esse Saluator? Quare igitur
mox nomen salutare non accepit? Moy-
sem (respondeo) non semel contem-
platus sum fragili cymba aquis invec-
tum, emittentem eiulatus. Exo. 2. Num
cum lacrymas effundit, populi in cap-
tiuitate commorantis saluator exiit? 2
Minime. Hic etenim salutis impertien-
dae triumphus non lacrymarum aquis, sed
circumcisionis sanguini erat reserua-
tus. Post vulnus circumcisionis Moy-
ses ad Aegyptum redit populum libe-
raturus. Exo. 2

Non prius salutatis vox à magistro
exaudiatur, quam circumcisionis gla-
dio superflua è vite resecentur. *Surge,* Cant. 2
(inquit Sponsus) *et propera amica mea,
et veni; iam enim hyems transijt, imber
abiit, et recessit, tempus putationis adue-
nit, vox turturis audita est in terra nostra.
Can. 2. Sic exponit Orig. *Vbi hac cuncta Orig.
discesserint hyems vitiorum, ac peccatorum
procella, de sideriorumque tempestas effuge-
rit, tempus putationis adueniet, et si quid
superfluum, et minus utile fuerit in sensi-
bus, vel intellectibus, resecabitur. Tunc vo-
cem turturis audiet anima; illius sine du-
bio sapientia, quam dispensator verbi lo-
quitur.**

Caput primum.

Non prius infans appellatur Saluator,
quam vulnus sustineat.

Aliorum
Salua-
tor pro-
priae
prius la

quitur. Magister enim propriae perfectionis studio praemisso, facile proximos ad spirituale consortium alliciet.

54. Iac. 1. Eodem omnino respectu Iacobus admonuit, *Suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras.* Cap. 1. Vbi verbum potest dupliciter insitum appellari, vel quia fidelibus inseritur, vel quia iam insitum est ante huiusmodi secundam insitionem. Suscipite verbum vobis inserendum Evangelica praedicatione clamante; sed verbum quidem, quod prius insitum est, dum praedicator, praemisso vulnere in veterum ramorum expoliationem, verbum accipit iterato fidelibus inserendum. Strab.

Strab. *Suscipite insitum verbum, quod vestris cordibus praedicando imponimus; verbum quod insitum est; suscipite, & operibus implete.* Quod certe potest saluare animas vestras, Saluus enim ipse concionator (vt cum Plutar. loquar) appositè Saluator ipse proximis existit salutaris.

55. Exo. 3. Ambr. *Moyse futurus Hebraeorum Saluator audiuit, Solue calceamentum de pedibus tuis.* Exo. 3. Ambr. *Nihil in nobis Dominus mortale vult esse, & ideo calceamentum soluere iubet, cum mittitur Moyse ad populum liberandum.* Quam ineptè non liber alios donabit libertate!

56. Constitutus apud Aegyptum idem Moyse, eorum, qui rixabantur, salutem procurat, quod tamen non potuit praestare. Quid causa? Respondet D. Nyffe. Greg. Nyffe. *Moyse ante quam perfectiori se virtute firmauerit, duos inter se contententes homines conciliare nequiuit.* Quid autem post mortificationis studium? Postea cum sibi ipsi longo temporis spatio vacauit, à multis hominum milibus facile in protectore recipitur. Vt nō iā duorum hominum, sed mundi Saluator nominaretur.

57. *Quam belle Paulus! Omnibus om-*

nia factus sum, vt omnes facerem saluos. 1. Cor. 9. Chryl. ex Greco. *Vt omnino. Ego equi saluos facerem.* Quid omnino? Ego equidem omnibus omnia factus, in omnibus, & singulis habito, commoror, quia nec omnes, nec singulos volo saluos fieri sine me. Nullius saluti inuigilabo, quin simul propriae saluationi incumbam. Sic ingeniose Bernar. *Instar illius, qui omnibus omnia factus est, colligat te intrā se sinus, qui omnes recipit.* Quid si omnes sine te saluari sinu recipiantur?

Et ascendent (praedixit Abdias) Saluatores in montem Sion, iudicare montes Esau, & erit Domino Regnum. Cap. 1. Ad quem locum Hier. *Saluator Apostolos suos mundi esse voluit Saluatores, qui ascenderent speculam montis Ecclesiae, & deponentes superbiam Iudaicam, & uersorumque montium, qui aduersum scientiam Dei erigebantur, Regnum Domino parauerunt.* Prius Iudaicam superbiam deponent, & aspera quaeque ad vias planas adducens, quam Evangelicae struxerunt statuam fundamenta. Sequentes Lothum montem ipsi scandant, vt salui ipsi aliorum saluti operam impendant,

Caput secundum.

Iesuita propriae saluti vacat, vt proximorum saluationi incumbant.

59. Prius Iesuita propriae saluti vacat.
60. Prius ediscit Iosue, quam mundi salutem procuret.
61. Prius aqua repletur spiritu, quam salutem operetur.
62. Vas Iesuita prius sibi oleo plenum, quam proximis.
63. Miles Iesu prius gratia confirmatur, quam pugnet.
64. Prius custodit scientiam, quam militet.
65. E Societate deturatur miles, qui propriae salutis oblitus, aliorum saluti inuigilat.

Religiosus propriae prius perfectione vacet; postea proximorum saluti incumbat. Ad Illud: *Vocatio est nomen eius le-*

2. Tim. Beda.

Ista opportune, importune. 2 Tim. 4. Beda Importune ad auditorem, Opportune autem ad ministrum adaptat. Quasi opportune accedat ad importunas preces, qui prius propriae salutis operam impendit.

65.

Age verò Iesuitæ, qui propriae salutis, & perfectionis studium parui pendentes, proximorum salutis inuigilant, aduersus hostes alienos pugnam instituentes, inermes miserè à Societati recedunt. Tribus Rubem, Gad, & Manasses se alijs tribubus offerunt pugnaturæ in terræ promissæ acquisitionem huiusmodi pactione, quod sibi postea retrocedendum esset, vt non in terra acquisita consisterent, sed rursus citrà Iordanem permearent. Num. 32. Ad quem locum Lyran. in tribu Manasse, quod quidem nomen idem est ac *Obluio*, Religiosos exprimi affirmat. *Isti* (inquit) *laborant pro alijs, vt habeant terram promissionis, ipsi tamen hac salute priuantur in personis proprijs. Quæstionem excitat August. Quomodo arca tam magna à qua tuor hominibus Noe, & filijs eius centum annis potuerit fabricari? & respondet, Non erat magnum fabros alios adhiberi, qui operis sui mercede accepta, non curarèt, vt eam Noe sapienter, an vero inanis fabricaret. Et ideo non in eam intrauerunt. Quando non deperit Manasses, seu religiosus, qui propriae salutis ac perfectionis obliuiscens, pro alijs, militum mercenariorum more, concertat: alijsque construit arcã, ipso citrà Iordanem constituto, intra diluuij aquis sumergendo?*

No. 32. Lyra.

Augul. l. 15. de liu. c. 27.

OBSERVATIO IV.

Quare hodie Iesus sub peccatoris habitu appareat?

NVM bene conuenibat, & in vna sede morantur circumeisio, & Iesus? Peccatoris habitus, ac salutaris effectus? Conueniunt, morantur. Iesus etenim sub peccatoris indumento mundi extitit Saluator. Memini equidem Græcos prudenti astu armis Troianorum indutos, facilius ipsos hostes habitu ciuico, vulnere hostili debellasse. Haud aliter Iesus eiusque Socij inter Ecclesiæ teterrimos hostes, inter hominum deprauatorum turbam seculari indumento mundo saluatares exurgunt.

66.

Caput primum.

Iesus sub peccatoris habitu potentiam dissimulans mundum saluat.

Cócio nator sub seculari aliquando indumento proximo salutaris. Ad Illud: *Vocatus est nomen eius Iesus.*

- 67. Sub communi habitu Iesus peccatores salutem donaturus.
- 68. Piscatores sub piscatoris capite indumento.
- 69. Quonammodo cum peruersis peruertatur?
- 70. Nostræ captiuitatis induit insignia, vt captiuos redimeret.
- 71. Sub specie adolescentum Angeli Sodoma subuertunt voluptates.
- 72. Iudich. sub iucunditatis indumento luxuriei iucunditatem debellauit.

TA X A T V R iniuste Dominus, quod ad hominem peccatorem diuertisset. Luc. 16. Proh hominum dementiam! suspicamini ne ex communi indumento Christum peccatorum spurcitijs inquinari? *Habitu inuentus vt homo, peccator aspectu, vt admissus ab hoste, expugnata malicia hominis naturæ salutaris existat.* Adrem Chrysol. *Tu Chris. ergo qui reprehendis, qui murmuras, cur ad peccatorem diuertat Christus? Viam salutis, misericordia spem de tali ingressu cape.*

67.

Luc. 16

Chrif. Ser. 4

Tunc etenim spes salutis, cum sub com-
muni habitu Iesus in eis iuter hostes
apparet.

68. *Ambulans Iesus iuxta mare Galilææ,*
Mat. 4. *vidit duos fratres.* Mat. 4. Ad quæ Ra-
bana. *Mare Galilææ idem est, quod stag-*
num *Genesareth, mare Tyberiadis, & la-*
cus salinarum, ubi scilicet pisces sale cõ-
diebantur, piscatorum equidem domi-
ciliū. Qui te ò Domine, apud piscato-
rum aspiceret habitacula, proculdubio
putaret piscatorem. Pulchre Strab. *De-*
center per piscatariā vadit loca piscatores
piscaturus.

69. *Quid canit David? Cum sancto san-*
ctus eris, & cum viro innocente innocens
eris, & cum peruerso peruerteris. Psal. 17.
Hæc proxima verba expendo: *Cum per-*
uerso peruerteris. Qui nam hic peruerfi-
tate laborans? Hier. *Peruersi autem di-*
cuntur, qui de recto declinant ad peruersita-
tem, ut Hæretici. Iam quæris, quonam-
modo Deus cum peruerso Hæretico
peruertatur. Ex illo tunc Deum cum
Hæreticis peruertere, quando quisquam
Iesum in istis eorum externum simulat
prudencissimo astu indumentum, ut il-
lorum saluti, erroribus ablegatis, prof-
piciat. Acute Hugo Card. *Cum peruer-*
so peruerteris, id est, admodum peruerteris
Hæretici te habes. Ut scilicet peruer-
sus omnino à peruersitate eripias.

70. *Nonne Christus hoc astu Principa-*
tus, ac Potestates, siue primores peccato-
res, delictis deletis, liberauit? *Spolians*
(ait Paul.) *Principatus, & Potestates,*
traducet confidenter, palam triumphas eos
in se metipso. Col. 2. Sub specie namque
peccatoris & peccata debellat, & pecca-
tores ad meliorem frugem adducit. Id
Anast. Synait. adnotauit. *Oportebat eum*
qui vere, & secundum naturam Rex no-
ster erat, nos, qui tyrannico imperio preme-
bamur, non deserere improuisos, sed insig-

nia nostra captiuitatis sibi inducere, ut as-
rupto parire, ante nos ingressus, ad se tra-
heret ipse congeneres. Ut scilicet eos ve-
rus Iesus salute donaret.

Angeli (scu Trinitas beatissima) 71.
quondam sub peregrinorum specie, Gen. 9:
forma elegantes sunt Sodomam ingres-
si. Gen. 19. Quibus si obijcias, quid sibi
velit, iuvenes pulcherrimos ad deprava-
torum hominum vrbes diuertere, quos
proculdubio Sodomica libido depra-
uare contendet. Mox occurrent An-
geli se sub delectationis indumento
ipsa destructuros infanda delectamen-
ta, igneque extinctis hostibus, domui
iustorum futuros salutes. Per quod
(inquit Strab.) *designatur, quod homo iu-*
stus studet alios ducere ad iustitiam iuxta
illud Prou. 21. Excogitat iustus de domo
impij, ut detrahat impios à malo. Ponde-
ra illas particulas: *Iustus studet, excogitat*
iustus. Studet, inquam, quoniam modo
in hostes irruens, possit peccatores sal-
uos efficere; *cogitat* exquisitos decertan-
di modos, mente euoluit vtrum sub sæ-
culari specie valeat ad se trahere pecca-
tores?

Huiusmodi prudentia Iudith lo- 72.
gimus fuisse donatam. Populo oppres-
so, conatur victoriam adipisci, dum ho-
stilis exercitus capitis capiti obruncat.
Illa (inquit Augustin.) *obiecta for-*
midine feminarum, victoriam in peri-
culis quærens, nec mortē in periculis timuit,
nec ambiguitatem formidauit. Ad castra
hostis accessit, ut inter ipsa pericula la-
tentem coronam abriperet. Quis nam
viribus? quis nam armis? Non ne Im-
perator luxurici igne conflagrans? In-
dumenta igitur honestæ viduitatis abij-
ciat, iuicunditatis, ac delectationis veniat
ornamenta. *Lauit corpus suum inytheo*
rimo, & discriminauit crimem captis sui,
& induit se vestimentis iuicunditatis sua.

Cap. 10. Quo tendis viduam in cassissima? Vellimentis vteris iucunditatis, artificio pulchritudinem ornas, cum ad militem impudentissimum properas? O feminarum decus! Debellata impudicitiae delectationem, ac iucunditatem, delectationis, ac iucunditatis indumentis ornata aggredieris. Augus. *Consurgens, abluit aqua corpus suum, imponens sibi ornamentum, pendulas aureas diuitias suspendit, & in ambus lapillos circulos splendentes induxit, fluentes sinus purpurea vestis gemmato collegit pectore, castro vultu prius dimicatura, quam ferro. Quid plura? Monitum tela pudori semper aduersa hostem ferire didicerunt.* Pulchre plane.

minum immittat, in honore proculdubio habebitur, praeconijs celebrabitur. Vos fortissimos milites Anglos, Hibernos testor ad vestros congeneres sub communi indumento saeculari festinantes, ut ad fidem catholicae veritatis adducatis. Non ne ducem Iesum secuti, patriam ingressi, insignia Angelicanae, Hibernicaeque captiuitatis induentes, ad vos, seu potius ad Iesum trahitis? Synaita adnotauit? cita.

Caput secundum.

Iesuitae saeculari apud Haereticos, & Gentiles indumento vtuntur, vt haereses & idolatriam extinguant.

Ab Angelicano incendio nobiles adolescenteris eripiuntur, sub Societatis degunt magisterio, nostrae non semel militiae dant nomina, & habitu, & saecularibus habitibus omnino spoliantur, nouum vtrumque habitum induentes. Rursum Angli, Hibernique Iesu milites, caelestis Angeli ad palestram vocantur, ad Babylonicam fornacem redeunt, uti possint congeneribus salutare existere. Quid plura? Resumere Anglica Hibernicaque indumenta saecularia iubentur, ut prauitatis (sic fari liceat) exubijs exterius induti, prauitati sint exitiales, proximos adducant ad salutem. Sol. Exo. 31

Religiolus sub saeculari habitu saeculari adducit ad Christum. Ad illud: Vocatur est nomen eius. Iesus.

- 73. Angli, ac Hiberni Iesuitae sub habitu saeculari congeneres liberant.
- 74. Indumenta saecularia resumunt, Moysis in morem, ad congenerum sanitarem.
- 75. Sub serpentis tegmine virgam comminuerunt serpentes imitantur.
- 76. Apud gentiles sub habitu saeculari Iesuitae dimicant.
- 77. Xaerius apud Sinas sub mercatoris indumento certamina instituit.

ue (Moyse Deus) calcementum de pedibus tuis; terra enim, in qua stas, terra sancta est. Exo. 3. Ambr. Vocaturus populum ad Dei Regnum, prius carnis exubijs deponere iubetur. Saecularibus se omnino exuit habitibus apud Religionis deserta constitutus. At in patriam Aegyptum reuersurus, ut congeneribus Hebraeis sit salutaris, indumentum saeculare resumit. De quo mystice expono exodi illud: *Et calcementa habebitis in pedibus.* Cap. 11. Vbi Hier. Pascha facturi calcementa habere iubentur in pedibus. Apostolus calcementa predicat pedes eorum, qui in Euangelium preparantur; ne dum per saeculi huius (Aegyptum dixerim) gradiuntur solitudinem, venenatis pateant animantibus, quae debent Euangelico

73. HINC communi habitus mae Societatis inter peccatores degentis, siue ad Anglos, Hibernos que sub saecularibus ipsorum indumentis permeantis, siue ad Iaponios, Sinas (vestitu, aut ministerio simulato) pergentis, ut Iesum, ut fidem cordibus ho-

Ex. 127 Hier. Luc.

gelico pede calcari, & conteri. En Moyses accedens ad sanctam Religionis terram calcamento saeculari spoliatur. Ad Aegyptum autem reditum paratorus, saeculares resumit exubias ad animarum venenatorum, haeresum scilicet conculationem. Tunc enim facilius errores comminuntur, quando minister Evangelicus futurus redemptor sub redimendi, miserandique civis graditur indumento.

75. O quam ex hoc cruciformes Iesuitae Virgam praefert Moles salutis insignis, & crucem Saluatoris referentem.

Exo. 7. *Tulit Aaron virgam coram Pharaone, & seruis eius, quae versa est in colubrum.*

Exo. 7. Proh serpentis actus! Nonne virga in serpentem versa Aegyptiorum serpentes absumpsit? Haec sapientia crucis, sub errorum indumento errores comminere, ab haeresibus victoriam reportare. Pulcher Orig. *Cruce Christi, cuius praedicatio stultitia videbatur, conuersa est in sapientiam, ut omnium Aegyptiorum huius mundi sapientiam deuoraret.* Pende illud: *Conuersa est in sapientiam.*

Hostiam indumento operiri sapientissimus proculdubio est astus. Id quod cruciformes Iesuitae quotidie praestant sub saeculari serpenti habitu occisuri serpentes.

76. Quid de militibus Iesu ad Iaponias insulas, ad Sinarum Regna, aliasque Gentium Pronuntias sub saeculari tegmine, ut eas ad fidem adducant proficiscentibus attexam. Mirabile medicamen illud idolatriae a Mose adhibitum.

Exo. 32. *Arripit vitulum, combasit, & contriuit, & sumpsit ad puluerem, quem sparsit in aqua, & dedit ex eo potum filiis Israel.* Exo. 32. Et quare redacto in pulueres capite vitulo, filii Israel aqua illa epotantur? Respondet Inter pulueres Hebraeis in idolatriae medicamen adhibitos. Ut vi-

delicet vitulus vitulo esset exitialis. Mem expendat. Auri tegmine amarissima pilarum medicarum massa induitur aegritudini exitium paritura. Haud aliter sub aerei pulueris indumento praesentissimum adest medicamen aduersus exitiales vituli errores. Ut medicus sub idololatriae vestitu idololatriam omnino comminuat.

Vidisti Xaverium sanctissimum Iesuitam ad Sinarum Regna ingressum meditantem sub mercatoris indumento? Non ne piperis praeparari mercimoni a curauit, ut praetiosas Sinarum margaritas Domini Sanguinis praetio compararet? Quam appositae tunc mercatoris species? *Vidit Iesus hominem sedentem in throno.* Cui inquit, *sequere me, & surgens secutus est eum.* Mat. 9. Vbi eleganter Chrysol. *Matthaeus non subtrahitur operi, sed mutatur, & telonium magis suscipit, quam relinquit, ut mansura Deo, non homini peritura conquirat.* Sub mercatoris saecularis habitu iam animarum mercator exurgit. Accommodata equidem mercatoris species ad margaritas Evangelicas comparandas. O quam verè Societas nostra seu apud Anglos, seu apud Gentiles sub saeculari indumento ad maiorem Ducis Iesu gloriam latitans, potest cum Seneca inclamitare. *Soleo Seneca, in aliena castra transire, non tanquam in fuga, sed tanquam explorator.* Ut hostes ad caelestis Imperatoris exercitum adducam.

OBSERVATIO V.

Iesu nomen minime inane.

78. NON iam persona solummodo salutis appellationem adipiscitur, ipsum Iesu nomen vocatum est.

est Iesus. Pone, differendi gratia, nomen Iesus posse à persona Christi separari. Ipsum nomen est salus? Mundo saluatio ex nudo nomine emanaret? Ex sequentibus perspicuum reddam.

Caput primum.

¶ *Ipsum Iesu nomen, persona instar, merito Iesus appellatur.*

Contra inanem nomen claturā. Ad Illud: *Vocatum est nomen eius Iesus.*

- 89. Iacob salutem ex nomine Iesu expectavit.
- 80. Sol olim Iesu nominis virtute constitit.
- 81. A nomine Iesu in clamat Paralyticus, se sanitatem accepisse.
- 82. Nomen Iesu Amalech extinxit.
- 83. Quævis nominis Iesu littera, nomen salutis hallat.
- 84. Nomen hoc quasi persona animo prædica.

79. **M**oriturus Iacob adoravit Dominum conuersus ad leuuli caput. *Gene. 47. Lxx. Adoravit Israel super summitatem virgæ eius.* Eius, inquam, qui Saluator Aegypti nuncupabatur, cuius nomen lamina inibi aderat insculptum, sicuti virgæ magistratum apud nostrates assolent crucis signo notari. Quæritur, cur non virgæ medietatem, sed summitatem solummodo adorarit? Variè Patres quæstioni satisfaciunt. Ego in præsentibus adhærescens, qui in virga illa Crucem Dominicam venerantur, (inter quos Damasc.) dixerim apud virgulæ medietatem cruci suffixum innui Saluatorem, *super summitatem* vero crucis titulum conspici: *Iesus Nazareus.* Vt igitur Iacob, qui mox erat in clamaturus, *Salutare tuum expectabo Domine*, salutem expectaret, tam velox ad Iesu nomen accurrit, ac si ad personam properaret. Siquidem

nomen Iesu *super Crucis summitatem* fulgurans salutem morituro impertiretur. Licet enim nudum Iesu nomen absque Dominicæ personæ respectu haud possit salutem operari: attamen saluari Iesu nomini Christus quasi commisit salutis operationem, vt inuocatum saluet; quia *vocatum est*, personæ instar, *nomen eius Iesus.*

Vulgariter circumfertur salus illa Iosue temporibus obueniens Hebræis, sole consistente. *Iob. 10.* Quisnam huiusmodi salutem est operatus? Iesu Naue persona, an Iesu Nazarenino nomen? Profectò salus illa à saluari prorsus Christi Iesu nomine promanauit. Pulchrè D. Basil. *Sel. Constitisti* (inquit) *Sol aliquando victoriam Hebræorum expectans, veritus es Iesum ducem, qui imperauerat in conseruo, honorans Domini appellationem.* Multa hinc moderni de Iesu nomine hauriunt præconia, quæ adijcio solem hinc tam nouo, quam saluari effectu non modo ducis Christi personam honorasse, quam reuerbatur, *veritus es Iesum ducem*; sed quod à modo soli nomini Iesu, quod quidem à persona Christi virtutem traheret, voluisse illam tunc temporis debet salutem. *Honorans Domini appellationem.*

Iam facile ingeniosam Paralytici euersionem, vt Christum à Phariseorum calumnijs eriperet, eo quod Sabati solemnè sanitatem sibi esset impertitus, callere datat. *Nunciauit Iudæis, quia Iesus esset, qui fecit eum sanum. Ioa. 5.* Vbi Chryl. id asserit à Paralytico ptolæ, vt Christum omnino ex Iesu nomine à calumnia libetaret. Ac si diceret, Christi personam damnate intendi ris ob eam, quam dici festi falsò putatis transgressionem. Nomen à persona præscindere edijcite Persona Christi suo nomini Iesu salutare commisit effectu, a nomi.

80. Iof. 10. Basil. sel. de trag.

81. Ioa. 5. Chryl.

Seccio II. Nominis Iesu magnalia. Observatio. I. 113

à nomine Iesu sum sanitate donatus. At nomen Iesu nequaquam potest à causa saluta-
 sanda salute contineri, quemadmodum sol, non potest non lumen spargere, quia necessario operatur. D. Gaud. Scie-
 bat nomen Iesus ex virtute descendere sa-
 nitatis. Et quomodo potest salus per pers-
 criptam legem prohiberi, ne sanet? Quis
 vnquam agenti necessario leges indi-
 xit: Luci ne illuminet, igni, ne calefa-
 ciat, ne sanet saluti? Et nomē Iesu, quod
 instar personæ, vocatum est salus, quo-
 modo potest à necessario sibi sanandi
 effectu prohiberi? Quid igitur aduer-
 sum Christi personam querellas exci-
 tatis?

82. Pugnante Iesu cōtra Amalech, Moy-
 ses in montis vertice, brachijs in morē
 Ex. 17. Crucis expansis, cōmoratur. Exo. 17. Et
 eur apud montana Ductor populi deti-
 netur, cū Iesus aduersus hostes viriliter
 decertat? Quate item brachia Domini-
 eam Crucē signans protendit? Scio Ter-
 tullia. In Iesu pugnante nomen seruato
 Marc. ris Iesu fuisse veneratum. At ideo ait il-
 le Moysen Crucem Dominicam osten-
 tasse, quia illic, ubi nomen Domini dimi-
 cabat, dimicatur quoque aduersus diabo-
 lum Crucis erat habitus necessarius. Recte
 Quidem. Sed meo argumento conue-
 nientius, ideo reor pugnante Iesu Cru-
 cem totam apud montis cacumina cōm-
 morari, quia Propheta futurum præui-
 debat euentum. Ac si diceret. In Cruce
 78. Dominum contemplot, adoro. Com-
 moretur Christus apud montana, non
 descendat in arenam. Nomen Iesu pug-
 nat, sufficit ex commissio sibi effectu sa-
 lutati à persona aduersus validissimas
 hostium phalanges, copias disperdet,
 penitus extinguet.

83. Age vero huiusce nominis virtutē al-
 tius innuimus. Non solum totū nomen
 Iesus salutare parit effectus, sed vnaque

que salutaris nominis littera mirabilem
 vim ad operandū obtinet, personæque
 in morem quodammodo, Iesus appella-
 tur. Vocata est (sic liceat expendere) qua
 uis littera nominis eius Iesus. Id ostēdo in
 littera he, admittendo in præsentī, disere-
 di gratia, quod in cōmentario reieci, no-
 mē scilicet Iesu idē esse ac nomē ineffa-
 abile. Nec ultra (inquit Deus Abrahæ)
 vocabitur nomen tuū Abram, sed appellaberis
 Ge. 17. Abraham. Gen. 17. Vbi Hier. Dicitur Hier.
 Hebræi, quod ex nomine suo Deus, quod a-
 pud illos tetragōmaton est, he litteram A-
 braba, & Sara addiderit. Quoniam frū-
 ctu? Profectō non solum operata est hu-
 iusmodi littera salutem, sed ipsū quodā-
 modo protulit Saluatorem. Lipoman. Lipos
 audite. He littera, qua inter sacratiores lit-
 teras, quibus nomina Dei scribuntur, princi-
 palis est, & bis scripta in nomine ineffabili,
 que nomini Abrahæ, & Sara addita est:
 indicat prerogatiuam quandam maximā
 datam vtrique generandi Deū de semine
 suo in Christo nascituro de beatissima Dei
 genitrice Maria, que vera fuit filia Abra-
 hæ, & Sara. En ex vnica nominis Iesu
 littera mylterium incarnationis omni-
 bus salutare hominibus presentatur.

84. Quid si nomen Iesus instar per-
 sonæ se habeat animo rationali quo-
 dammodo informatæ? Non ne ratio-
 nalis animus totus in toto, & totus in
 qualibet corpōis particula reperitur à
 Ita plane. Haud aliter totum nomen
 Iesus in omnibus certo modo litteris ex-
 sistit, & totum in qualibet littera sin-
 gulariter continetur. Rursus expen-
 do Geneleos testimonium. Nec ultra
 Ge. 17. vocabitur nomen tuum Abram, sed ap-
 pelleris Abraham. Cap. 17. He littera
 ex nomine Iesu nomē Abrahæ recepit.
 Cur nō toto nomine donatur? Potrō to-
 tum nomē accipit quodammodo, qui vel
 vnica littera donatus est; quia in vna
 H quaque

Rupert.

quæque littera totum nomen videtur
constitui, sicut totus animus quæmli-
bet corporis partem informat. Pulchre
Rupert. *Cur enim non haberet litteram
nominis Domini pater eius, in quo totum est
nomen Domini. Sic enim Moysi dictum est
de eo Exo. 23. Et est nomen meum in isto
Nomen integrum in illo est, in quo
usque inest ineffabilis nominis littera.*

Quia in morem personæ nomen hoc
vindicat in toto vocabulo habitat, &
in littera qualibet adoratur. Si igitur
nomen Iesu morem personæ gerit, quid
mirum hodie vel nomine insigniri? *Ke-
cusum est nomen eius Iesus.*

Caput secundum.

Societatis nostræ ex nomine Iesu
magnalia.

- 85. Nomen Iesu pueros aduersus hostes armat
potentissimos.
- 86. Peculare Societati nostræ à Iesu nomi-
nari.
- 87. Dexteritate magna Societas Iesu misio-
num incumbit ministerio.
- 88. Feliciter exple rei fumentaria sacratissi-
mæ munus.

85. **E**X præditiis aperte innoscit
Equis nam viribus recens nata So-
cietas puerit hostium vires com-
fringere, victorias vndique compara-
re; Societas non solum sub Iesu decet-
tat quemadmodum fortissimi Eccle-
sæ Proceres, sed à Iesu nomen acci-
piens, puerilacū sit, iam matura victo-
rijs reperitur. Iesu etenim nomini da-
rum, pueros armare, vt aduersus for-
tissimos dimiscant hostes, victoriam-
que proprijs viribus inæqualem va-
leant reportare. Dauid adhuc puer per-
cussit Philistheum in fronte. Opuerum
strenuos milites superantem! Quis te

contra hostem armavit, potens Iesus?
Ego (ait), venio ad te in nomine Domini.
1. Re. 17. Ego puerulus, in ermis, ad te
armatum, fortem in nominis Iesu, pote-
tia nitens accedo, quid non reportabo
triumphum? Rem perficit Chryl. *Nec
enim vulgari modo præceit lapidem, sed
prius dixerat. Ego venio ad te in nomi-
ne Domini. Atque hac vox (nomen
videlicet Iesu) lapidem velut manu di-
rexerit in Goliath, hac pauorem in Iesus, et bar-
baro, hac hostis confidentiam fregit. Si no-
men habemus Iesu, cuius vox manū ei-
rigit iacula, instarque tubarum super-
bam illam, corrucere facit exædificatio-
nem, quid mirum, tanta nos exiguo tē-
poris interstitio facinora excitauisset?*

In gentes proculdubio vi toris, uir-
rabiles triumphus illius exercitus, in quo
nomen Iesu. Dominus de Abrahamo.
Et est nomen meum in illo. Exponit Ru-
per. illius præpositionis. In efficacia ni-
Non dixit, super illum, quod commune
est omnium iuxta illud Apoc. 3. Et scri-
bam nomen Dei mei super eum, & no-
men meum nouum; sed In illo, quod
proprium est vnicui. Super omnes Euan-
gelij ministrorum sanctissimorum, do-
ctissimorum, fortissimorum exercitus no-
men. Dei, nomenque Iesu nouum exa-
ratum est. At in vnica Societate Iesu
scriptum, quia proprium (parcite mi-
hi Iesuitæ) hoc nomen Societatis.

Huiusce equidem particula super
aut In differentiam sequitur effectus 87.
Quædam etenim sunt specialia mini-
steria, quæ magna dexteritate exercet
ille in quo nomen Iesu. Duplici teste
roborabo. Vnum do Societatis mis-
siones. Opida nostra Militia percur-
rit, sermo currit velociter, peccatores
inuerterati se se ad bonā frugem conuer-
tunt, per plateas insonat puerorum
cantus prorsus Angelicus, Christiana
proferens

Chryl.
ho. de
Dau.

86.

Ruper.

87.

1. Reg.
17.

Sectio II. Nominis Iesu magnalia. Observatio. VI. 115

proferebat rudimenta, fidei mysteria e-
vulgans, confessiones, quas inualidas
iam diu fecerat verecundia, iterantur.

Quid plura? Non facile potero sermo-
ne fructus aquare, praestantiam huius
ce ministerij magis experimento com-
probandam, quam verbis exprimen-
dam. Enim vero quanta dexteritate

Societas Iesu huiusmodi implet mini-
sterium? Paulus Gentibus statuitur lu-
minare? *Posuit te in lucem gentium.* A-
ctor. 13. Profecto in ipso Iesu nomen

Act. 13.

Act. 9.

fulgurabat. *Vas electianis.* (Christus
ait) *est mihi iste, ut portet nomen meum*
coram Regibus. Act. 9. Annon in Pau-
lo quasi in lampadis vasculo nomen ra-
tilat salutare? *Hoc* (inquit Bernard.)

Bern.
ser. 18.
in Car.

nomen coram Regibus portare iussus est
Bernus, et portabat nomen tanquam lu-
men. In Apostolo tanquam in vase no-
men Iesu? Gentibus igitur specialiter
Paulus salutaris admodum elucescit.

Act. 9.

Alterum testem exhibeo sacra-
tissime Eucharistiae administrationem.

88.

Quis dubitet omnibus sanctissimis E-
uangelij ministris datum Eucharistici
conuiuij ostentare fulgorem, fideles
ad communionis frequentiam allicien-
do? Sed quare, num ex quadraginta

40

horarum solemnibus, ex generalis com-
munionis celebritate, ex inensa quoti-
diana fidelibus apposita, ex celebri conui-
uij apparatus rei frumentariae munus v-
beribus Societas Iesu explere videatur?

Ge. 41

Ioseph olim triticum custodire tradi-
dit, quare Rex *vocavit eum lingua Aegy-
ptiaca Saluatorem, sive Iesum.* Gen. 41.

89.

Et quis nisi Iesu frumenti mystici tam
ornate tam assidue mensas extuderet?
Pulchre ad nostram mentem Rupert.

Ruper.

*Novimus, quod nemo nisi nomen domi-
ni nostri Iesu consequi potest vite alimen-
tum.* Omnibus Evangelicis operarijs
ex nomine Iesu exhibitum hoc epulo

sacratissimo fideles reficere, ad Societa-
ti nominis Iesu speciatim datum sepius
apparatu magnifico Eucharisticam me-
sam celebrare.

OBSERVATIO VI.

Perfectissime Iesus nominis
implet significationem.

NOMINA (aiebat Plato) cum
re consentiant. Diximus Iesu no-
men a salute derivari, dicente
praeterea Isidoro, *Iesus Latine saluta-
ris, sive Saluator interpretatur, pro eo quod*
cunctis gentibus salutaris venit. O quan-
e egregie Iesus implevit salutaris nomi-
nis significationem; re nomini appri-
me consentiente.

89.
Plat.
de sap.
Isidor.
L. 7. e.
cym.

Caput primum.

Iesus a salute hominibus imper-
tenda.

90. Nomen Iesu humanae salutis continet hi-
storiam.
91. Deus saluos faciendi.
92. Presentissimum viatoribus ad omnes a-
gritudines medicamen.
93. Exoneramur a Iesu nos portante, ac simul
beneficio oneramur.
94. Ex Iesu nomine salutaris crucis effe-
ctus.
95. Cadens per fidem Iudaeus a nomine Iesu, ex-
cidit a salute.
96. In nomine Iesu nos saluos fieri oportet.
97. Diabolus incapax effectus salutaris a Iesu
nominis prolatione prohibetur.
98. Procul abest a Iesu nomine damnationis
vocalum.

Imple-
re cura
nominis illu-
stris sig-
nifica-
tionem.
Ad
illud:
Vocari
est no-
men e-
ius Ie-
sus.

90. Bernard. Senb. *In capite* (ait) **D** libri *vita* tanquam caput omnium salutatorum positum est hoc nomen Iesus. Quia videlicet dux est eorum, qui salute aeterna donandi sunt. Ad memoriam reuoca mundum à diluuiio liberatum, Loth à Sodomitico incendio ereptum, Hebraicum populum vinculis solutum, tres pueros ab igne Babylonico immunes, innumeros à varijs periculis fideles ad securitatem reuocatos. An non hæc omnia Iesu nomini saluari debentur? Id equidem tam liberatorum, quam de hinc eripiendorum hominum continet historiam. Cur existimas adfirmantem Chryostomū Abrahami nomē futurarum rerum, imo & præteritarum *historiam habuisse*? An non quia nomen Abrahamæ Iesu nominis mysterium continebat? Luculenter Bernard. *Nomen Iesu est signum representans tibi omnia, quaecumque Deus undique facit propter salutem humana natura.*

91. Hoc inclamat Dauid, *Deus noster Deus saluos facienti & Domini Domini exitus mortis.* Psal. 67. Hebr. *Deus noster Deus saluationum, & Dei Domini euasiones mortis.* August. *Deus saluos facienti est Iesus.* Nec enim vni solummodo homini, aut populo; sed innumeris hominibus ac populis exitit hoc nomen salutare. Iesu etenim *sunt exitus mortis*, seu à morte liberationes, mortis vinculis, peccati compedibus contractis.

92. Salutaris ergo nominis vaiulatoribus facile omnino iter saluare. *Prosperum* (canit Vates) *iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum.* Psalm. 67. Omnes congerendo salutes, noster Iesus ad exitum salutare nos faciet peruenire. D. Lauren. Iustinian. huiusce salutaris medici asperi itineris subleuatoris sic peritiam commendat. *Sitentaris à Diabolo apud sæculi viam constitu-*

tus patriam petens, *si ab omnibus hominibus opprimeris, si conficeris a gratitudine, si doloribus fatigaris, si blasphemias, seu desperationis agitaris spiritu, si concuteris formidine, si dubietate pulsaris, Iesu nomen edito. In arduis, in periculis, in terroribus, in via, in solitudine, in fluctibus, ubicumque exiteris, Saluatoris profer nomen, non ex ore tantum, sed etiam ex corde.*

Apud Regias Bibl. huiusce carminis talis versio extat. *In onus imponet nobis Deus salutem nostram.* Hiero. *Portabit nos Deus.* Et quonammodo portat nos Iesus, si salutem nobis apponit in onus? Num nostram requirit cooperationem? Non inficior. Sed accommodatius ad argumentum, ostenditur nos a Iesu magni muneris pondere onerari, cum à portante iniquitates nostras Iesu exoneramur. Recte Bernard. *Oneriferum est animal homo tempore suæ mortalitatis. Si adhuc portat peccata sua, onus est graue. Si iam forte Iesu portantis beneficio exoneratus est à suis peccatis, minus quidem graue; sed si sanum sapiat, non minus grande onus inueniet hanc ipsam exonerationem. Onerat nos, cum exonerat Deus; onerat beneficio, cum exonerat peccata.*

94. Si mortiferi olim arboris fructus intulit damnationem; Crucis lignum attulit salutem. Nomen autem Iesu, quod Crucis caput ostentabat, quid aliud innuebat, nisi exitiale lignum à Iesu salutiferam naturam induisse? Iam saluat lignum, quod prius in instrumentum exitit damnationis. Id quod Galfridus meditatus, ait, *Scriptus est (inquit) olim titulus Crucis Hebraicè Græcè, & Latine, quod unum hoc lignum salutem omnibus ministraret, quibus illa quondam transgressionis arbor damnationem mortis intulerat.* Nomen itaque Iesu litteris ad omnes gètes spectantibus scribitur, ut osten-

Chryf. ho. de Abr.

Ber. to. 4. ser. 48.

Augul.

Psa 67.

Iustin. ser. de Circū.

93. Pla. 67.

Bernard. ser. 15. in Psal. Qui habitat.

94. Lu. 23.

Galfr. Til.

ut ostendat sibi deberi huiusce ligni exitialem vim in salutes effectus fuisse mutatam.

85. Cur, quæro, Hebræorum familia vbi que terrarum exul tam misere exulata salute? Quia à nomine Iesu longe est segregata. Olim Hebraica simul concinens lingua, hoc nomen dulcissimum exprimebat, quia Hebraicis litteris Cruci Iesu nomen legimus exaratum. Iam Hebræi perfidi à Iesu nomine deturbantur, & consequenter excidunt à salute. Acute Galfrid. *Nunc tibi est lingua tertia, lingua videlicet Hebræorum? Numquid non Christum exaltauit Pater, ut omnis lingua confiteatur illum? Heu Hebræa hodie lingua à Iude Conditoris sola silet. Sola non modulatur, quæ à salutari nomine excidens, (heu) simul concidit à salute, & cum Pharaone demersa suffocatur.*

86. Hinc David, *Galicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.* Psal. 113. *Ut salutem accipias, inuoca Seruatorem. Nomen Domini.* Num *Christum?* Nomen est Regni. Num *Eua-nuelum?* Nam nobiscum Deus commoratur. Num *Deum?* Imo non vocatus Adamum puniturus accutit. Num *Dominum?* Diabolus etiam Dominum aduocans non salute donatur. Num *Principium, Finem, Quæ Dei Verbum, Veritatem?* Silere, solummodo Iesum inuocabo, quia præcipue Iesu nomen mihi insonat salutare. D. Augustinum audite. *In nomine Domini nostri Iesu.*

Angul. ser. 14. de ver. Apol. *Non enim est aliud nomen, in quo oportet saluos fieri nos, nos omnes pusillos cum magis. Si autem fieri oportet nos saluos in hac nomine, sine hoc nomine procul dubio nec saluus erit.*

87. Et quis nam Iesu nomen vnquam inuocauit ex præcordijs, qui salubre id non experiretur? Dei nomen diabolus

vsurpauit. *Cur præcepit (inquit) vos Deus, siue Eloim, quod Iudices interpretatur. Gene. 3. Sed & nomen Iesu fado protulit ore, Iesu Nazarene, venisti ante tempus perdere nos. Luc. 4. Vbi ponderandam accurrit, Christum dæmoné à Iesu nominis inuocatione prohibuisse, dum ait, Obmutescè, cum minime prohibitus ille fuisset à nominis Dei siue Oloim vsurpatione. Quid causæ? Profecto nomen Eloim iudicium significat. Adsumat impune iudicij vocabulum, qui Dei subiaccens tribunalii, æternum torquebitur. At Iesu nomen hallans salutem non audeat ore indigno proferte spiritus nequam, qui salute minime donandus est, dum ore, & corde proferunt illi, qui capaces sunt effectus salutaris.*

Vultis ostendam, quam à nomine Iesu alienum damnationis vocabulum. Recensens D. Paulus peccata illa, que inuadunt gehenna profatur. *Neque fornicatores, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fueres, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces Regnum Dei possidebunt.* 1. Cor. 6. Vbi Augustinus dat quæstioni. *Cur non dixit, Illi, & illi, tales, & tales igne eterno torquebuntur; sed Regnum Dei non possidebunt? Num quia subacta dextera non remanebit nisi sinistra? Quam acute Pater inuicit solutionem! Adijcit enim mox post quæstionem proxima Pauli verba: Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domini nostri Iesu. Ac si diceret, vbi nominis salutaris Iesu memoria peragitur procul absit vocabulum damnationis.*

Gen. 3.

Luc. 4.

98.

1. Cor.

Augul.

Caput secundum.

Religiosi nominis significatione implent. Ad Illud: Vocatum est nomen eius Iesus.

Iesuita ab effectibus mandato salutari-ribus.

99. Datus Societatis exercitus totius orbis defensionem. 100. Totus orbis Iesuitarum habitaculum. 101. Vbi peccator conuertendus, nisi Iesuita. 102. Societas militaris Ordo sanando pugnant.

NVM Societas nostra implet salutari nominis Iesu significationem? Audax fortasse Iesuita dixerim, sufficienter prouisum a Deo circa totius orbis salutem, si vna Societas se se pugna hominum incumbere salutationi, dum eius ministerijs pueri informantur, adolentes instruuntur, viri edocentur, qui vbiq; terrarum omnibus Religionum familijs nomen dantes proximorum salutationi incumbant. Perquirat Rupertus, quare solummodo Machabaei fidelis populi defensionem incumberent, cum Israel a tot tantisque hostibus impugnaretur? Respondet. Saecris fuit illi genti, loco illi prouidere Principes, quales fuerunt Machabaei, quorum praesentibus & victorijs non quareretur, ut illa fieret praesens mundi, sed ut descenderet gens, vnde esset ventura salus mundi. Non solum populi Israelitici Deus commo- dis incubuit vnam Machabaeorum excitans Societatem in fidelis gentis defensionem, verum totius orbis causam assumpsit, si a Machabaeis defendebatur gens, vnde esset salus mundi ventura. Totum orbi sufficiens Societas Iesu, cuius praesentibus ac victorijs gens illa comparatur, instruitur, quae Religionum cunctarum haerescens instituto, in martem ruit totius mundi salutationi curam impendens?

Nostra vocationis est (cum D. Ignatio loquor) diuersa loca peragere, & vi-

rum agere in quavis mundi plaga ubi ma-ius Dei obsequium, & auxilium exspectatur. Israeliticae terrae diuise pars est bus singulis contingit. Tribus autem Leui Dox fortissimus non dedit possessionem sed sacrificia, & victima Domini Dei Israel ipsa est eius hereditas. Ios. 13. Iesuitarum sacerdotalis ordinis domicilium, vbi spiritus confortatus sacrificium Deo offerre meditatur. Vltus mihi Origen. sacerdotalis ordinis nostri instituta praecuisse, dum ait. Hi sunt qui in populo salutandorum sapientia, & scientia operam tribuunt, & mentem suam partem custodiunt, & omnibus praecellens virtutibus excolunt, & simplices ad eundem Ordo sacerdotalis, qui Deis praesentibus & scientia operam impendit, non potuit ad eundem sortem habitationis. Iesus nostrae habitacula sapientibus praebet. Iosue igitur siue Iesus sacerdotali, seu clericali ordini Societatis totum orbem assignat, obla-ta opportunitate, habitaculum.

Ab haeretico nomen Iesu vocatur Ibi adest sacerdotalis ordo summa Magistra in uocatur. A gentibus nomen christianam conuenerunt. In illi ibi Societas Iesu & Domino obsequium, & auxilium peccatoribus miseris praestitum. Dei populum Heliodoro opprimente. Apparuit quidam equus terribilem habens sefferem, & puerum operimentis adornatus, isque cuius imperator Heliodoro priores caelestis istius, & puerum apparuerunt duo ignes. Omnia dicitur, optima gloria, speciosaque amictus, qui circumspiciunt eum, & ex utraque parte singulis abansis Machabeorum. Societatis nostrae Iesu mundicem sequentis, in interprete Strabone hic magna haec recensentur. Heliodorus inuasor, aut spoliator erarij. Domini Paganos, & Haereticos significat. Iesus, quae est (via), & uitas, & uita, ad debellandos inimicos, & deterrendas prauorum

Ruper lib. 10 de uic Ver. c. 25.

AuguA

100.

Ier. ar. p. 6. c. 3. 8. 5.

Ios. 13.

Orige. ho. 17.

118.

88.

101. 2. Macha. 3.

AuguA Ios. 1. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200.

78.

prauorum

præcurum præsumptiones. Duo iuvenes, qui Heliodorum flagellabant sine intermissione, Doctores, qui circumstantes Iesum virtute fidei, ac honorum operum decori, gloria miraculorum optimi, & amictu scientiæ speciosissimi, prædicationibus suis verberant prauorum insensibilitatem. Sic que fiet, ut iste, qui ante templum ingressus est superbus, per correctionem disciplina appareat inuidus. Pulchre plane.

102. Prophetauit Dauid Pluuiam volun-
tariam segregabis Deus hereditatis tuæ, & infirmata est: tu vero perfecisti eam. Animalia tua habitabunt in ea. Psalm. 67. Hebr. loco verbi illius: Animalia est harath, sine Societas. Lxx. Ordo militaris. Mundus igitur præssus infirmitate multos medicos sortitus est, dum Iesu Societas militaris Ordo salutis vacat ægrotorum. Dominus dabit verbum euangelicantibus virtute multa, quia milites & ipsi, instar Iosue, ad ægrotos debellandos. Quid enim (inquit Calsiod.) fortius, quam animas saluare, quæ errorum suorum vitijs poterant interire?

vulnus circumcisionis exprimere. Pro-
fabatur Laert. Plato rogatus, & quid es
set futurum ipsius monumentum, quem ad-
modum superiorum? Primum, inquit,
parandum est nomen, ita monumenta fu-
tura sunt multa: Haud sic nomen Iesu.
Non primum paratur, succedentibus
postea præclaris monumentis; sed
illud ipsum nomen parari, idem est,
ac præclara monumenta oculis præ-
sentare tuis.

Caput primum.

Iesus non tam ex nomine, quam ex
operibus amat agnosci.

Illustria
cogno-
mina si-
ne ope-
ribus
menda-
cia.

- 104. Nomen Iesu magis videndum, quam au-
diendum, quia res.
- 105. Iesus & Emanuel idem; quia Iesus res &
nomen.
- 106. Nomen Iesu magis opus quam nomen.
- 107. Quando Iesu nomen salutem non ope-
ratur?
- 108. Antichristus nomen Iesu, sed sine re no-
minis habebit.

Ad
Illud:
Vocatum
est no-
mene-
ius Ie-
sus.

OBSERVATIO VII.

Quare nomen Iesu fuerit cum
vulnere copulatum?

NATO Domino, Angelus ad
pastores. Natus est vobis hodie
Saluator, id est, Iesus. Mox pasto-
res, Transeamus (inquit) usque in
Bethlehem, & videamus hoc verbum,
quod factum est. Luc. 2. Cur non dixerunt,
Audiamus, si verbum magis ad aures,
quàm ad oculos pertinere videatur? Hoc
verbum equidè factum est, ad visus atti-
net ditionē. Vniuersus, intonante cælo,
populus videbat vocem (Dei scilicet)
apertissime. Exo. 20. Si vox audiri solet,
nō videri: quoniam modo eam populus as-
pectarit? Nū quia Dei vocabula magis
sunt opera? Phi. Quæcumque Deus dicit,
non verba sunt, sed opera, quorū iudicium
non tam penes est aures, quam penes oculos.

103. EVANGELISTA circumcisionis
vulnus expressurus, non di-
xit, Postquam consummati sunt
dies octo, ut circumcideretur Puer, cir-
cumcisisus est; sed loco circumcisionis,
ac vulneris, ait, Vocatum est nomen eius
Iesus. Vt Iesu nomen ipsius sic vulne-
ris expressio. Quia scilicet tam con-
iuncta huic nomini operatio, ut non
aliud fuisset nominare Iesum, quam

Ex. 204.

Phil.
L. de
Decal.

Videamus igitur *verbum hoc*, id est, Iesum te ipsa Saluatorem aspectemus: nō salutem inaniter in sonātem audiamus.

105. Matthæus videtur cum Isaia pugna-
Isai. 7. re. Hic, *Ecce Virgo concipiet, & pariet fi-*
Mat. 1. *lium, & vocabitur nomen eius Emanuel.*

Cap. 7. Ille, *Vocabis nomē eius Iesum.*

Cap. 1. *Iesus certe Saluator, Emanuel au-*

tem Nobiscum Deus interpretatur. Pro-

fecto item vterque præsignauit, in vñi

recidunt & Iesus & Emanuel, adijcien-

te Matthæo, Hoc autem totum factum

est, ut adimpleretur, quod dictum est à Do-

mino per Prophetam dicentem, Ecce Vir-

go in utero habebit, & pariet filium, & vo-

cabunt nomen eius Emanuel, quod interpre-

tatum, Nobiscum Deus. Ibid. Iesu ete-

nim nomen tam est rei, esse tui, ac ope-

ri annexū, ut nullatenus adsit Iesus, quin

nobiscum sit Deus in nominis salutaris

executionem.

106. Id Dominus exprelsit, fatus. *Non mi-*
Ioan. 3. *si Deus Filium suum in mundum, ut iudi-*

cet mundum; sed ut saluetur mundus per

ipsum. Qui credit in eum non iudicatur;

qui autē non credit, iam iudicatus est; quia

non credit in nomine eius. Ioan. 3. Debebat

plane iudicij huiuscemodi causam in

hunc modum reddere. Iam iudicatus est,

quia non credit in eum. Nam si qui credit

in eum, non iudicatur, quia credit in eū;

sic qui non credit debet iudicari, quia in

eum non credit. Quare igitur supposi-

tionem variarit, Quia non credit in nomi-

ne eius? Non ne quia nomen & persona

idem omnino, si perpendas effectus? Ita

plane. Nomen Iesu non titulus sine re,

sed ipsam nobiscum Deum, ipsum Do-

minum, ipsam salutem nobis præsen-

tat.

107. Perspicuus hinc à me Lucae locus
Luc. 4. efferetur. *Quid nobis (clamat Dæmon)*
& tibi, Iesu fili David? Venisti ante tem-
pus perdere nos. Et increpauit illum Iesus

dicens, Obmutescere. Cap. 4. Quare ò Iesu,
non finis dulcissimum nomen ab infer-
nis laudari, Ut in nomine Iesu omne genus Beda.

flectatur cælestium, terrestrium, & inferno-

rum? An non dixit parens tuus David,

Salutem ex inimicis nostris? Equidem si

inimicus salutem ex Iesu nomine incla-

maret, non eum ab ipsius inuocatione

prohiberem. Iteco obmutescere efficio,

quia non salutem, sed damnationē pro-

clamat. Certè vel non inaniter ut tunc

nomen Iesu pro ferretur, miser ille ho-

muntio, cuius labiorum organo vox dia-

boli insonuerat, mox salutaris nominis

in vocatione liberatur. Dæmonium existit

ab illo, & nihil illi nocuit. Beda. Vi virtus

patefacta Saluatoris plures ad uitam sa-

lutis inuitet. Virtus enim Iesu patefacta

tunc non tam ex Dæmonum tortura,

quam ex saluari hominis liberatione;

ut nominis significatio compleatur.

Hinc ò fideles sæculi nouissimi, vn-

denam possitis à Christo Antichristū

discernere; indicabo. Multa aderunt &

ex miraculis, & ex moribus dissimilitu-

dinis documenta. Attamen oculis obji-

cite, illum ab utero depopulatorem, hu-

mani generis destructorem nomine Ie-

su appellandum, & vacuo salutis titulo

notandum esse, complente Christo æ-

ternis operibus salutaris nominis Iesu

significationem. *Multi (inquit Veritas) Ma. 24.*

venient in nomine meo, dicentes, quia ego

sum. Matth. 24. Expende hoc: Quia ego

sum, & confer cum illo: In nomine meo.

Venient quidem in nomine, sed non

sunt; ego autem in Iesu nomine sum id

quod saluari nomine significatur. O. Orig.

rig. *Considera etiam illud, quod multi ve-*

nient in nullo alio, quam in nomine. Solum

enim nomen Christi Antichristus suscipit,

nec opera facit. Luxuria ille, inuidia, ira,

cæterisque nequitijs accendetur in futu-

Caput secundum.

Religi-
giosi ui-
tatur o-
peribus
nō cog-
niti-
ne intli-
tati.

¶ Iesuita magis operibus, quam nomine
nuntur.

- Ad
Illud:
Vocatur
est no-
men e-
ius Ie-
sus.
109. Semper dimicanti Iesuita nunquam tem-
pustubet, quando possit de nudo nomi-
ne gloriari.
110. Nomen Societatis vocatum Iesus, quia
iam mundo salutaris.
111. Ideo ipsum est nomen eius.
112. Societati Iuxta secundum Adam nomen ex
operatione inditi.
113. Ipsi operatio virtutis est pro nomine So-
cietati.
114. Operibus Iesum non secutus priuatur &
nomine.

109. **Q**UOD equidem Iesuita commu-
ni modo viuendi in exterioribus,
(iuxta Ignatij præscriptionem)
utentes, implere conantur, non ex no-
mine Iesu tantum; vel ex vestitu, sed
ex salutaribus operibus cupientes dig-
nolci. Militat Societatis nostra sub mag-
no Imperatore Iesu aduersus Principes
tenebrarum harum, nunquam non in
conflictu est, semper vel docendo, vel
concionando, vel scribendo, vel con-
fessiones audiendo, vel alia exequendo
munia manus cum hoste conserit, vnde
non vacat, quando possit de Iesu nudo
nomine gloriari. Vulgare est, priusquã
exercitus signa conferant, milites præ-
claris ornari ministerijs. Ducum, Tri-
bunorum, Centurionum, aliaque hu-
iusmodi gloriosa nomina pugnaturi
fortiuntur, ex quibus possint efferri. At
interea dum bellum committitur, furor
militaris exardescit, hostesque vulnera-
tur, quis nominis dignitatem meminit,
quando sola potentia nominatur? Quo-
modo in legionibus (Hieron. ait) sunt Du-
ces, sunt Tribuni, sunt Centuriones, commis-
saque pugna, vacant nomina dignitatum,
& sola fortitudo queritur: ut in hoc cam-
po, quo contra demones dimicamus, non

Hiero.
cō. 10.

queruntur nomina; sed opera: & gloriosior
ille sub vero Imperatore Iesu non qui no-
bilibior, sed qui fortior. Cum igitur semper
Societatis Iesu milites cum hostibus co-
tercent, nunquam non prælium faciat;
haud tempus sortiuntur exiguum, quo
possint de nudo præclarissimo nomine
gloriari; sed totum eorum studium in
roboris, ac fortitudinis constantia im-
penditur.

Quare existimas Societatem nostram
à Iesu nomine compellatam? Non cer-
te quia debebat deinceps hominum sa-
luti vacare; sed vocatum est nomen eius
Iesus, quia iam ab utero, imò ante con-
ceptionem cum peregrinus Ignatius sa-
lutaris incolis orbem peragrabat, iam
utilitati, ac saluti proximorum incum-
bebat. Christus non accepit nomen sa-
lutis solum ut mundo salutaris exilte-
ret; sed quia Saluator iam erat ab ute-
ro, imò priusquam in utero conciperetur.
Pulchrè D. Bern. Vocatum est plane non
impositum. Nempe hoc nomen ei est ab æ-
terno, à natura habet, ut sit Saluator, in-
naturum est ei nomen hoc, non inditum ab hu-
mana, aut Angelica creatura. Societati
accommoda.

Quæcumque nomina Adam creatu-
ræ imposuit, ipsum est nomen eius. Ge. 3.
Si tunc nomina induntur, quoniam mo-
do iam est ipsum nomen earum? Quia
iam est illud, quod nominatur, iam exi-
stit operatio, per quam nomen vnici-
que aptatur creaturæ. Iam leo (ver. gra.)
à natura habebat insitum id, cui leonis
nomen congrueret Nomen Iesu Do-
minicis operibus accommodatur, non
opera nomini præmissis adnectuntur.
Iam etenim ipse ab æternitate, ab ute-
ro Paterno, priusquam in Matris utero
concuperetur, erat Iesus, siuè Saluator.
Rectè Abbas Cellen. Hic virtutem non
inferiorem nomini suo implet, quinimo &

III.
Gen. 3.

Cellen.

tempore excellentiorem. Parum dixi, & tempore; melius dicerem, aternitate. Vnde Iesus nominato in tempore, ipsum est nomen eius, quippe cum operibus præmissis sit accemmodatum. Haud aliter (seruata proportione) non ideo Societas nostra Iesu nomen accepit solummodo, vt de hinc saluti proximorum studeat; sed quia priusquam in vtero conciperetur, iam Ignatij recens exorta soboles mundum illustrabat, iam Xaverius ad Indorum, Iaponiorumque pondus suscipiendum proficiscebatur, iam Lainius, Bobadilla, Paschasius reliquique fortissimi Socij aduersus vitia dimicabant, iam ipse Ignatius Romæ commorans illustres Duci Iesu victorias obtulerat, sacrauerat.

II 2.
Gen. 2.

Societas ergo Iesu ab ipsa re potius, quam à salutari nomine nuncupatur. Adamo dormiente, è costa eius suscitatur Eua viri Societas; quia non erat bonum hominem esse solum. Quid tunc Adam? *Hæc vocabitur Virago, quia de viro sumpta est.* Gen. 2. Lipo. ibi. *Theodotion aliam etymologiam suspicatur. Hæc vocabitur Assumptio, quia de viro assumpta est.* Adami Societas ab Adamo viro Virago vocatur. Sed vt ostendatur, nequaquam vacuum nomen accepisse, illud vocari Viraginem, idem est ac Assumptionem vocitari. Quod equidem nomen non tantum ab appellatione viri, quam ab ipso effectu, seu opere assumptionis illius est deriuatum. Societati sue Adamus nomen ex operatione indit? Iesus similiter suæ Societati dat nomē, quod non solum ex Iesu nomine, sed ex Iesu præclaris operibus assumptum. Aiebat aliquando Demost. *Non decet ex nominis significatione de moribus, seu de operibus iudicare.* Attamen (hoc mihi liceat Iesuitæ) audito Societatis Iesu nomine, mox menti cordatæ opera

Lipo.

egregia ex Iesu Ducis fulgore obijciuntur.

Imo ipsa virtutis operatio est nostræ Societati pro nomine. Dauid, *Beatus vir, cuius est nomen Domini spes eius, & non respexit in vanitates, & insanias falsas.* Plal. 39. *Nomen Domini Incognitus Iesu nomen interpretatur.* Beatus igitur vir, cuius nomen Iesu est spes eius id est, cuius spei virtus est illi pro nomine Iesu; vt magis re nominis, qua vocabalo effulgeat, ad quod (vanitate certe, & insaniam falsam cum operibus minime completur) aliqui vanitatis respiciunt amatores. Vultis o Socij Iesu vestram nomen implere? Virtutes, quæ in Iesu nomine rutilant, imitari curate. Nam cum nomino Iesum (loquor cum Bern.) *hominem mihi propono mitem, humilem corde, benignum, sobrium, castum, misericordem, & omni sanctitate conspicuum, eundemque ipsum Deum omnipotentem, qui suo me exemplo sanet, & roborat adiutorio.* Hæc omnia mihi sonant, cum insonuerit Iesus. Sumo mihi exempla de mine, & auxilium a potente. Qui te audit esse Iesuitam, siue socium Iesu, sibi arbitratur in exemplum dari, & in auxiliatorem, Iesu virtutibus, & fortitudine coruscantem.

Proh dolor! quam misere à nomine Iesu excidit, qui vacuo Iesu nomine gloriatur, nec exempla parentum procurat implere. *Memoria Iosia in compositionem odoris facta opus pigmentarij.* Eccl. 49. *Hauius filius Eliacim impiissimus fuit.* Vnde qui Dei nomine inaniter gloriabatur (Elenim nomen Dei) nomine merito est spollatus. *Regemque constituit Pharaon Nechao Eliacim filium Iosia pro Iosia patre eius, vertitque nomen eius Iocim.* 4. Reg. 23. Quare Eliacim Dei nomine El priuatur? Quia indignus præclarissimo hoc nomine insigni,

II 3.
Pla. 39.Bern.
Ser. 15.
in can.

II 4.

Eccles.
49.4. Reg.
23.

niti,

nisi qui patris gesta, ac virtutes non est
iunitatus si musca morientes per dunt suau
tat in unguenti, seu, quisquis peccat (Ly
ran.) *disperdit nomen, quod simile erat o-*
leum effusum, suavisimum unguen-
tam, & spoliatur nomine, & a Societa-
te misere deturbatur.

In principio creavit Deus caelum. Gene. 1.
Oleat. In principio creavit Iehouah caeli. Ge. 1.
Iehouah autem Episc. Chrytopolit. au-
ctore) idem est, quod Iesus: *Creavit caeli*
Inuatur (vbi ait Alicui.) creata (pi-
ritualis ab exordio perfecta. Existimat
Strab. illico post caeli Empyre imolitio-
nem Angelis replatum esse, vt videlicet
nomen Creatoris efferrent iuxta illud
Vbi eras, cum me laudarent astra maturi-
na? Job 38. Iehouah igitur caelo seu
Angelis apte adnectitur, quia Iehouah
siue Iesus primum Angelos creauit lau-
datores. Vt ostendatur, quam Angelis
adnatum & hoc nomen ore assumere,
& praconis celebrare.

OBSERVATIO VIII.

Nomen Iesu invocaturis pu-
ritas necessaria.

115.

CVR ab Angelo primum, non
ab homine nomen hoc sanctissi-
mum fuit prolatum? Respondet
Ansel. *Non decuit tam gloriosum nomen*
primum ab hominibus appellari, sed ab ex-
cellentiori natura.

Enim vero ex hominibus Moyses
primum Iesu sacratissimum nomen
promulgauit. Nam cum in Israel bel-
lum committerent, Moyses vocatus
sum, & dicit ad eum, *Elige tibi viros, &*
pugna contra Amalech. Exo. 17. Prote-
cto si aduerfas, quidam dux iste fuerit
Iesum nominantem, potius eum Ange-
lum vocitabis, quam hominem. Sicut
ego (inquit Dominus) misit Angelum
meum, qui praecedat te. Exo. 3. Caiet. Per
Angelum dicitur Dominus vocosum. Si
Moyses puritate nitebatur Angelicam
quid mirum ei commissum, in terris pri-
mum nomen Iesu puro ore pro fer-
re?

Caput primum.

Nomen Iesu ab Angelis profe-
rendum.

Dei no-
minis
ore
profe-
rendi
reuerē-
tia

Ad
illud:
Quod
voca-
tū est
ab An-
gelo.

116.

PREMVM profecto Angelus pro-
tulit Iesu nomen non solum quan-
do *Vocatum est nomen Iesu ab An-*
gelo priusquam in vtero conciperetur, sed
ab ipso iam olim creationis verbulo.

Comatus Icaias dulcissimum nomen
euulgare Iesu, ait. *Parvulus natus est no-*
bis, & Filius datus est nobis. Et vocabi-
tur nomen eius, & dicitur abilis, Consiliarius,
Deus, Fortis, Pater futuri seculi, Princeps
pauperum. Cap. 9. Facilius dimisisset. Parvulus
natus est nobis, & vocatum est nomen eius
Iesus. Ex cordis abundantia Verbes tot se-
sum inuenientia vocabula exprimit, sed
non omnino audeat salutarē nomen pro-
ferre Pulchre. Bernar. Exultauit Icaias,
vt videret diem hunc, & vidit, & ga-
uisus

Nomen
Iesu
118.
119.
120.
121.
122.
123.
124.
125.
126.
127.
128.
129.
130.
131.
132.
133.
134.
135.
136.
137.
138.
139.
140.
141.
142.
143.
144.
145.
146.
147.
148.
149.
150.
151.
152.
153.
154.
155.
156.
157.
158.
159.
160.
161.
162.
163.
164.
165.
166.
167.
168.
169.
170.
171.
172.
173.
174.
175.
176.
177.
178.
179.
180.
181.
182.
183.
184.
185.
186.
187.
188.
189.
190.
191.
192.
193.
194.
195.
196.
197.
198.
199.
200.

u. i. s. u. est. Denique & loquebatur gratulandus & laudans Deum: Puer natus est nobis, & vocabitur nomen eius. Quid vocabitur? Dicam aperte, vocabitur Iesus. Proh hominis audacia! Vocabitur Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis &c. Sed ubi est nomen, quod est super omne nomen, nomē Iesu? Respondet melli suo Abbas ore Propheta. In his omnibus nomen illum inuenies, sed expressum quodammodo, & effusum. Exprime hasce appellationes, Iesu nominis oleum reddundabit, quod quidem haud sum aperte ausus nominare, quia munus est Angelorum.

II 9. Euangelicum Isaiam Matthæus Euangelista imitatus, ait, Christi generatio sic erat. Cap. I. Cur proprium personæ nomen non potius expressit, Iesu generatio sic erat, sed nomen officij? Existimo Euangelistam ab Iesu nomine abstinuisse, ob reuerentiā illud relinquens Angelo euulgandum. Didici à Pascha. *Christi nomen solum sine aditamento Iesu hic posuisse creditur; ut cum intellexeras, de qua Propheta dixerat, Vixit te Deus tuus oleo letitia. Et nomen Iesu, quod substantiualiter illi inerat, Angelo dicendum reseruaui.*

Caput secundum.

Nomē Iesu inuocaturorum pu. itas. Ad Illud: Quod. uoca. iū est ab An gela.

120. Iesu ita Angeli, ut nomen Iesu ore proferant.
121. Angelorum Iesuitarum cantus nomen Iesu.
122. Ore & opatibus Socij nostri nomen Iesu proficiunt.
123. Vbi Iesu nomen resonat inibi celestium Spirituum coherentium domicilium.
124. Haud apte gerit Iesuita typum, qui Angelica non inter puritate.
125. Iesuita, instar Iosue Angeli.

MIRABAR aliquando illam loquendi rationem, qua D. Ignat. Societatis castimoniā exprimebat. *Qua ad votum (ait) castitatis pertinent, interpretatione non indigent, cum cōstet, quam perfectē sit obseruanda; nempe emittendo Angelicam puritatem imitari & corporis, & mentis nostræ munditia.* Angelos cupit Ignatius Societatis alūnos. Quare? Quia sæpe nomen Iesu debent cantibus concelebrare. Nos D. Vincent. Ferrar. iam olim concinentes audiuit, cuius sententia nostræ Societatis (vti non infimæ notæ auctoribus placet) extitit uaticinium. *Ac creditandus est nobis (inquit) status uirorum Euangelicorum futurus, pauperrimorum, simplicissimorum, mansuetorum, humilium, abiectorum, charitate ardentissima sibi coniunctorum, nihil cogitantium, ac sapientium nisi solum Iesum.* Adijcit post plura. *Et per conuersationes imaginare debes eos ipsos, ut canentes canticum Angelorum in iubilo citharizarum in cubatibus suis.* Quod nam hoc Iesuitarum Angelorum canticum, si nihil cogitabant nisi solum Iesum? Iesus profecto canticum materiam suppeditabit. Quam apte à Vincentio Angeli describuntur, ac requiruntur Iesuitæ ut continuo nomen Iesu ore proferant!

— Apud Societatis habitacula Iesu per sonat nomen? Celestem inibi curiam expressam intueor, omnes domesticos Iesu Angelos contemplet. *In omni (Filius Dei ait) priusquam carnem adsumeret) loco, in quo memoria fuerit nominis mei, ueniā ad te, & benedicam tibi.* Exo. 20. Vbi Lipom. *In Chaldo habetur. In omni loco, in quo habitare fecero gloriam meam. Gloriā nomen appellauit, quia ubi fuerit nomen Dei ibi ad sit celestis curia. Angelicque exercitus commorentur necesse est, ad ineffabilis*

121. Ignat. Vincēt. trac. de vit. spī. 122. 123. 124. 125. Lipom. 121.

bilis nominis prolationem.

ribus etiam alienigenis implicitos. Et quoniam modo Sacerdotalis familia Iesum, eiusque referet Iesuitas, si Angelorum familia non est?

Ecce ego (inquit Dominus) mittam Angelum meum, qui pracedat te, & intro ducat in locum, quem preparavi. Observa eum, & audi vocem eius, nec contemnendum putes; quia non dimittet, cum peccaveris; & est nomen meum in illo. Exo. 23. Ad quem locum Raban. Per hunc Angelum intellige Iosue, seu Iesum secundum ducem populi. Iesus Societatis nostrae dux primus dux christiani populi est; Societas autem Iesu dux secundus apte nominatur. At sub Angeli typo (mittam Angelum meum) ideo est figurata, quia Iesu appellationis assumptio ad Angelos spectat, ut scilicet primum valeant Ducem Iesum ore proferre.

123. ostendit mihi Dominus Iesum Sacerdotem
Zac. 3. magnum stantem coram Angelo, & sciam stabat ante, pedes eius, & adversaretur ei. Cap. 3. Queritur, vtrum praedictus Iesus Sacerdos, eiusque Sacerdotes filii Iesum Sacerdotem magnum secundum ordinem Melchiselech exprimant, ipsiusque Sacerdotes Iesuitas in salute animarum operam impedentes? Quid quid plures interpretes scripserint, ab eis sum, qui negant potuisse Iesum Sacerdotem, eiusque filios typum gerere Ducis nostri Iesu, eiusque militum, eorum, inquam, quicumque animorum invigilant salutem. Ratio est in promptu, quia Sacerdos ille Iesus uxorem ducens alienigenam (vbi Hieron. adnotat) filios habuit ab Angelica, quae Sacerdotes decet Iesuitas, puritate cadentes, vxo

SECTIO II.

Nominis IESV magnalia.

TEXTVS.

Nomen eius IESVS.

A superiori Sectione litteram perquire.

OBSERVATIO I.

MORALIS PANEGYRICA

CIRCA LITTERAM.

Nomen IESV oleum effusum.

§. I. NON Iesu meo Societatis alumnus satisfaciam, nisi huiusce nominis laudibus preferendis parumper incumbam. Quid mirum effundatur sermo, si oleum effusum nomen

Iesu. Cant. 1. Quam equidem olei metaphoram sic D. Bern. Iesu nomini accommodat. Est proculdubio inter oleum & nomen Sponsi similitudo, nec ociose Spiritus sanctus alterutrum comparavit. Ego autem

autem

autem dico in triplici qualitate olei, quod lucet, pascit, & coniungit. Fonet ignem, nutrit carnes, lenit dolorem, lux cibus, medicina. Vide idem nunc & de Sponsi nomine, lucet predicatum, pascit recogitatum, inuocatum lenit, & coniungit. Illustro Doctoris testimonium.

Caput primum.

Pro-
prium
Regis,
Prelati,
& cuius-
vis elu-
centis,

¶ Nomen Iesu oleum ex sui insumptione relucens.

- 1. Oleo lucenti huic ad natam infumit.
- 2. Iesus moriendo saluat.
- 3. Dominicæ mortis causa, quia Iesus oleum erat ex insumptione emicans.
- 4. Apparet Saluator ex eo, quod insumptus decumbit.
- 5. Noluit sine sui insumptione illuminare.
- 6. Regnum Iesu lucis, & ideo morti Christus addicitur.

Ad
Ilud:
Nomen
eius Ie-
sus.

2.
Bernardus
citatur.

L V C E T nomen Iesu predicatum. Et quidem olei instar, infumitur Iesus, vt eluceat. Id quod idē Bernardus adnotauit. Hoc nomen coram Regibus, & gentibus, & filiis Israel portare iussus est Apostolus, & portabat nomen tanquam lumen, & illuminabat patriam, & clamabat ubique, Nox precessit, dies autem appropinquauit; abiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Et monstrabat omnibus lucernam super candelabrum, annuncians omni loco Iesum, & hunc crucifixum. Igitur Iesu nomen luci ac simul oleo insumendo quidem vt luceat, designatur.

3.
Psalm. 67.

Quam equidem Iesu conditionem expressit David fatus. Deus noster Deus saluos facienti, & Domini Domini exitus mortis. Psalm. 67. Deus saluos facienti Iesus est. Sed quomodo saluat? Quo-

modo lux hæc salutatis expenditur? Domini Domini exitus mortis. Mortis traditur Iesus, vt insumptus eluceat. Augustinus acutè excogitauit: Deus saluos facienti Dominus est Iesus, quod interpretatur Saluator, siue salutatis. Nam ratio nominis huius hæc reddita est. Saluum faciet populum suum. In quorum peccatorum remissionem quoniam sanguis eius effusus est, non vtiq; oportuit eum de hac vita exitus alias habere, quam mortis. Ideo cum dictum esset, Deus noster saluos facienti, continuo subiunctum est, & Domini exitus mortis. Vt ostenderetur, (attende) moriendo saluos esse facturum. Oleum enim hoc relucet insumptum.

Iam causam Dominicæ mortis cognoscere datur. Passuerunt super caput eius causam eius scriptam, Iesus Nazarenus. Matth. 27. Et quam nam causam, si nullam in Iesu Pilatus capitalem inuenit? Nonne Iesus? Hæc mortis causa. Si oleum est, si lucet, opus est, vt infumatur. Ambrosius Lego causam super caput eius scriptam. Quid legis? Iesus Nazarenus Rex Iudæorum. Nonne Iesus innocens, quem nullus arguere de crimine valeat? Nonne Nazarenus virtutum floribus stipatus? Nonne Rex Iudæorum populo salutatis dignus qui aeternum viuat? Vbi nam igitur adest Christi necis causa? Iesus est lucens. An lucerna affolet sine in minutione lucere?

Magnum hoc luminare occiduo expirauit peribulo. Vidit in Cantu Centurio, quod factum fuerat, glorificauit Deum, dicens. Vere hic homo iustus erat. Lucæ. 23. Matthæus autem. Vere Filius Dei erat iste. Cap. 27. Ex quo eum omnes creaturarum conditorem, mundi seruatorem es contemplatus. Quia obsecrati mundi luminaria obijciuntur? Quia laetè clamitans se ab illo petiit paradiso donari? Quia terra contremiscit? Quia post

Auguf.
1.17. de
cin. c.
18.

4.
Ma. 27.

Amb.
1.10. in
Luc.

Lu. 23
Ma. 27

I. 2

tot tormenta, valida voce emissa, an-
 mam tradidit? Profecto ex eo, quod sic
 clamans expiravit, seu quod lucerna ex-
 tincta est, orbem, calso edito clamore,
 illuminando, ego simul illuminatus e-
 xurgit. Strab. apposite. *Videns Centu-
 rios, quod inu habere potestatem emittendi
 spiritum, quod non haberet nisi cum dicit
 animam.* Quas e quidem, oleo in sum-
 pro, salutari lumine complet.

Strab.

6. Obijcientes forsam Cæcis titulu,
 Iesus Nazarenus Rex Iudeorum, hostes
 inelamant. *Si Rex Israel est, descende
 de Cruce, & credimus ei.* Math. 27. Qua-
 re igitur non descendit, ut facili trium-
 pho Iudeos ad credulitatem afferret?
 Quia illud ipsum e Cruce descendere,
 se quodammodo negare Saluatorem ex-
 titisset. Nomen enim Iesu, quod est o-
 leu, & lume, nullatenus illucescere vult

Athan. cit. *quin simul insumatur. Athan. sic, Domi-
 nus re vera Saluator, siue Iesus, non in se
 saluando, sed in creatura redimenda, Sal-
 uatorem se esse innotescere volebat.*

7. Iam calleo Dominice sententia
 Ioa. 18. *Si ex hoc mundo esset Regnum meum,
 ministri mei decerent, & non traderet
 Iudeis. Nunc autem Regnum meum non
 est hunc.* Ioa. 18. Regna tenebrarum ha-
 rum non insumuntur, quia minime pos-
 sunt elucere. At Iesu Regnum lumina-
 re clarissimum, lucendo quodam mo-
 do insumitur. Chryl. *Hoc dicit, quonia
 non tenet Regnum, ut Reges terreni tenet,
 sed quonia desuper habet principatu, qui
 non est humanus, sed multo clarior, imo so-
 lus clarissimus. Si clarissimum elucet
 Regnum Iesu, quonammodo volet ab
 insumptione, oleum utique, contineri?
 Haud sic terrena imperia, nec lucent
 nec obsubditorum vilitatem consumun-
 tur; (illico tamen miserè consumenda)
 quia Regna sunt tenebrarum harum. O-
 leum effusum, nomen tuum. Can. 1. Amb.*

Chryl. ho. 82. in Ioa.

Oleum exinanitum. Lampa si igitur ap-
 ponatur lux, oleum insumatur. Non ne
 exiit sanguis & aqua ex Saluatoris late-
 re vulnerato? Præcipit profecto oleu
 in sumendum, vult sanguinis exauri-
 ter, lampas euacuatur, in qua aqua prodiit
 quasi affirmans oleum vltique eadem quanti-
 subraissam omnino exinanitum.

Loa. 19

Caput secundum.

*Nomen Iesu oleum pascens, & induens
 fideles.*

Chris-
 tus do-
 bis ci-
 bus &
 indu-
 mentu.
 Ad
 illud:
 Vocatu
 est no-
 men e-
 ius Ie-
 sus.

- 8. Omnia sine Iesu oleo insipida.
- 9. Valida famis, Iesu nominis suavitate exfa-
 tiatur.
- 10. Iesu oleum pastor est consequenter.
- 11. Ioseph Saluator pastor necessario fuit.
- 12. Oleo nominis Iesu fidelium vestimenta
 preparatur.
- 13. Iesus agnus, cuius lana operimur.

NOMEN item Iesu olei in mo-
 rem pascit recognatum. Id probat
 Bernard. subijciens. *An non totus
 confortaris quoties Iesu nominis recordaris?
 Quid æque mentem cogitantis impinguat?
 Quid ita excitatos reparat sensus, virtu-
 tem roborat, & egetat bonos mores, atque ho-
 nestos, castas fouet affectiones? Aridus est
 omnis animæ cibus, si non oleo isto infundi-
 tur, insipidus est, si non hoc sale conditur.
 Parum esset nominis Iesu munificen-
 tia tantum pascere suos, si non simul in-
 duere dignaretur. Est enim mater fami-
 lias, de qua sapiens. Surrexit de nocte, de-
 ditque prædam domesticis suis, & cibaria
 ancillis suis. Num officium matris fami-
 lias impleret, si non etiam domesticis
 vestimenta prepararet? Quasiuit lanam
 & linum. Omnes enim domestici eius ve-
 stiti sunt duplicitus. Proue. 3. Hæc no-*

8. Bern.
 citat.

Pro. 31.

minis

minis Iesu effusi olei munia, cibi ac ve-
1 inrenti domesticos suos abundantia
concre.

9. Quid de matris familias huiusce præ-
parata alimonia? Nulla tam ingens fami-
mes, quæ dulcissimo Iesu nominis ali-
mentis non compleatur. *Conuertentur
Pf. 58. ad vesperam, & famem patientur, ut ca-
Calsio. nes.* Psalm. 58. Vbi Calsiod. *De ijs loquitur,
qui infine credituri sunt. Cum enim sub-
introierit plenitudo gentium, tunc omnis Is-
rael saluus erit.* Patietur pressa fame va-
lida misera Synagoga, sed suauissimo
tandem Iesu nominis cibo saturabitur.
Attigit hoc Bern. fatus. *Habuit Iudaea
Bern. quosdam Iesus, quorum vacuis gloriaba-
vbil. tur vocabulis. Illa enim non pascunt. Id
circo Synagoga est fame, & infirmitate la-
borans. Nec saturabitur, quo usque sciat
meum Iesum dominari. Iacob, & finium
terra, & conuertatur ad vesperam, & fa-
mem patietur, ut canes.* Conditio prære-
quisita, vt Synagoga nomine Iesu done-
tur, fame premi, vt vtiliter tam ingenti
possit saturitate frui, Iesu nomine va-
cua vasa non pauca repleturo.

10. Postquam dixit sponsa. *Oleum effus-
sum nomen tuum.* Inferius adiecit. *Indi-
Can. 1. ca mihi, quem diligit anima mea, ubi pas-
cas?* Cant. 1. Paulo superius ò Regina,
cum Regem nominasti, *Introduxit me
Rex in cellaria sua.* Iam appellas pasto-
rem? Quoniam, ais, modo nomen Iesu
oleum erit effusum, nisi pastoris mox
officio fungatur? *Oleum* (ait Bern.) *pas-
cit.* Si pascit oleum Iesu, cur id non pa-
storem hominum vocitabo? *Indica mi-
hi, ubi pascas?*

11. Ioseph Aegyptiorum Saluator ty-
pum egit Iesu Seruatoris. *Inde Pastor
Ge. 49. egressus est lapis Israel.* Gen. 49. Rupert.
Ruper. *Ipsè Ioseph seu Saluator pastor egressus di-
citur. Nam dicit. Ego pascam vos, & par-
uulos vestros.* Et quando Saluator, Iesus

inquam, simul pastor non est?

An non parat mater illa familias sue
Iesu nomen suis domesticis vestimen-
ta? Mittens manus ad forcias digitis fu-
fum apprehendentibus, ac lana colo ap-
pensa, ducit fila ad texendum ministran-
tibus indumenta. Porro ea est lanæ na-
tura, quod non possit absque olei asper-
sione ad telam præparari. Oleum igitur
nominis Iesu non solum pascit fa-
melicos, sed & nudis præstat indumen-
tum. Querit Bern. ad illud: *Oleum effus-
sum nomen tuum,* cur Iesu nomen oleum
appellatur? & respondet. *Non aliud esse
reor, nisi quod fortis mulier sapientia misit
olanum ad colum, & digiti eius apprahen-
derunt fufum. Nouit enim modicam lanam
in longum producere filum, atque in tela ex-
tendere latitudinem, & sic omnes dome-
sticos suos vestire duplicibus. Oleum
namque nominis Iesu lanæ infusum,
eam aptam ad opus reddit efficien-
dum.*

13. Pastor Iesus simul & Agnus, vnde
facile potest propria lana fideles induere.
Fuit autem Abel pastor ouium. Gen. 4.
Ruper. in Abelis innocuo sanguine ef-
fuso Iesum mundi ex profluenti san-
guine Seruatorem est veneratus. Hiero.
ait. *Hic Agnus est, cuius cruor linitus in
postibus exterminatorem fugabat Aegypti.*
En Saluator, en Iesus. Non solum (per-
git ille) *sanguine suo nos redemit sed & la-
nis operuit, ut algere in fidelitate sua ve-
ste calefaceret.*

Caput tertium.

1. Nomen Iesu oleum inungens, & sa-
mans agrotantes.

12.

Bernardus
ibid.

13.

Gen. 4.

Hiero.

in c. 53.

14.

Aduer-
sūtena
menea
præsi-
diū no-
minis
Iesu in-
uocatio

- Ad illud: *Nomē eius Iesus*
14. Nomen Iesu aduersus omnia crimina medicamen.
 15. Super nostra vulnera vnguentum.
 16. Iesus haud capax aegritudinis totam in nos egrotantes, vim nominis salutaris impendit.
 17. Nominis huiusce oleum præ timore arefcentes exhilarat.
 18. Iugum vitiorum oleum hoc facit computrere.

mini Iesu correspondeat. Verum *si* idem est ac *super vulnus*. Quasi diceret, *Nomē Iesu super vulnus tūc externum, seu materiariū Circumcisionis Dominicæ, nunc autem super interna, ac vera peccatorū vulnera adest medicamen. Super vulnus* (inquit Amb.) *Quid est nisi medicamentū quo vulneris acerbitas mitigatur? Super vulnus hoc oleū infunditur, ut omnis vulneris acerbitas molliatur.*

14. Bernar.

MEDICINA denique est salutaris nominis oleum. Bern. ad hæc, *Tristatur aliquis vestrum? Veniat in cor Iesus, & inde saluat in os, & ecce ad exortum nominis lumen nubilum omne diffugit, redit serenum. Labitur quis in crimen, currit in super ad laqueum mortis desperando. Nonne, si renunciet nomen vitæ, confestim respicit ad vitam? Inuoca me (ait) in die tribulationis, erit in te, & honorificabis me medicum sapientissimum. Nihil ita ira impetum cohibet, superbia tumorem sedat, sanat laboris vulnus, restringit luxuria fluxum, extinguit libidinis flammam sicum temperat auaritie.*

15. Epiph. con. hz. l. 1.

D. Epiph. Iesus Hebr. lingua creator appellatur, aut medicus. Medicum equidem peritum (humanis alloquor) peritorem medicatarum aegritudinum reddit experimētum. Sapientissimus medicus Iesus (quando experimento posset indigere) huiusce olei nominis salutaris efficacitatem expertus esset, cum in similitudine carnis peccati apparens circumcisionis fuit vulnere affectus. Tunc nominis Iesu oleum effusum super vulnus, leniuit dolorem, vulneribusque nostris veris vtique probatissimum reliquit vnguentum. Approbat D. Ambros. dum edocet nominis Iehouah litteram Hebræam *sin* addendam, vt no-

Ambr. Ser. 21. in Psal. 118.

Hoc enim habet medicus Iesus præstantissimum, quod ipse non indigeat medicaminæ; quia ægus salutaris medicina, non valetibus præparatur. Pendente Iesu è patibulo, nonini vitali hostes improperabāt, dum dicerent, *Alios saluos fecit se ipsum non potest saluum facere* Mat. 27. Quid Iesum illum vocitatis? Vbi nam salus? Vbi nam medicina, si sibi ipse haud valet salutaris exillere? *Medicè, cura te ipsum.* Se equidem sanare non potest, quia æger nō est. Vnde totam ægrotantibus nobis, salutaris nominis confert efficaciam. Athan. pulchriè excogitauit, *Dominus re vera Seruator, qui non sua, sed nostra quereret; non in se saluando, sed in creatura redimendā. Saluatore se esse innotescere volebat. Non enim medicus eo, quod se ipsum seruat, declaratur medicus. Itaque Dominus non se ipsum saluauit, siquidē nulla salute indigebat, cuius esset Saluator. Sed ex suis in alios beneficijs voluit Saluator declarari.* Hactenus Pater,

16

Mat. 27.

Athân. Euzng. de Pall.

Iam verò Bernardi testimonium accuratius expendo. *Tristatur aliquis vestrum? Veniat in cor Iesus, &c.* Quid nam te ad tristitiam impellit? Nubes ne illa iudicialis Christi feraculum, quando homines præ timore exarescent? Luc. 21. Christus vinctus Luc. 21.

17

oleo lætitiæ, non vt sibi referuet; sed
 p̄a participibus. Arescentibus itaque
 hominibus medicamen adhibeatur,
 adlit inuocatus Christus, adlit Ie-
 sus. Christus vnctus unget, Iesus
 oleum exiit, ariditas timoris parēs
 tristitiæ coram certa salute profligabitur.
 Mecum sentit Chrysol. *A chrisimate vocatus est Christus, qui di-
 uinitatis unguentum aridis iam mor-
 tuorum membris pius medicator infudit.
 Et vt a chrisimate Christus, sic Iesus
 vocatus est a salute. Qui ob hoc nos di-
 uino infudit unguento, vt agris certam
 salutem, per artem perpetuam redaret
 sanitatem. Quid mirum iustitiæ so-
 lem timentibus iudicij aduentum
 exoriri leuandis, si in pennis eius
 inuncti equidem nominis Iesu sani-
 tas volitat?*

18. *Nihil (concludit Pater) ita ira
 impetum cohibet &c. Vitiatorum huius-
 modi iuga a facie Iesu olei auferun-
 tur. Et erit in die illa auferetur onus e-
 ius de humero tuo, & iugum eius a col-
 lo tuo, & computescet iugum a facie olei.*
 Ifai. 10. *Et quomodo iugum
 computescet? Infirmabitur, & tan-
 quam lignum putrefactum commi-
 natum proieietur. Gilleber. Com-
 putescet iugum a facie olei, ex quo ce-
 pimus nomine alio vocari, & inuoca-
 tum est super nos nomen secundi Adam
 eius. oleum effusum nomen eius. Solus
 nominis Iesu conspectus potens ty-
 rannidis peccatorum iugum com-
 minatum putredine excutere.*

OBSERVATIO II.

¶ *Ineffabilis Iesu nominis Dul-
 cedo.*

ALIA metaphora Bernardus
 Iesu nomine mellifluus, eius
 profectus est præconia. *Iesus (ait)
 mel in ore, in aure melos, in corac ubi-
 lus. Id quod triplici similiter Capite
 illustrabo.*

Caput primum.

¶ *Nomen mel suauissimum diffuens
 misericordia.*

20. Nomen Iesu amplexado sanat.
21. Dulcius ideo Iesum ore proferimus.
22. Ad Iesum suauissimum accedere pecca-
 tor minimè vereatur.
23. Iesus damnat eos, qui haud valent ex-
 cuffari.

Suaui-
 medici-
 na effica-
 cior vul-
 neri pec-
 catoru.

Ad
 Illud:
 Nomen
 eius Ie-
 sus.

Nihil non suaue in Iesu reperi-
 tur. Medicamentorum plane
 aliud dulce, aliud amarum, vtrum-
 que tamen conferens sanitatem. Vt
 Moyses & Amalechitas percuteret,
 & mystice sanaret; manus leuauit.
 Exo. 17. At vt Iesus mundiales de-
 uincat ægritudines, brachia non le-
 uat, sed extendit. Leuat ille manus,
 vt percutiendo sanet; extendit hic,
 vt amplexando peccatores sanita-
 ti restituat. *Aduertite, (inquit Au-
 gustinus) Moyses manus quæ dem le-
 uat, non tamen extendit. Cui ergo ser-
 uabatur, vt manus extenderet nisi Do-
 mino nostro Iesu, qui extentus in cru-
 ce, vniuersum orbem complexurus, bra-
 chia pietatis expandit. Quam effi-
 cax pietatis oleum, ad sanandum!
 Vincit profecto legis seueræ ama-
 ritudinem.*

20.

Exo. 17.

August.
 ser. 92.
 de Tép.

Præcinit Abacuc. *Ego autem in
 Domino gaudebo, & exultabo in Deo
 Iesu*

21.

Abac. 3.

Iesu

Iesu meo. Cap. 3. Eger indige o chedi camine. Vis medicus adfit diuinitas, an humanitas Saluatoris? Gaudebo quidem Domino Deo adueniente; sed exultabo magis Iesu. opem adlaturo; quia amicus nomen, dulcius excipio. Pulchre Augustinus. *In Domino gaudebo; quia in Abrahamo Deus meus; certus in ea, statua pedes meos in confirmationem.* Itaq; inquit, sanitati restituet. Sed tamen ex Dei maiestate detereo. *Exultabo in quoque Deo Iesu meo, quod quidem nomen est nobis amicus.* *Et dulcius nomen meo nesci in ore suauissimum.*

Quam suauiter Iesus timorem impetrat! *Eccce mulier, que sanguinis fluxum patiebatur ab annis duodecim, accessit retro, et tetigit sabbatium vestimenti eius.* Math. 9. Cur retro accessit? Chrysol. respondet. *Mulier, magni maris instar, rest, ut uidebatur; agebat, ut sibi redire sanitas, et ueneranda non periret, ita uabat, ne cura sua ad curantis respiciat; iniuria, prouidebat, ut redderet sibi sanitas, salua uenerentia status uideret.* Ad quemnam se mexistimas d tremens femina, accessisse? Ad Dei Filium. Attende eum Iesu in se omnia suauitate, omnimoda dulcedine redundantem. Belle adiecit ex Euangelista Chrysologus. *Et Iesus inquit; Considera filia. Quid Iesus dulcissimus nisi habitum habere confidendum? Noe filius, a quibus habitus in honore, Benedictus Dominus Deus sum. Gene. 9. Cui non & Naphet? Respondet Diodor. Hoc spiritus propheticus pradixit Noe. Nomen enim, quod de Sen nasciturus erat Abraham, et tandem ex eius femine Iesus, in quo benedicitur. Unde quaque Deus?*

(Quare Deus) benedicitur in Iesu. Unde quaque? Quia. Unde quaque homines sanas, ubique dulce, ubique suauiter homines experimur. Nunc uidisti, auribus ueynquam percepisti. Iesum aliquando fuisse, aut futurum amicum? Respondes, Iudicaturus Iesus. Illud profert horribile uerbum? *Discedite a me. Et dicitur inueni letum. Mat. 23. Proh Iesu uel quare expressa dulcedinis redundancia? Simon de Cassi. Iesu nomen per omnes acute casus uolens, sic loquitur; Si primum uel Iesu uel Iam accipimus, per eam nomina saluatorum in scripta sunt in celis. Si secundum, per uim uocamus ad. Scilicet. Si primum, uenite ad me omnes. Si primum obliquum, per ipsum Pater dante carie genule nos. Verbo ueritatis, et simus. Et. Si secundum, omnia acerbis ei Pater in manus. Si tertium, accusatos damnat, quos ipse excussore non potest. Si quartum, auferre a suis electis omnem tribulationem. Damnatur igitur Iesus accusator iam a Diabolo peccatores, et qui impenitentes haud possunt excullari.*

Caput secundum.

Nomen Iesu melos in aure, in uentre e corde oblegans tristitiam.

24. Nomen Iesu sine melodia non exauditur.

25. Nomen Iesu infaustum quid insonare non potest.

26. Querimonie audito Iesu nomine silent.

27. Iesus resonans quemcumque facit silentem.

28. Nomen Iesu, instar Spiritus sancti, uocis dulcissime scientiam habet.

Aug. L. 18. d. Ciu. c. 31.

Matt. 9. Chrysol. ser. 34.

Gen. 9.

Diodo.

42
237
ni. 1. I
Mat. 23.
Cassi. L. 1. c. 10.
10.
12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.
20.
21.
22.
23.
24.
25.
26.
27.
28.
29.
30.
31.
32.
33.
34.
35.
36.
37.
38.
39.
40.
41.
42.

24. **N**OMEN Iesu (ait Bernard.) in aure melos. Tristatur aliquis de strum? Veniat in cor Iesus. & c. Sume tibi (inquit Deus) unguenta prinxit myrrha, oleum ac aliuatis. Exo. 30. Ad quem locū Cyrillus. In cooleum, quod ex myrrha, & casia confectum est, non potest de ci oleum. Ven. Ursus autem videre, oleum Dei. Audi Iacob phetam, Propterea unxit te Deus oleo latiniæ præ participibus tuis. Christus enim, solus magnus, Sacerdos oleo Domini unctus est. Illos autem D. Hieronymus participes huiusmodi latificantis olei appellat, qui ex ore Ioannis Iesu nomen exaudiunt. Participes autem huius olei latificantis puto, ad quos loquitur Ioannes, Et vos unguentum habetis & c. Quis enim Iesu nomen potest audire, qui non cœlesti melodia latificante præcordia perfundatur.

25. Nullatenus Iesu canticum novū cum tristitiæ eiulatu commiscetur. Cum Diabolus, Iesu aduentante, inclamaret. Quid nobis, & tibi Iesu? Venisti perdere nos. Luc. 4. Dominus prohibuit, ne nomen sacratissimum peruulgaret. Obmutescere. Venit iam rursus in questionem, cur Christus voluerit nomen Iesu à Dæmone minime proferri? Num quia labia inclamantis immunda? Num quia laus mendacis suspecta? Num quia adulatoris infrænanda inclamatio? Profecto ideò reor obturata Dæmonis labia, hec ore fædo dulcissimum nomen effunderet, quia plorans, eiulatusque emittens infelix nominavit. Neque enim (loquor cum Tertuliano.) dixit, Quid tibi, & nobis, Iesu? sed quid nobis & tibi se deplorans, sortis sue exprobrans. Si enim proclamasset, Quid tibi &

nobis o Iesu? ex præmissione nominis dulcissimi tibi inueneret aliquid latiniæ ingen posse. At præmittens illam particulam. Quid nobis priusquam Iesu nomen proferret, aperte se exclusim ab huiusmodi latificantis vocabali fructibus manifestat. Obmutescere igitur. Nec enim Iesus nomen, quod decet usurpari ab eo, qui proferendo non possit illico ad latiniam redire, melodia mox auribus adherente, ut ad cor quantumuis immersum necessitia gaudium immitat eo mirifice perfundendum.

Cum salutaris extitit Israelis confederatis Iesus ille, qui Domini gestavit, in morem sigal, appellationem, hostibus omnino exitialis. Sol (inquit) contra Gabaron ne mouearis. Iosue 10. Hebraice Iosue illius verbi: Mouearis, est Damaç, seu silere, tacere. Ac si diceret, Sol sile, ne, quæso, quærellas excitare velis, ne gemitus producas. Et cur conquereretur, cur Sol ingemisceret? Quia lucem præstare ad hostium internecionem cogebatur, quod certe à tam benefico alienum luminari. Sile igitur. Quia dum in Iesu nominis vaiulo Iosue, salutaris nominis dulcissima resonat melodia, cuius sonus te sistere effecit iam præcipitem, non decet exaudiri lamenta turbatura utique concentus suauitatem.

Siue magis arideat Rabi. Salomon. explanatio illius verbi: Sol sile, seu Non modularis. Putat enim ille solem qualibet hora aliquod in Dei laudem carmen proferre, Platoniorum dogmate imbutus Syrenes qualdam in cœlesti orbe concinentes falso collocantium. Ac si dice-

Ios. 10.
R. Sal.

diceret Iosue, (*Dixit namque Iosue, seu Iesus coram Domino*) Coelestia cedant modulamina, dum Iesu nomen dulcissime resonat. *Centum caeli* (*querit Iob*) *quis dormire faciet?* Cap. 38. Quis poterit impedire? Profecto nomen Iesu resonans quemcumque obruit concentum, quemcumque facit harmonia conticescere.

28.

Quid de gloria audientium Iesu nomen attextam? In mundatione leprosi, *Quid reliquum est olei* (*inquit lex*) *fundetur super extremum auriculae eius, qui mundatur.* Leu. 14. Huiusmodi oleo nomen Iesu designatur aurium melos, & exultatio, adnotante Cyrillo. *Tangat oleo auriculam. Ungetur oleo exultationis. Quo oleo* (*nominis Iesu*) *qui fuerit linitus vnus cum Deo Spiritus efficitur, & ubi Pater, & Filius est, ibi etiam & ille erit. Quare non addit, ubi Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus est.* Quia ubi ad est homo Iesu nominis oleo linitus pro Spiritu sancto, eius imago effectus Patri quodammodo adhaeret & Filio Proli gloria immensitas.

Leu. 14.

Cytil.

quis

pectu
coelestis
exultationis
mundialis
fallax
reperitur.

Ad
Illud:
Nomen
eius, Ie
fison
le
22
fior

Caput tertium.

Nomen Iesu cordis iubilatio.

29. *Andito Iesu nomine magna cordibus laetitia iugentur.*
30. *Omnia inibi bona, ubi nomen Iesu omnium bonorum adiectiuum.*
31. *Mundialis omnis laetitia fallax in huiusce nominis conspectu.*

Caput quartum.

In corde iubilus Iesus concludit Bernard. Cordis laetitia ex eo du-

cit ortum, quod vel a nobis omnia mala recedunt, vel ad nos omnia bona appropinquant. Ex utroque capite in Iesu nostro exultamus. Ac primum cordis nostri iubilus Iesu nomen, quia a malis abstrahimur. *Annuncio vobis* (*ait Angelus*) *gaudium magnum, quia natus est vobis Salvator, seu Iesus.* Lucae 2. Ponderandum exhibeo Simon de Cassia testimonium. *Magna quidem ingeritur humanis cordibus de nomine Iesu laetitia. Quod in tam magnis, & varijs periculis existentibus Salvator de caelis aduenit, & sic vocari voluerit.* Proxima haec verba expendenda sunt. Laetitia cor nostrum causa dupliti afficitur, & quia Salvator aduenit: & quia sic voluerit nominari, id est, quia vocatum est nomen eius Iesus. Ad libram praeterea illam adfero particulam: *Ingeritur humanis cordibus de nomine Iesu laetitia. Ac si Coelicola, nomine Iesu proiata, humanis cordibus in magnis, & varijs periculis existentibus coelestis gaudij laetitiam inirent, quae quidem, solummodo magna potest nuncupari.*

Luc. 2.
Abam

Cassia
L. 1. c. 10

30.

Cassia
cit.

Iesus item cordis nostri iubilatio, quia id bonis omnibus explet. *Simon de Cas. nomen Iesu adiectiuum adfirmat apparere, substantiuum cum sit. Quoniam modo adiectiuum nomen ostentatur. Adiectiuum* (*ait*) *est nomen Iesu. Adiectiuum enim omnia supernaturam creatura. A te omnia exulant bona: Veniat in cor vnu Iesu nomen, omnia illico praecordijs bona adicientur. Omnia mundi bona recedunt: Ita plane. Ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis, mentietur opus oliuae, & arua non afferent cibum, abscedetur de ovili*

Abam

pecus, & non erit armentum in praeseptibus. Abac. 3. Quid igitur in tanta ruminopia? Alij alia requirant pau-
 perratis solatia, Ego autem exultabo in Deo Iesu meo. Vide num bonis precordia repleantur. Quorumnam, 10 gas, cor humanum bonorum copia capax est? Omnium profecto. Sicut pupilla oculi (inquit Machar.) cum sit exigua, tamen est vas ingens, quoniam intuetur una cælum, astra, solem, lunam, orbem, & alias creaturas: ita & cor ipsum est vas quoddam, exiguum, sed ibi sunt omnia. Vis itaque modum indicem, quo facili negotio omnia tuo in corde contineantur? Ibi (pergit Pater) Iesus. Quid inde? Ibi etiam Angeli, ibi vita, & Regnum, ibi caelestes orbem, ibi thesauri gratiae, ibi sunt omnia, si omnia in corde, ubi regnat Iesus: quid mirum illud ineffabili diffuere iubilatione? En quoniam modo substantium Iesu nomen omnium sit bonorum adiectivum.

31.

Vis huius latitiae indicem praesentiam? An non Reges, ac Pontifices poteris beatos inclamitare, quis omnia obsequium videntur impendere? Omnis eorum latitia fallax indulcissimi nominis Iesu conspectu. Memorans D. Cyrillus leprosi inunctionem, ponderat leprosum frequenter unctum reperiri. Unde querit, cur homo idem toties inungebatur? Mystice autem respondet. Nos intelligimus de eo, cuius sepe augetur unctio adeo, ut ad omnes latitiae unctioe delibutos ascendat. De leprosi oleo migrat ad oleum populi, de oleo populi ad oleum pervenit Sacerdotum, & a Sacerdotibus transcendit ad chrisma Pontificis, à Pontifice quoque ad Regem, à Rege ad

Patriarcham: Quid plura. A Patriarcha pervenit ad Iesum, & tunc miratur oleo exultationis. Quasi minime oleo exultationis iniungeretur, donec Iesu nominis oleo delinitus est. Fallax utique omnis temporaria exultatio in dulcissimi nominis conspectu.

OBSERVATIO III.

Nomen Iesu cognomina Christi complectens.

A Dicit Lucas, Quod vocatum est ab Angelo, Gabriele utique paulo ante incarnationis mysterium, prius autem ab Isaia spiritu Angelico pronunciatum, dum inquit, Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Et vocabitur nomen eius Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis. Cap. 9. Quid ais Propheta Evangelista? Nomen Parvuli vocatum est Iesus, non Consiliarius, non Admirabilis, non Deus, non Fortis. Equidem nomen Iesu cunctas illas continet appellationes. Bern. Magna quidem nomina, sed ubi est nomen, quod est super omne nomen, nomen Iesu? In his omnibus unum illud inuenies. Abunde effusum est sacratissimum nomen in tot nomina Christi. Id sigillatim ostendam.

Caput primum.

Nomen Iesu, Admirabilis.

Admirabilis virtus in nomine Iesu invocatione.

- Ad
 Illud: 33. Nomen Iesu excitat mirabilia.
 Nomen 34. Admirabilis ab eo Abrahamæ fecunditas.
 eius 35. Et Claudi sanitas.
 Ie 36. Hoc oleū Paralyticus debebat expetere.
 sus. 37. Hic mirabilium fons.

33.
 4. Reg.
 4.

AD fer ad memoriam puerum illum Prophetæ ministrantem, qui ad infantis cadaver præmissus non valuit id ad vitam vaculi contactu reuocare. 4. Reg. 4. Prophetæ e- quidem huiusmodi facinus seruabatur. Quid mirum præmissos Naue & osedech Iesu nominis vaiulos abs- que miraculi excitatione recessisse, si admirabilia quæque Christi Iesu nominis virtuti consecrantur? *Illi quidem (Bern. ait) Iesus Naue, & Io sedech præmissi sunt tanquam vaculus ad mortuum, Prophetam prauerentes, & sua interpretari nomina nequiverunt; vacua quippe erant. Superpositus mortuo vaculus est, & non erat vox, neque sensus; quia vaculus erat. Descendit Iesus, qui vaculum misit; iam vox, iam Iesus est. Mox profecto miracula prodeunt, vbi nomen resonat admirabile.*

34.
 Gen. 17.

Abrahami, & Saræ Senio confessorum nota omnibus sterilitas, notior adhuc fecunditas admirabilis. Et quis nam tantum miraculum excitauit? Existimo nomen Iesu, cuius littera singularis vtriusque coniugis nomini inhæsit. Nominis salutariis super addita littera iam *pater multarum gentium* Abraham est, iam *Sara princeps* absolutè appellatur, sterilitateque ablegata, mundus rapitur in admirationem. Quænam non proferet mirabilia totum admirabile nomen, singularis dum littera tam singulariter naturam transcendit?

Claudo ad portam speciosam cō- 35
 stituto, ac eleemolyne subsidia efflagitanti sic Apostolus, *Argentum, & aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Iesu surge, & ambula.* Acto. 3. Chryf. *Mihi Christus in suo nomine aurum, & argentum reliquit suum.* Pecuniæ temporariæ omnia temporaria seruiunt; Spirituali huic admirabili thesauro æterna, supernaturalia subiiciuntur.

Act 3.
 Chryf.

Vidisti Paralyticum piscine probaticæ assidentem per tot annorum interitium, nec tamē ad sanitatem perductum. Quare o miser non electo resurgis, vt aquis salutaribus intingaris? *Hominem non habeo.* Ioan. 5. Num non vinculis illigatus ægitudinis potes Iesum labijs exprimere? *Stulte (loquor cum Bern.) ecce oleum salutariferum Iesu, cuius nomen est oleum. Quid tibi cum aqua? Si vis recipere sanitatem, ecce fons olei misericordie.* Proh hominis miseria! sanitati post tot annos restitueris, qui si admirabilis nominis virtutem caluisses, iam indè a Iesu circūcisione leuati vincula fuissent comminuta.

36
 Ioan. 5.

Bern.
 ser da
 dia.

Num iufficiat me Iesu nomen ad 37
 mirabile vocitasse? Signum profecto est hoc nomen augustissimum omnia mirabilia ad salutem hominum effusa repræsentans. *Memoriam (ait David) fecit mirabilium suorum misericors, & miserator Dominus.* Psal. 110. Et quodnam admirabiliū signorum admirabile signum nisi nomen salutare? Quod edocet Bernardinus. *Nomen Iesu est signum (seu miraculum) representans tibi omnia, quæ Deus vndique fecit propter salutem humana natura.* Lazarum suscitauit Dominus; munda- uit Paralyticos; illuminauit cecos;

Pf. 100.

Bern
 Sen. 11.
 4. serm.
 48.

pauperes fecit. Evangelistas & con-
stitit. Sol aliquando & fortissimus
Goliath ab adolescentulo percus-
sus, fædo crepore volutatur. Ho-
lophernes à foeminea fragilitate in-
terimitur. Manna è cælo prola-
bitur. Omnium nomen Iesu mira-
culorum fons, admirabilium cuncto-
rum admirabile signum.

Caput secundum.

Nomen Iesu Consiliarius.

- 38. In nomine Iesu abyssus consiliorum Dei.
- 39. Consilium magnum nomen Iesu.
- 40. Electrum cuius consiliarij gressus.
- 41. Virginitas ex consilijs Iesu nominis.
- 42. Consilium, & vires prælatæ.

NVM non consiliarij titulo no-
men Iesu effulget, si totius per-
fectionis exhibet magisterium? *Kos*
(ait) *uocatis me Magister, & Domi-
ne, & benedictus sum etenim.* Ioa. 13.
Quam sapiens Magister, qui Domi-
natus, seu Deitatis continet consilia!
Dannian, *Dannus nomen est maiesta-
tis, Magister pietatis. Videamus igitur
quod horum infusum non est? Absit ut
misericordia in potentia (seu magiste-
rium in dominatione) includatur.*
*Certum igitur est, quod potestas Dei in
maiores pietatem diffusa sit. Non ha-
bunt enim dulciorem modum abyssus illa
consiliorum Dei. Quia quidquid pietatis
in diuinitatis thesauro inuentum est, to-
tum in utero Virginis est aggestum, &
genitus Filius Iesus appellatus est. Vide
consiliorum Dei abyssum in Iesu no-
men effusam, vnde appositè Consilia-
rius appellatur.*

39. Fœminarum septem illarum vna

*Sapientia est apud Isaiam, si Origeni
fides adhibenda. Clamant illa. Tan-
tummodo inuocetur nomen tuum super
nas, cap. 6. Quare nomen Iesu super
sapientiam, tam enixis præcibus im-
missis, oportet inuocari? Quia Ma-
gistra hominum ab abyssis consilio-
rum Iesu consilijs suis dirigere de-
bet errantes. Et consilium magnum
(inquit Orig.) in nomine Iesu. Quod
quidem nomen fons est perennis
consiliorum.*

*Filius hominis in medio septe can-
delabrorum aureorum ambulans ap-
paruit, Ioanne vidente. Eius equi-
dem pedes similes aurichalcho. Apoc. 1.
Quid aurichalchum? Græce similes
chalcholibano. Quod, Suida auctore,
est genus electri ex auro, & aliquant
argenti parte confecti. Christi con-
siliarij gressus hominibus salutarès
Iesum referunt, imò Iesu nomen
pro pedibus deseruit Saluatori. An
non Iesu nomen chalcholibanus si-
ue Electrum? Ad illa verba: *Argen-
tum, & aurum non est mihi, quod autè
habeo hoc tibi do. In nomine Iesu surge,
& ambula.* Act. 3. inquit Chryf. *Mi-
hi Christus (ex ore Petri) in suo nomi-
ne aurum, & argentum reliquit suum.*
Aurum, & argentum nomen Iesu?
Electrum est, Chalcholibanus est,
Iesu nomen Episcopis consilia re-
tè exhibet gradiendi. *Tuam (huic
ait) primam charitatem reliquisti. Esto
(alij) fidelis. Confirma (huic) cetera,
quæ moritura erant. Gressus namque
Iesu nominis vocales sunt, existunt
consiliarij.**

*De virginibus (ait Paul.) precep-
tam Domini non habeo, consilium autem
do. Nomen Iesu virginitatis consilia-
rius. Septem illæ mulieres meretri-
ces quid aliud proclamant? Tantum*

modo

Iesu, seu
oratio
calitatis
præ-
fidium.
Ad
illud:
Nomen
eius Ie-
sus.

Ioan. 13.

Pet. Pa.
ferr. de
Nat.

39.

Isai. 4.
Orig.
Hom. 4.

40.
Apo. 1.

Suida
apud
Vieg. c.
1. com. 2
S. 1.

Acto. 3.
Chryf.

41.

Isa. 4.

modo inuocetur nomen tuum super nos. Ita. 4. Ut consilium virginitatis ex-

Greg. Septem (Gregor. ait) mulieribus *conuersitas meretricum ad Dominum reuertentium designatur.* Ad quid reuertuntur? Non ne ut ex Rege Iesu simul & medico audiant, unde eum possit pariter, & virginitatis ducem appellare

42. Et quenam, obsecro, vis fragiles foeminas in virginitatis mirabilis consilio continebit? Iesu nomen dans consilium, praestat & vires ad executionem. Et vocabitur no-

Itai. 9. *men eius Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis.* Ita. 9. *Consiliarius* inquam, Ihu Iesus, qui consilia virginitatis exhibet. At quia ingens huiusce consilij exequendi difficultas, propterea adijcitur, *Deus, Fortis.* Ac si diceret, Ipse Iesus, qui dat puritatis consilium, *Deus* est, & *Fortis* ad auxilium ferendum; unde facili negotio huiusmodi consilij valde difficultis perfectionem exequaris. D. Cyp. *Quod si diuinis consilijs obuiauerint tentamenta, & liberam mentem ad carnales reuocauerint appetitus, adest Deus, & Fortis.* Ideo enim *Dei potestas, Damia.* authore, in nominis Iesu pietatem effusa est.

Cypri. hom. de Nat. Inuocatio nominis Iesu, seu orationis potentia. Ad Illud: *Nomen eius Iesus*

Inuocatio nominis Iesu, seu orationis potentia. Ad Illud: *Nomen eius Iesus*

43. *Circunciditur, (ait Bern.) ut Abraham filius; Iesus vocatur, ut Fi-*

lius Dei. Sanct. Thom. affirmat nomen Iesu formaliter humanam naturam significare; sed etiam indicare diuinum suppositum cui eadem natura hypostatice vnita est, & per consequens etiam diuinam naturam, ac proinde omnipotens nomen esse. Conclinit Theodor. exponens illud Cantic. 1. *Oleum effusum nomen tuum.* Multiplices (inquit) ac varij fontes, qui totum orbem terrarum odoris suauitate repleuerunt, fontem habent venam, & origine vnguentum tuum. In eo habitauit omnis pulchritudo Diuinitatis.

Conatur Deus homines ab idolatria, alijsque horribilibus criminibus auertere, multipliciisque suppliciorum genera congerit, quos possint peccatores timore cocuti. *Mittam pestilentiam in medio vestri, & eradem in hostium manibus, postquam confregero baculum panis vestri, & comedetis, & non saturabimini.* Aggrauat adhuc minarum effectus. *Corripiam vos septem plagis ita, ut comedatis carnes filiorum vestrorum. Destruam excelsa vestra, cadetis inter ruinas idolorum vestrorum.* Quid plura? Aliud horribilius omnibus supplicij minatur. *Et abominabitur vos anima mea.* Cyril. *Dico, quod anima Dei nomen Iesu est.* Quid non diuinum in Iesu: Proh supplicij pondus in coportabile! Nulla tam leuis tribulatio, quam nos miseros saluari, beneficio, dulcissimo nomini Iesu asserbominationi, suprema hic calamitas a Iesu inuocato nomine non foueri.

Si nomen Iesu diuinum, quid non omnipotenti fortitudine condeco- retur? *Omnipotens nomen eius.* Exo. 1. *Mulieres illae (inquarunt) non semel incidi*

D. Tho. 3. P. q. 16 a. 6.

Theod.

44.

Leu. 26.

Cyri.

45.

Isai. 4.

incidi memoriam) rursus in clami-
 rant. *Tantummodo inuocetur nomen
 tuum super nos, aufer opprobrium no-
 strum.* Isa. 4. Quid o feminae a Iesu
 nomine desideratis? Num refici nu-
 indui? Panis est, agnus lanam offe-
 rens est. *Panem nostrum comedemus,
 Et vestimentis nostris operiemur, tan-
 tummodo inuocetur nomen tuum super
 nos, aufer opprobrium nostrum.* Te for-
 tissimum nomen adimus opprobrii
 nostri sublato rem. Num in suauissi-
 mo Iesu nomine fortitudo ad vin-
 dictam? Pulchre Orig. *Fortitudo no-
 minatur Iesus.* Ne existimetis nomen
 Iesu adeo esse oleum, vt simul non
 vigeat fortitudine. Tam est, & no-
 minatur *Fortitudo*, quam *oleum* est,
 & nominatur.

Orig.
 hom. 4.

16.
 Exo. 17.
 August.
 ser. 96.
 de Tem.

Bello olim ab Israelitis contra
 hostes terribiles inito, sic Moses
 ad Iesum. *Elige tibi viros, Et pugna.*
 Exo. 17. Vbi notanter August. *Hic
 primum (ait) vocabuli huius, scilicet
 Iesu, splendor obfulxit.* Quare sibi e-
 exercitus copulat fortitudinem? Ip-
 sum est, (ait ille) quod domum fortis in-
 travit, ex vasa eius diripit. Vt forte
 vincat Iesu nomen, fortitudine vi-
 geat necessum est. *Vocabitur nomen
 eius, Fortis, ad fortem vtique debel-
 landum.*

Caput quartum.

Iesu pa-
 ternitas
 Ad
 Illud:
 Nomen
 eius Ie-
 sus.

Nomen Iesu Pater futuri saeculi.

- 47. Ex hoc nomine Abraham futuri saeculi accepit paternitatem.
- 48. Singularis numeri cum sit, plurificatur honorum filiorum pluralitate.
- 49. Cuncta Patris futuri saeculi munia complet.
- 50. Affectu paterno nos gestat ad Patrem.

ISidor. *Abram prius vocatus est Pa-
 ter videns populum, propter Israeli-
 tas suli et tantum. Postea appellatus
 est Abraham, quod transfertur, Pater
 multarum gentium. Sarai interpretatur
 Princeps mea, eo quod esset tantummo-
 do vnus domus mater. Postea causa
 nominis immutata dicitur Sara, id est,
 Princeps, omnium quippe gentium futu-
 ra erat mater. Quorum haec D. Ber-
 nar. affirmat iam tunc in Abrahamo,
 & Sara salutaris effusionis nominis
 Iesu celebratum, praefiguratumque my-
 sterium. Pater equidem, & mater pre-
 sentis saeculi subito saeculi futuri pa-
 rentes efficiuntur. Hoc autem illis
 in Iesu nominis mysterium contigit,
 cuius vel vna littera Abrahamum
 futuri saeculi conuertit in parentem.*

47.
 Isidor.
 l. 7. o.
 rig.

Futuri equidem saeculi patrem
 appello futuri saeculi gignentem fi-
 lios, coelestes vtique, & superno vir-
 tueum lumine coruscantes. Quid
 aliud praecinens expressit David?
Speciosus forma praefilijs Psal. 44. Stra.
Eum in suo genere commendat. Pulchri
 filij, sed a parente pulchriori. An
 non corporis membra ad speciei capi-
 tis pertinēt ditionē? Si ergo Iesu me-
 bra sumus, nostri capitis speciem re-
 feremus. Expendens Simon de Casi:
 huiusce salutaris nominis numerū
 Singularis (inqui) numeri est, quia so-
 lus vnus Deus, vnus est Christus. Plu-
 rificatur vero pluritate bonorum fili-
 rum. Quia vnus corporis caput in plura-
 litate membrorum. Pater igitur de coe-
 lo coelestis nos futuri etiam coelestis
 saeculi excitat filios.

48.
 Psa. 44.
 Casi.
 l. 1. c. 12

Quid Pater saeculi futuri? Non ne
 pastor, qui suauissimo spiritali ci-
 bo reficit oves: *Quid ita* (Ber. ait) *ex-
 sicatos reparat sesus, virtutes roborat,
 vegetat mores bonos, sicut nomen Iesu?*

49.
 Bernar.
 ser. 15.
 in Cant.

Quid

Quid futurum saeculi Pater? Non ne par-
cere, nostra sanando vulnera? Iesu
nomen omni aegritudini presentis-
simum, ac legitimum medicamen. Cui aliquā
do (pergit ille) sicut ante faciem sa-
lutaris nostris duritia cordis, ignavia,
torpor, rancor, apthia, languor, lascivia?
(Cui fors forte sicca lacrymarum) imbu-
tato Iesu non continuo erupit uberior,
fluxus suavior. Nam morbi, & tū-
guores animi iste sunt, illud medicina.
Pater futuri saeculi quid? Non ne pa-
tri, ut filij ad salutem perducantur?
Nisi grauum frumenti (adiicit Ab-
bas) mortuum fuerit, ipsum solum ma-
nat, si autem mortuum fuerit, multum
fructum offert. Moriatur igitur Iesu gra-
ui, & surgat gentium seges. Oporet pa-
tri Christum, & predicari in nomine Ie-
su poenitentiam, & remissionem pecca-
torum. Haec & alia innumera paren-
tis saeculi futuri Iesus exerit munia.

50. Nec solummodo pater appella-
tur, quia omnia patris munera circa
saeculum futurum exequitur; sed quia
in nomine Iesu semper futuri saeculi
Patrem habemus, nam Patris futuri
saeculi officia Iesum sequuntur.
Ioa. 16. inuocatum. Unde ipse Iesus, Si quid
(inquit) petieritis Patrem in nomine
meo, dabit vobis. Ioan. 16. Dabit in-
quam, vobis, quia in nomine Iesu
Pater futuri saeculi includitur, mox
hominum studia executioni traditu-
rus. En quam breui cursu e Iesu no-
mine tendimus ad Patrem. Locum
pendens Ruper, ait, Salutaris mos, &
L. 12. in catholice sanctae Ecclesiae orandi regula
10a. est, ut in omni oratione, quam ad Pa-
trē dirigis, subiungas, Per Dominum
nostrum Iesum. Quia videlicet prae-
ter nulla via, nullumque est aliud of-
ficium, ad quod respiciens efficaciter di-
rigatur oratio mea sicut in-

centum in conspectu tuo. Solum huius
omnino Filij Dei nomen, quod est Ie-
sus, necessarium uniuersae orationis est
vehiculum, quo in caelum directo cursu
perlata consistat ante Patris conspectum,
saluteque de sinu eius, & gratiam suge-
re valeat. Sic ille.

Caput quintum.

¶ Nomen Iesu, Princeps pacis.

51. Nomen Iesu dignum Principatu.
52. Haud potest Principatus ab hoc nomine
seungi.
53. Hic Principatus omnino pacificus.
54. Alas indit, ut a periculis eruamur.
55. Apud nomen Iesu pacis Principem lex
manuescit.

Quam Iesu nomen dignum
principatu. Supra caput suffi-
xi Saluatoris posuerunt causam eius
scriptam, Iesus Rex. Mat. 27. Cur Regē
eum appellatis, qui imperium a Pa-
tre efflagitat, Da imperium tuum puero
tuo, quod se videat a vobis inter la-
trones nequissimos adnumeratum?
Sunt qui asserant super crucifixi ca-
put patientis nomen solum ascri-
bi. Placer. Sed nomen solummodo
Iesus apponatur. Quare vocabulum
illud; Rex, superadditum legitur.
Quia nomen Iesu non potest a prin-
cipatu separari. Id quod pulchre O-
rig. excogitauit. Verus Princeps Ie-
sus & in cruce quidem habet scriptum, Rex
Iudeorum.

Filius olim Naue Aulse nomine,
Iesus vocatus est. Quare? Quia ele-
ctus populi in Principem, Iesus con-
uenienter appellatur. Haud enim
potest vel Iesus a principatu, vel
principatus a Iesu nomine disungi.
Quod

Regni
Iesu pie-
tas & mi-
sericor-
dia.

Ad
Iud:

Nomē
eius Ie-

sus.

51.

Mat. 27.

Orig.
apud
Iho.

52.

Quod adnotans Cyprianus ait, *Legimus in libro Moysis, quod Iesus Naue filius, cum electus esset ex populo, commutato nomine Ause, Iesus cognominatus sit. Quis scilicet ostenderetur, hoc esse nomen, quod Principibus conveniret. Ac si diceret, Tantundem fuit Principem esse, ac Iesum necessario nominari.*

Iam vero Principatus Iesu omnino pacificus. Coerciva vis? In vinculis equidem charitatis. Vidisti tres Coelicolas apud Abrahamum commorantes? Tres profecto ille vidit, & unum adoravit. Gen 18 Existimo id in Trinitatis mysterium. Iam vero Pater, & Spiritus sanctus properantes ad Sodomam Filium (sic liceat exponere) solum reliquere.

Quid cause? Convenienter Ambr. *Ubi gratia largienda est, Christus adest, ubi severitas exercenda est, deest Iesus.* De nomine questio procedat. Cur non dixit, *Deest Christus*, sicut dicit, *Christus adest*; sed, *deest Iesus*? Vt innuat quare Sodomitarum punitio non interfuit, qui ekstingenda Abrahamo misericordiae ad fuerat. Christus ille Iesus appellabatur, erat Iesus. Unde quodammodo necessario ab intelligendo supplicio recessit, qui *Princeps pacis* nominatur.

Populo iam in ulteriore ripa post exactum pelagus constituto, Moyses, & filij Israel cecinere. *Cantemus Domino.* Exo. 15. *Alter Cantemus Jehovah.* O quam convenienter nomen Iesu ille pacis effectus adscribitur! Num satis non est tibi populum fidelem a Iesu nomine duci, ut sicco pede profundum superaret? Alas equidem nobis indit salutare nomen, ut a periculis oruamur. *Lampades eius lampades ignis.* Cant. 8. *Aliter, Alz eius. Si oleum effusum nomen*

Iesu. Lampas hæc alas expandit, ut, aquilæ in morem, pullos excipiat. Pulchram audite Macharij sententiam. *Nequit anima per se ipsam transmittere acerbam mare peccati, & difficilem abyssum caliginis affectionum, nisi susceperit subtilem, caelestem, & volatilem spiritum nominis Iesu.* O quam nomen Iesu invocatum volatilis spiritus! *Princeps pacis* alas nobis indit, ut ad ulteriorem ripam adferamur.

Plaustrum olim, quo Arca legis infidebat, *Venit in agrum Iosue, & stetit ibi.* 1. Reg. 6. Et quare ad domum Iesu lex diuertit? Num quia tota lex, bella difficilia carnis ac spiritus indicens Hebræis, dum legis observationi tentamenta excitantur, iam apud Iesu ditionem requiescit? *Di Iul. Mar. Non ad eum (inquit) venera*

loem, unde Arca arrepta fuerat; sed in agrum hominis cuiusdam Iesu dicti. Et quenam vis vaccas allexit? Quo facto (adiicit) indicatur *virtutem nominis Iesu ductas esse vaccas.* Non lex iam tibi, unde arrepta fuerat inter armorum strepitus, inter belli tumultus collocata; sed ad Principem Iesum tendit, ubi mansuescat, ubi olei salutaris nominis infundatur, ubi pacis principatus indhoetur.

~~Populo iam in ulteriore ripa post exactum pelagus constituto, Moyses, & filij Israel cecinere. Cantemus Domino. Exo. 15. Alter Cantemus Jehovah.~~

OBSERVATIO IV.

Nomen Iesu super omne nomen, Coelestibus, Terriculis, ac Internis venerabile.

Paulus ad hæc. *Donatus illi Pater nomen, quod est super omne nomen.* ca

Macha. ho. 44.

55

1. Re. 6.

Iustin. Dial. cu Tri.

02

101

Ruper. L. 1. in Ios.

106.

Ve.

53.

Ge. 18.

Ambr.

54.

Exo. 15.

Cant. 8.

Phi. 2. *Unum nomen Iesu omne genua flectatur
Cælestium, Terræstrium, & Infernorum.*
Rhubia. Vbi Bernar. d. Oleum effu-
sum nomen Iesu. *Effusum plane, quod
non solum cælum, terrasque perfudit, sed
aspexit & inferos adeo, ut in nomine
Iesu omne genua flectatur Cælestium, Ter-
restrium, & Infernorum.* Verba sin-
gula illustro.

Bernar.
serm. 15
in Can.

Mundia
hantili.
Omnia
nobis in
Iesu.
Ad
Illud:
Nomen
eius Ie-
sus.

Caput primum.

- Nomen Iesu super omne nomen.**
- 57. Nomen Iesu verè est.
 - 58. Nomen Iesu in se deitatis Numinum im-
plet vacuitatem.
 - 59. Super omne plenum nomen Iesu.
 - 60. Super ipsum Principium honoratur.
 - 61. Præmij loco donatur Christo patienti.
 - 62. Id est Iesu exprimit benedictio.
 - 63. Omnia data optima Iesus nominantur.

57.

Quod est super omne nomen. Illam
particulam: *Est expende. Est*
equidem nomē Iesu. Non vacuum,
non inane est nomen, sed verè hoc
nomen est, habet essentiam, haud si-
ne re titulus. Notāter Orig. *Et quid
est super omne nomen istud nomen, id cir-
co in nomine Iesu omne genua flectitur.*
Nomina vacua nullatenus sunt reue-
rentia prosequenda. Solum nomen,
quod est omnibus venerabile obij-
citur.

Orige.
hom. 1.
in Ios.

58.

Omnia profecto confictæ diuini-
tatis nomina nullam habent essen-
tiam, tituli sine re. Testor vos tanta
apud Gentiles reuerentia obsecuta
numina, quorum nomina vacua om-
ninò extiterè. Non ne Pan id est To-
tius nomen inane? Non ne Appollo
inaniter super igneam virtutem cō-
stitutus? *Iupiter super cælos? Super*

*lunam Diana? super edacem flammā
Vesta? super aerem Iuno? super a-
quas Thebis? super maria Neptunus?
super flumina Nymphæ? Numquid
non vacua nomina sortita Rhau su-
per lapidosam regnans terram? su-
per arbores fructiferos Ceres? super
semina Persephon? super plantas Dio-
nysias? super flores Athis? super fru-
ctus Adonis? Quid referam vacua
omnino nomina Martis ad bella cō-
ficti? Veneris, & Cupidinis ad amores?
Mercurij ad vim interpretadi? Quid
postulem a vacuis nominibus Miner-
uæ, è Iouis dilapsæ cerebro, sapien-
tiam? Nemesis iustitiam? Iouis Reg-
num? Hymenai nuptiarum felicita-
tem? Ventorum prosperam nauiga-
tionem? Huc ades o Iesu nomen
sacertimum, quod es super omne
nomen, horum in te mirificè com-
plens inanitatem *polam triumphans
de fictis Principatum, ac Potes-
tatum nominibus in te metipso.* Tu
Pan, tu Totius totus omnes implēs
suauitate. Appollo Sol iustitiæ, cu-
ius in pennis salus peruolat, vt festi-
nantius ægrotantibus succurras. Ju-
piter, cuius sedes cælum, cuius luna
thronus, cuius flamma gladius, cuius
venti pennæ, cuius maria & flumina
ferculum. Tibi terra paret, montes
subijciuntur, agri, & semina offerūt
munera, flores spirant ad ornamenta,
fructus referunt suauitatem. Iā qui
sapientia indiget, postulet à Iesu sa-
pientiæ fonte. Qui vita, implotet à
Iesu, de quo scriptum, *Misit verbum
suum, seu nomen suum, & sanauit
eos.* Qui prospero itinere terraque,
marique, Iesum adeat pelagus, & vè-
tos imperantem. Qui frugibus, le-
sus cibus, & potus quinque panes
multiplicās, aquas de petra eliciens.*

Qui

Quid iudicij, Iesus dicitur in omnibus, qui iniquitate abutuntur. Qui aquis, fugiat a Iesum, cuius qui potatus fuerit aquis, non sitiet. Qui delicijs, a Iesu postulat, qui torrente voluptatis reficit suos. Super omnia itaque colitur et auditur aitis nomina, nomen Iesu est. Adhuc profecto diu gelatum (quæ admittit de Iesu Naue, & Ioseph de Chanaan) dicitur Bern. *De sua interpretari nomina neque uerunt, et uerba quippe erant, interpretatus est Iesus, in se omnium nomina implens uacuitatem.*

Bernar.
serm. 15
in Cant.

59. *Mittit confictor um siue deorum, siue hominum uacua nomina, iam uenia ad ueros homines sanctitate conspicuos, quorum nomina plena.*

Exo. 28.

Augul.
q. 120.
Cana.

Iesu nomen est super omne nomen. Facies (inquit Deus) & laminam de auro purissimo, in qua sculpes opere calatoris sanctum Domini. Exo. 28. Augul. Sculpes nomen Iehouah, siue nomen Iesu. Arnol. Can. sic profatur, In superioribus quidem hoc nomen ponitur. Ut quid quid undique est, quare cumque sit, se cognoscat inferius. Proximè cum nominibus uacuis nobis erat colluctatio, qua quidem minime erant. At in præsentium nominibus, cum hominibus, cum rebus quæpunctis que sunt certamen institimus. Nomen Iesu est super omne nomen, uerum nomen quare cumque sit.

60.

Quid si nomen Iesu honoris gratia super ipsum increatum Principium coronæ in morem reuectur? Bende lictoris huiusce aureæ laminæ inscriptionem. Sculpes opere celatoris Sanctum Domini. Vbi Rupert. Huius ree mysterium, id est, nominis, quod est super omne nomen, in eo est, quod lamina Sanctam Domini insculptum est, id est, nomen Domini etragi armaton, seu quatuor litterarum. Significat qua-

Exo. 28.
Ruper.

uer illa latera Principium iste, & iste. Principium iste Pater, & Principium iste Filius isti. Nam uerò quod Pater sit Principium patet. Quod Filius, iose dixit in interrogantibus Iudeis, Tu quis es? Principium, ait, qui & loquor uobis. Cop. plud. Doctor Christum in Pontifices super frontem nomen Iesu gestante designari. Qui nam Pontifex Christus? Principium, ait, qui & loquor uobis. Si Principium Christus est, & nomen Iesu super caput Principij statuitur, super Principium equidem ostentatur. Quare Rupert. nomen Iesu Principium etiam appellauit. Hoc nomen profecto super omne nomen; quia super Principium nihil esse potest. Et quamam Principium pulchriori coronâ cingeretur?

Hinc elucet, quare Pater suum Filium, Principium utique, nomine Iesu donauit, postquam obediens exitiali patibulo mortem ad exitum adlaturus, addicitur. Propterea Deus (ait Paul.) exaltauit illum. Quoniam modo Principium potuit exaltari, si nihil supra Principium esse potest, uti aiebat Rupert. Donauit illi nomen, quod est super. Phil. 2. De Iesu Christo Principio accrescit, dâ nomine Iesu coronatus. Nulium profecto præmiu excogitari poterat, nullum decus super Christi, Principij utique, gloriam ascendens, nisi Christus nomine rursus Iesu donaretur. Eleganter Rupert. Maximum Pontificis decus est, lamina aurea insculptum habens ineffabile nomen. Quia Christo Pontifici propter passionem mortis resurrectionis gloria coronato nomen, quod est super omne nomen, Pater donauit.

61.

Phil. 2.

Ruper.

Acceperat iam Christus Iesu nomen propter Circumcisionis sanguinem. (licet non independenter à morte.)

62.

morte.) Accipiat nunc à Patre aliud
 munus præstantissimum ob mortis
 passionē. Quoniam præmio tot præ
 rissimis geñis respondente Chris
 tus poterat munerari, nisi iterum Ie
 su nomen accipiat: Mentem expen
 do. Iacob circa pascendum paren
 tem diligentia pannis ac vini abun
 dantia est munerata. *Det tibi Deus*
(precatur Haac) ac rore cæli, & de pin
guedine terræ abundantiam frumenti,
& vini. Gene. 27. Quod cum Esau
 eiulatibus, & orationibus impetra
 ret, ut sibi etiam benedictio imper
 titetur, Pater in clamat, *In pinguedi*
ne terræ, & in rore cæli erit benedictio
tua Donastiam Iacob munere eo
 dem; quare rursus huiusce bene
 dictiois abundantiam fratri elar
 giris? Subodoratus Paschas, hinc
 panem Eucharisticum, adeo eum om
 nium bonorum complexionem esse
 affirmat, ut nullum Deo largitori
 dignum munus superesset Esau ero
 gandum, nisi eadem illum panis ac
 vini impleteret abundantia. *Tantus,*
ac talis Dei cultor nihil inuenit filio ul
tra quod præbat, nisi eadem illi votis im
pleret. Profecto nomen Iesu tam ne
 cessario est omnium datorum opti
 morum, ac perfectiorum donorum
 cœlestium clausula, seu maioris appel
 lare collegium: ut vel ipse Pater æ
 ternus tantus, ac talis non habeat
 quodammodo quid ultra suo Filio
 largiatur propter passionem mortis, ni
 si eodem Iesu nomine illum redona
 ret, quod iam Puer ipse à cunabulis
 ob vulnus circumcisionis accepe
 rat.

Gen 27

Paschi
 L. de
 corp. &
 san. Do.
 c. 21.

63.

In cuius confirmationem affir
 mo Spiritum sanctum adeo circa
 Iesu nomen affectum, ut dona sua
 ex hoc nomine velit appellari. *Omne*

datum optimum, & omne donum perfe
ctum desorsum est descendens à Patre
luminum. Iacob. 1. Nou ne Spiritus Iacob. 1
 sancti munera septem? Sapientia,
 Intellectus, Consilij, Fortitudinis,
 Scientia, Pietatis, Timoris Domini
 munera adnumerantur. Huiusmodi
 equidem dona Iesu nomine insigni
 niuntur. Septem illas apud Hebraeos
 foeminas conclamantes, *Tantum mo* Isa. 4.
do inuocetur nomen tuum super nos. Cap.
 4. septem dona Spiritus sancti de
 lignare Orig. affirmat. Cur hæc do
 na Iesu nomine nobilitari postulât?
 Audite Doctorem. *Quid est, Inuocetur* Orig.
nomen tuum super nos: Ego sum Rom. 4.
Sapientia, volo tuo nomine vocari; ut
ego Sapientia dicar Iesus. Ut Intellectus,
& Consilium magnum, & Fortitudo, &
Scientia, & Pietas, & Timor Dei nomi
netur Iesus. Iam reddit rationem.
Ut omnia in omnibus nomen tuum fiat.
 Iesus in omnibus, omnia Iesus, ex
 tra Iesum nullum optimum datum.
 Si igitur Pater dato optimo, seu do
 no perfecto, Spiritus sancti scilicet
 munere propter passionem mortis Chri
 stum donare intendit, quidnam lo
 co præmij largiretur, nisi nomen
 Iesu, quo iam Christus propter pas
 sionem circumcisionis, cum mortis
 respectu, muneratus fuerat, rur
 sum impendat.

Caput secundum.

¶ *Nomen Iesu Cœlestia veneran*
tur.

- 64. Altra hoc nomen venerantur.
- 65. Angeli huius nominis adoratores.
- 66. Quis his hoc nomen salutare.
- 67. Cœlestia bonæ hoc nomen obsequuntur.

Omniū
 bonorū
 in Iesu
 thesau
 rus.
 Ad
 illud:
 Nomen
 eius Ie
 sus.

Quidam

64
Ios. 10.

Quidnam Cœlestia? Num astro-
rum luminaria? Parent nomi-
ni salutari. Ad vocem Iesu Naue ali-
quando Sol, & Luna contitère Sol,
(clamat ille) *contra Gabaon ne mo-
nearis.* & Luna, *contra vultem Aialon.*

Ambr.
Apol.
Dau.
Iusti. q.
48.

*Steterunt que Ios. & Luna. Ios. 10. Ste-
teruat plane non tam Iosue filiam
Nun, quam Iesu Patris æterni Filij
reueriti appellationem, vti Amb. &
Iusti. Mar. asseruere.*

65.

Verum illud: *Omne cœlestium ad
Angelos referendum iuxta commu-
nem Patrum expositionem. Angeli*

Mart. 1.

*nominis Iesu adoratores. Nato Do-
mino, in clamitarunt, Gloria in altis-
simis Deo, & in terra pax hominibus.
Math. 1. Quare non simul homines
& gloria donatur? Quia gloria ho-
minum fidelium est nomen Iesu ab
Angelis adorari. Huc respicit D.
Athanasius, Gloria nostra est, quod cū
Potestates, Angeli, & Archangeli cum
semper adorauerint, nunc adoret sub no-
mine Iesu.*

Athan.
ora. 2.
adu. Ar.

66.

Nec gratis Angeli hoc Iesu no-
mini impendant obsequium. A Ie-
su enim redempti, gratiarum actio-
nis ergo, salutare sibi nomen vene-
rantur. *Vocatum est nomen eius Iesus,
quod vocatus est ab Angelo prius, quam
in utero conciperetur. Cur prius quam
concuperetur Christus, Iesu nomē An-
gelis familiare? Respondet Bernar.
Iesus Angeli Saluator, & hominis. Sed
hominis ab incarnatione, Angeli ab ini-
tio creatura. Vnde ante quam in vte-
ro conciperetur, ore Angelorum
Iesu nomen exprimebatur. Aduer-
tisti, audiens Angelos proloquen-
tes, & D. Paulum scribentem circa
Christi natalitia, in nullo omnino
nisi in nomine Iesu convenire. Vnum
est (inquit Bernar.) in quo conueniunt*

Luc. 2.

Bern.

Siam
moued
ulst
urled
107

107

107

107

107

107

107

107

107

107

107

107

*Apostolus & Angeli, qui de Christi na-
tuitate loquuntur, hoc est, de nomine Sal-
uatoris Bone (adiicit) dulce nomen Ie-
su nullus ex ipsis tacuit. Quare? Num
quia dulce? Num quia omnium ha-
guæ ad salutaris nominis prolatio-
nem inuitantur? Ita plane. Sed con-
uenientius adhuc instituto, appo-
rite Angeli Iesu nomen concelebrāt,
licet alia Dominici natalitij mytte-
ria pretereant, qui se per Iesum do-
natos salute profitentur.*

Aliter illud: *Omne cœlestium expo-
nam, ad omnia beatæ felicitatis bo-
na referendo. Omnia flumina mari
prestant obsequium, dum ad immē-
sam pelagus dilabuntur. Omne igitur
cœlestium, seu bonorum thesau-
rus genu curat in Iesu nominis cōf-
pectu, dum ad hoc mare magna
inibi continendus percurrit, con-
fluit. Quid Isaias? Quam pulchri pe-
des, euangelizantium pacem, euangeli-
zantium bonum. cap. 51. Paulus autē
bona vertit. Rom. 10. Quanam bona?*

67.

Isai. 51.

Ro. 10.

Orig.

*Annunciantis Iesum. Leo à Cat.
& Procop. Predicantis salutem, pro-
dicantis Iesum. Iesus igitur idem ac
omnia bona. Nec miretur quisquam
loquor cum Orig.) si nomine bonoris
numero multitudinis exposuerimus, An-
nunciantis Iesum. Facile enim intelli-
gas, quomodo multa bona sit Iesus. Vita
bonum est? Et è cœlesti lapsus fonte,
Inspirabit in faciem eius spiraculum vi-
ta. Iesus est vita. Resurrectio bonum est?
Ipse cœlestis Princeps se resurrec-
tionis signat appellatione, Ego sum
resurrectio. Iesus est resurrectio. Lux mō-
di bonum est? E cœlesti prorsus augu-
stiori dilapsa luminari. Iesus est lux
mundi, via, veritas, sapientia. The-
saurus denique omnium bonorum Iesus
est.*

Caput tertium.

¶ *Nomen Iesu Terrestria adorant.*

Habitus humilis ex ternus reuerentia laudabilis. Ad illud.

68. Quasi vim infert nomen Iesu genibus decurandis.
69. Id in Magis procidentibus ostendo.
70. Regna hoc nomen adorant.
71. Hebraei & Gentiles profitentur.

Nomen eius Iesu.

Omnem terrestrium in nominis Iesu conspectu prouoluitur. Deus plane à nobis interna cordis, & externa corporis inflexione adorandus. Nomen Iesu diuinissimum plane nescio quā adhuc vel ipsis genibus vim inferat, quod nos faciat à facie tantæ maiestatis procidere. Ad Abrahami tabernaculum Pater, Spiritus sanctus, & Iesus properat Ambr. auctore. At Patriarcha tres videns, unum adorauit Iesum, eodem interprete. Quare non iugiter Patris, & Spiritus sancti adoratur maiestas? Adorauit quidem Patriarcha Patrem, & Spiritum sanctum; sed vis nominis salutaris adeo genua proripuit adoratoris, ut vix quodammodo potuerit se ab humili prouolutione continere.

Ge. 18. Ambr.

69. Luc. 2.

Ad memoriam adferas pastores illos claritate Dei circumdatos, qui videntes Verbum, quod factum est, quod fecit Dominus. Luc. 2. non dicuntur Puerum adorasse; sed festinantes accurrisse. Enim vero postea Magi procidentes adorauerunt eum. Mat. 2. Et cur Reges genua curuant Infanti, quæ pastores præfata genu inflexione non adorauerunt? Proh nominis Iesu potèntial Puer equidem postquā consumati sunt dies octo, Iesu nomine insignitur. Cū non dum Iesus nominatur, pastores accedentes reuerentur, cordis submissione adorant. At Reges post vocatum nomen eius Iesus accurrētes non

Mat. 2.

solum interno, sed externo adhuc habitu prouoluntur, procidentes adorauerunt.

Quod si mauius illud: *Omne terrestrium*, ad terrenum Imperium spectare, uti idem sit ac omnis sæcularis potestas: Iesu nomini imperium omne exhibet reuerentiā. Lapis ille è vertice montis sine manibus abscissus, præpotentem statuum, siue plurium Regnorum coaceruationem comminans, Iesus est, Ansel. doctore. Quod certe nomen salutare omnia mundi fecit curuari imperia salutis auctorè adoratura. Iul. Firm. Mater. ad hæc. *Quis locus in terra est, quem non Christi Iesu possederit nomen. Qua sol oritur, qua occidit, qua erigitur Septentrio, qua vergit Auster, totum venerandi nominis maiestas impleuit.*

Firmic. de mist. & errore c. 21.

Regnum Iesu litteris Hebraicis, Grecis, atque Latinis ad caput crucis legimus exaratum. *Erat superscriptio scripta super illum litteris Hebraice Grece, & Latine, Iesus Nazarenus Rex.* Lu. 23. Vt innueretur Iesum Regem totius orbis, cuius nomen non solum Hebræorum, sed & Gentium populi adorant. Bern. *Iam merito clamatur de terra, Oleum effusum nomen tuum. Ego sum, ait Dominus, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob.* Ecce Hebræos. *Et non amplius? Effunde, aperit manum tuam a thuc, & imple omne animal benedictione. Veniant ab Oriente, & Occidente, & recumbant cum Abraham, Isaac, & Iacob, Veniant, veniant tribus Domini, ad confitendum nomini Domini.* En Græcos, & Latinos adoratores.

Bern. ser. 15. in Can.

O ratio aduersus Diabolum presidium

Caput quartum.

¶ *Audito Iesu nomine, Inferna prouoluntur.*

Ad Illud: *Nomen eius Iesus.*
 72. Hoc nomine Iesu Diabolus tremit audito.
 73. Se à Iesu nomine viciū profiteretur.
 74. Etiam si non profiteretur, id per se notū.
 75. Nomen hoc diaboli incantatio.
 76. Nam ob proferentium improbitatem hæc virtus imminuatur?
 77. Cur diabolus nomen Iesu ore protulit?

72. **O**Mne denique infernorum genu fleat, auditō nomine Iesu. Nō equidē tā durū Diabolo nomē Iesu illi minime profecisse, si nō incredibile exitium inferret. Nomen etenim salutare vim infert Dæmoni, vt contremiscens, & expauens protinus volu-

Nazianze. *Augustinus illud nomen vix plerumque pronuncians, cū statim Dæmō nō sine stridore, grauissimoq; dolore longissime se prorripuit, Dei in mortalibus vix, ac potētia clamans.*

73. *Athanasius. Athanasius. Athanasius. Athanasius.*
 73. **I**psius hostis tartarei ore fædo nominis salutaris victoriā exaudite. *Rego* (inquit Magno Antonio Sathanas) *non ne legisti, Quia defecerunt inimici frastra mea in fine, & ciuitates eorū destruxisti? En nihil iam habeo locū, nullam possideo ciuitatē, iā mihi nulla sunt arma, per omnes nationes cunctasque Prouincias Iesu resonat nomen.* Quā equidē Iesu nominis potētia vt Abbas tunc experiretur, iclamat. *Vere Iesus tuas funditus subruit vires, & honore nudatus Angelico, volutaris in sordibus.* Adicit Anton. *Vix dū verba cōpleuerā & ille sublimis Saluatoris nomine deiectus est.* Atha. sic.

74. **Q**uod si Diabolus se victum non prohteretur, fatis id per se notum, Iesus Discipulis: *Data est mihi* (ait) *Omnis potestas in celo & in terra.* Mat. 28. Vbi Chrysoft. requirit, *Cur non dixit. & in inferno?* Respondet, *Quia planū erat, vt in nomine Iesu omne genua flectatur infernorum.* Quid magis planum, quid amplius per se notum, quam nomen Iesu infernis spiriti-

bus omnino esse exitiale? *Planū erat.* Hinc Chry. *Si in illis (ait) diuinas incantationes canere noveris, statim vulnerabitur. Sunt enim nobis cantationes spirituales ipsum nomē Domini Iesu. Sanctū* (ait Dauid) *& terribile nomē eius.* Plal. 110. Experimēto quippe cōpererat, dū in hoc nomine Goliath Diaboli typum ad exitiū reuocauit. Qua de re Serar. noster consulendus.

Quid si immūda sint hominis labia proferentis? *Nazi.* *Nec ob hominū improbitatem huius nominis vis imminuta est.* Confirmat Orig. peccatorū testimonio in clamitantiū, *Domine, non ne in nomine tuo dæmonia eiecimus?* Mat. 7. Ac si Iesu nomini vis aduersus diabolum à quacumq; digni seu indigni prolatione independens hærescat.

Ad calcē deniq; huiusce tractationis, dum diabolum obijcio primū Iesu nominis vsurpatorē. *Quid nobis & tibi Iesu?* Luc. 4. inquit, *Quare a Iasari nomine, incantamento tibi, Diabolus non abstineat.* Et quonāmodo aufugiet audito, qui impunē videtur protulisse? *D. Ambr. respondet. Nec quemquā mouere debet, quod Iesu nomen Diabolus dixisse primus inducitur. Nec enim ab eo Christus nomen accepit, quod de celo Angelus ad Virginē detulit. Est huius impudētia diabolus, vt inter homines primus vsurpet, quo terrorem suæ potestatis incutiat.* Diabolus itaq; primū fædo ore Iesu nomē assumens, intēdit homines ab illius saluari inuocatione reuocare. Nam cū audiunt Diabolum nominare Iesum, falso sibi persuadebunt, haud fortasse tanti esse momenti aduersus tartarei hostis insidias Iesu nominis vt inuocatione.

(. .)

LIBER TERTIVS.

CHRISTI EPIPHANIA

COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES IN
Caput secundum Mathei. Observationes morales panegiricæ in
Iesum à Magis adoratum.

NON latuit Magos ad solis ortum longis terrarum spatijs disritos ves-
ri solis natiuitas. Stella duce, & intei fulgoris fontem, Ierosolymam in-
gressi, requirunt Formidabilis Tyranno Veri appellatio Regi: dum Ma-
gi de loco natalitij instructi, eiusdem ducatu Luminaris in Bethlehem delati, mune-
ribus exhibitis, Deum, hominem, moraturum venerantur. In somnis haud dormi-
ranti Numine moniti, ne ad Herodem reditum molirentur, alia incedentes via eos
iam alios Patria recepit. An non stella tantorum origo honorum. Marasæ profecto,
si Christus non mysti è Luminaris illius morem indueret, ut Magos à sua allue-
ret canabula. Pascha In Magis illis (ait) iam fides gentium, vsut primitiæ
Domino consecrantur; qui per fidem in Oriente Sydus cernentes, ma-
tutinam stellam, quæ Christus est, feliciter sunt secuti Nisi enim Lucifer
matutinus primùm eorum cordibus oriretur, nequaquam stella præuia,
Regem Iudæorum tam constanter inquirerent. *Hæc ille.*

MATTHÆVS CAP. II.

Verf. 1. *Cum natus esset Iesus in Beth-
lehem Iudæam diebus Herodis Regis, ec-
ce Magi venerunt Ierosolymam.*

Verf. 2. *Dicentes: Ubi est, qui natus est
Rex Iudæorum? Vidimus enim stellam
eius in Oriente, & venimus adorare
eum.*

Verf. 3. *Andiens autem Herodes Rex
turbatus est, & promissus Ierosolyma cum
illo.*

Verf. 4. *Et congregans omnes Principes
Sacerdotum & Scribas Populi, sciscita-
batur ab eis, ubi Christus nascere-
tur?*

PARAPRASIS.

1. Nato Iesu in Oppido, cui nomen Bethle-
em, eo tempore, quo Regnum apud Iudæos non
Iudæus obtinebat Herode Magi, seu sapien-
tes quidam se se conferunt Ierosolymam.

2. Vbi (inquiunt) est ille, qui nuper natus est
Rex Iudæorum? Nos enim certo indicio na-
tum illum cognouimus. Nam cum procul
hinc ageremus in Oriente, Stellam eius ad-
mirabili specie vidimus. Vidimus stellam, &
sensimus afflatum. Proinde, huc iuvus pro-
fecti, vt adoremus, nouo que Regi debitas ho-
noris primitias exhibeamus.

3. Metuens Herodes ne Regno, quod occupa-
uerat alienigena deturbaretur; si tantus
Princeps de Iudæorum stirpe existeret, con-
turbatus sane est animo. simulque cum hoc
tota Ciuitas Ierosolymorum, alijs aliud me-
tuentibus, seu sperantibus.

4. Cum totus arderet Herodes in nati Pueri
exitium, accersit ad se ex ordine Sacerdotum
cunctos Primores ac Scribas populi Iudaici,
quorum hæc peculiaris profectio, vt siquid ex-
ortirerit rerum nouarum, è Prophetarum
Oraculis, è que diuinis libris responsa darent.
Ab his igitur Rex sciscitatus est, vbi nam
nasciturum Christum promississent Oracula?

Verſ. 5. *At illi dixerunt ei: In Bethlehem Iudæ; ſic enim ſcriptum eſt per Prophetam.*

Verſ. 6. *Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in Principibus Iuda; ex te enim exiet Dux, qui regat Populum meum Iſrael.*

Verſ. 7. *Tunc Herodes, clā vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus Stellæ quæ apparuit eis.*

Verſ. 8. *Et mittens illos in Bethlehem, dixit: Ite, & interrogate diligenter de Puerō; & cum inueneritis, renunciate mihi, ut & ego veniens, adorem eum.*

Verſ. 9. *Qui cum auდიſſent Regem abierunt, & ecce Stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos, & ſque dum veniens, ſtare ſupra, ubi erat Puer.*

Verſ. 10. *Videntes autem ſtellam, gauiſi ſunt gaudio magno valde.*

Verſ. 11. *Et intrantes domum, inuenerunt Puerum cum Maria Matre eius, & procidentes adorauerunt eum: & aperta theſauris ſuis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.*

Verſ. 12. *Et reſponſo accepto in ſomnijs, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuerſi ſunt in Regionem ſuam.*

5. At illi non dum odio furentes in Chriſtū, quem non viderant, reſpondent: In Bethlehem Iudæ. Ac ne parum ponderis haberet ipſorum authoritas, ecce in promptu habent Michææ Prophætæ vaticinium.

6. Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in Principibus Iuda; ex te enim exorietur Dux, qui regat Populum meum Iſrael.

7. Sacerdotibus itaque & Scribis dimiſſis, clanculum, ne Iudæi ſolum ſuſpicarentur, acceſſit ad ſe Magos, & communicata re, quaſi idem agerent vtrique, diligenter percontatus eſt, quantum eſſet temporis, ex quo illis primum ſtella apparuiſſet, cuius indicio tantum itineris emenſū, veniſſent Ieroſolymam.

8. Magos vtrò ituros etiā ſuo nomine flagitat Rex adire Bethlehemum, ſummaque diligentia veſtigare de Puerō, ut eo comperito mox Ieroſolymam reuerſi ſe facerent totius negotij certioſam, cauſam prætedens ad modum piani, ut & ego (inquit) eodem me conferam, vos que imitatus, cum odorem.

9. Magi, audito Rege, contendunt Bethlehem. Stella autem, quæ ad tempus diffugerat, ruruſus adefſt; quæ quidem ſic eorum pietati ſeruebat, ut non ſolum Bethlehem, ſed ipſam etiam domunculam, & ob hoc inuentu difficilem, indicaret: atque adeo ipſius Pueri capiti imminens eſt propinquo, ceu digito expetitur demonſtrabat Infantem.

10. Hæc ubi ruruſus apparere cæperat, omnem ſolicitudinem ex animis illorum diſpulic: iam que certa ſpe, ſimul & gaudio pleni, neglectis hominum indicijs, cæleſtem ducem ſecuti ſunt.

11. Domum, qua, relicto iam ſtabulo, Puer commorabatur, ingrediūtur, reperiunt Infantem, reperiunt Matrem nil præ ſe ferentem magnificum; paupertatem tota ſupellex teſtabatur. Magi ad vagientis Pueruli cunas procumbunt, adorant proni non dum fari potentem. Depromunt de reſpoſitorijs ſuis deſtinata munera ex hiſce rebus, quarum regio Perſarum diues erat, aurum, thus, & myrrham.

12. Cæterum, cum ſecum agerent, an redeundum eſſet ad Herodem, ut illius animo ſatiſfacerent, in ſomnijs admoniti ſunt Oraculo diuino, ne ſe ad illum referrent. Illi non ſegnes parent Oraculo, ac diuerſa via reuerſi ſunt in Patriam apud ſuos noui Regis noui futuri præcones.

SECTIO PRIMA.

Magorum ex Oriente profectio.

TEXTVS.

Verf. 1. Cum natus esset Iesus in Bethleem Iudæ, in diebus Herodis Regis: ecce Magi ab Oriente venerunt Ierosolymam.

COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES

¶ Cur Iesus voluerit in Bethleem nasci?

§. I. **C**um natus esset Iesus in Bethleem Iudæ. Bethleem prius dictam Ephratâ Strabus affirmat. Plerique codices habent, *In Bethleem Iudæ.* Sic legunt Chrysoft. & Euthimius. Sequor Hieronymum asserentem legendû *Iudæ.* Iudæa enim tota duodecim tribuum terra est. Cum autem duæ fuissent Bethleem, altera in tribu Iudæ, altera in tribu Zabulon: *Iudæ* dixit, ad differentiam alterius, quæ in tribu Zabulon erat constituta; vtraque vero in Iudæa commorabatur duodecim tribus cõplectente.

2. Existimo itaque idè natum Iesum in Bethleem, vt ortus de Dauidis stirpe probaretur. Dauid enim Bethlehemiticus & ortu, & profapia, vti 1. Reg. 16. constat. Obijcis. Sion etiam Ciuitas Dauid. Quare ergo in Sion potius ortus nõ est? Respondeo non æqualiter pertinere ad Dauid Bethleem & Sion, cum ipse natus non fuisset in vtraque. Quod si æqualiter ad Regem pertineret vtraque ciuitas, adhuc affirmarem conuenienter à Iesu electam Bethleem ad natalitium. Quare? Pulchrè respondet Caietanus, *vt ex electo loco natiuitatis inciperet assumere vilitates nostras, eligendo nasci in vili terra.* Id brebiter illustro.

semper eligit quod sibi vilius, & vtilius nobis. iustus eligar. ad illud: Nomen eius Iesus.

3. Iesu humilitas, & charitas.
4. Non manus Discipulorum, sed pedes eligit diluendos.
5. Circâ passionis articulos mirabilis Iesu lectio.
6. Quando eligere non oportebat quod sibi erat abiectius, Patri dat electionem.
7. Pauperem elegit Parentem.

Ponderanda verba illa: *Eligendo nasci in vili terra.* Quasi à Patre Christo datum, vt eligeret locû natiuitatis, ipse autem, qui poterat ad urbem Romanam se recipere, aut in Regia Ierosolima nasci, aut aliam opulentam Ciuitatem Patriam sibi efficere: elegit Bethleem Ciuitatem abiectam, ex que huiusmodi Ciuitate tugurium elegit abiectissimû. Nunquam Iesus elegit id, quod nobis cellius, suauius est.

Id expressit Ioannes egregiè hisce verbis. *Sciens Iesus quod omnia dedit ei Pater in manus. Posuit vestimenta sua, & capit lauari pedes Discipulorum suorum.* cap. 13. Quid omnia à Patre posita in manus Iesu? Existimo idem esse, ac fecisse ei Patrem copiam eligendi quidquid voluisset circa passionis negotium, penes que omnia quæ ad eandem dirigerentur. Sciens igitur Iesus, quod haberet eligendi potestatem, cum occurreret abluendi Discipulos occasio, capit non manus, sed pedes ablu-

Locû ab iectiore Natus in Bethleem Iesus, quia

abluere. Profecto licet idem mysterium (venialium scilicet ad communionem mundatio) quod in pedum dilutione representatur, recte in manuum lotionem designatum fuisset, si placuisset Iesu: abiectio studio pedes, quia viliores, eligere dignatur. Adnotauit hoc D. Augusti-

Auguf. apud S. Tho. fatus. *Cum ergo illi Pater omnia dedisset in manus, tunc ad electionem faciendam proposuisset, ille non manus discipulorum, sed pedes lauit.*

5. D. Paulus, *Dominus quidem Iesus in qua nocte tradebatur.* &c. 1. Cor. 11. Quærit Chrysol. *Quare meminit noctis illius?* Respondet, ut innueretur se Dominum ostentasse circa electionem eorum, quæ sibi vilia magis, nobis que existerent utiliora. Menti etenim præsentatur illa nocte audita, quomodo cum Discipulis tristis erat, quomodo traditus est, quomodo ligatus, quomodo iudicatus, quomodo demum omnia passus est. *Cera mollior fiet, & omnem terræ abijcies cogitationem. Quomodo tristis erat.* Proposito sibi, an velit hilaritate præmissa, vel tristitia pressus ad passionem currere? elegit tristitiã, quia lætitiã minuit passionem. *Quomodo traditus est.* Data sibi potestate ad permittendum hostem Phariseũ, aut Discipulum proditorẽ, permisit Discipulũ, ut viliori apud inimicos prætio haberetur. *Quomodo ligatus.* Potuit sine illigatione comprehendat elegit ligari, ut in morem latronis vilius ad tribunal adduceretur. *Quomodo iudicatus.*

6. Cupiebat Iesus à Iudæis minime iudicari, & damnari, ideo enixe orãs in clamat. *Trãseat à me calix iste.* Mat. Hiero. 26. *Vbi Hiero Signanter dicit: Calix iste, hoc est, populi Iudæorum, qui excusationem ignorantia habere non possunt; si-*

me occiderint, habentes legem. Voco ad disputationem, quare obiecto populo Iudæorum, & gentilium, ut eligeret seu ab hoc seu ab illo damnari, & trucidari, non elegit damnari a Præfide gentili, à militibus gentilibus torqueri, & occidi; sed totum negotium diuinæ voluntati remisit: *Non mea voluntas fiat. Non sicut ego volo.* Christo profecto vilius a charissimis Iudæis damnari, ipsis autem omnino exitiale. Quando igitur propter ipsorum hominum manus bonum non oportuit Christum eligere quod sibi abiectius, & horribilius fuisset, Patri omnino reddidit electionem.

Una est (inquit Sponsus.) matri suæ electa genitrici suæ. Cantic. 5. *Vbi Guillem. Singularitur electa Maria ad ministerium redemptionis.* Electa à Filio Dei. Cur ergo eam non curauit prædiuitem sæculi Reginã? Quia quando Verbum eligit, nihil magis curat quam id, quod sibi humiliter & abiectius futurum, cum apud ter-ricolas commoraturus est. Aptè ad rem Abulensis. *Christus elegit pauperem Matrem, noluit etenim fauores Principum, nec familiaritates eorum, quas habuisset, nisi eas spreuisset.* Mirum fuisset si pauperem humilitatis studiosus nõ Matrem eligisset, qui elegit nasci in vili terra.

Aptè nascitur in Bethlehem domo panis Iesus, qui panis futurus erat.

8. Filius sapit cunabula.
9. Crux arbor mortifera à morte patria.
10. A polluto labijs populo labijs haud purus Isaias.
11. Cæcum Iesus spirituali vita donaturus, a mortuorum amouet ciuitate.

Id filius affo-
let esse
quod
domus,
vbi edu-
catur.
Ad
Illud:
Nomen
eius Ie-
sus.

8
Pasc.
hic.

MISTICA Maliam rationem reddit Paschal Apte in Bethlehem natus. Bethleem quippe domus panis interpretatur, ex quo nimirum presagium inducitur futurorum, quod ibidem panis vivus, qui de caelo descendit, ad refectioem eorum, qui credituri erant, quandoque nasceretur. Haud recte videtur Doctor inferre. Nascitur in domo panis, ergo panis vivus futurus est. Egregia profecto excogitatio. Illud namque filius affolet esse, quod est domus apud quam nascitur, apud quam educatur. In domo panis, in domo virtutis nasceris? Panis proculdubio eris, virtutibus comdecoraberis: spinarum fortiteris domicilium: exitiali plerumque stipaberis fructu.

9
Psal. 1. *Et erit (ait vates) tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum.* Psal. 1. Quodnam hoc lignum? Cassiodor. *Lignum Crucis plantatum est secus decursus aquarum. Quinam aquarum decursus? D. Brun. Id quod labitur, & defluit in mortem.* Vnde hic designatur nostra mortalitas, humana fragilitas, imo ipsa hominum inimica mors. In domo mortis (sic fari liceat) Crux educatur? Nascitur Crux secus mortis defluxus? Lignum mortiferum existeret Saluatori. At postmodum arbor vitae Crux, quia mystice tunc Dominico haeret paradiso totius fonti vitalitatis.

10.
Isaia. 6. *Isaias inclamat, Ve mihi, quia tuncui, quia vir pollutus labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito.* Cap. 6. Lxx. transferunt. *Homo cum sim, ego habito in medio populi immunda labia habentis.* Homo cum sim non possum non a Patria, a natiuitatis loco mores ebibere, sicuti ceteri mortalium? Egregie Hier. Pec-

cauit non suo vitio, sed Populi sui habentis polluta labia.

Ideo Dominus Caecum illum donaturus & visu & vira spirituali, Apprehensa manu caeci eduxit eum extra vicum. Mar. 9. Ad quem locum Hier. *Eduxit eum extra vicum, id est, extra vicinitatem malorum.* Natalis itaque spiritualis erat tunc celebrandus. Encur Dominus Caecum eduxit extra vicum; quia vicinitas malorum obest adeo spiritualis vitae progressui, ut qui inter improbos nascitur, post breuem interitum, prauo illectus exemplo, miserum decumbat.

11.
Mar. 9

Hiero.

Apte in Bethlehem domo panis nascitur, qui leges laturus est in Hierusalem.

12. Prudens enim deest panis, a ferendis se eximit legibus.
13. Prius comedendi de omni ligno Deus tradit homini copiam, quam de abstinentia legem inferret.
14. Prius fungitur pastoris officio, quam se se accingat ad regimen.
15. Aduena & pupillum, non tyrannos Deus regere affirmatur, quia illorum specialiter victui incumbit.

Prius
Prin-
ceps fu-
os pas-
cat, qua
legibus
oncret.
Ad
illud:
Nomē
eius le-
sus.

OBIIICIT Abulensis in praesenti. *Quidam dicunt quod Christus debuit nasci in Ierusalem, quia Isaia secundo dicitur, De sion exiit lex, & verbum Domini de Ierusalem.* Profecto si Dominus in Ierusalem erat leges laturus, apte prius in domo panis natus obijcitur. Nullus enim aptior Rex, quam ille, qui pastoris officio fungens, prius curat reficere gregem, quam ei legum indicere obseruationem. Se expedire prudens ille a regimine curans, obij-

12.

Abul. q.
4.

ciebat, *In domo mea non est panis.* Nec appositè legibus onerat, qui non prius alimonia alleuat subditos. Haud itaque o Rex Regum te iam poteris à gubernatione eximere inclamans: *In domo mea non est panis*, si in domo panis ortus, panis viuis hominum alimentum effectus es.

13^o
Gen. 2.
D. Tho.
hic.

Audite Regum omniam principem. *Ex omni ligno comedere, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas.* Gen. 2. quærit hic D. Thomas, cur prius Dominus dixerit, *Ex omni ligno comedere*, quam indiceret, *ex ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas?* Non ne sufficeret vnum lignum prohibere, vt homo cognosceret licere sibi ad quodcumque lignum manû amouere, cuiuscumque arboris decerpere fructus? Ingeniosè respondet. *Hoc fuit prohibitioni ligni vetiti annexam.* Ac si diceret, *Qui indicturus erat legem circa abinentiã ab arbore sciëntiæ boni & mali*, qui legibus subditos ligare volebat, debuit prius de illorum victu esse sollicitus, vt è domo panis efficacius ascenderet in Ierusalem legem prolaturus: Quod si postquam Legislator subditi sustentationi studuit, contumax peristeret circa legis obseruantiam. *Ex hoc (inquit ille) conuincetur magis sua contumacia.* Nullã enim subditis transgressionis excusationem habet, si totus est Princeps eius victui, & vtilitati addictus.

14.
Pfal. 47.
Athan.

Vnde inclamat Dauid. *Quoniã hic est Deus Deus noster in æternum, & in seculum seculi, ipse reget nos in secula.* Psalm. 47. D. Athanas. pro reget, posuit, *pascet*; quia aptè committitur regiminis munus ei, qui pascere oves didicit. *Hic (inquit) qui populũ pascendo pastoris officio fungitur (Do-*

minum intelligit) *is est qui nos in seculum seculi reget.* Vnde aptè prius pastor est D. Athanasio, postea Rex. *Pastoris officio fungitur, (de presenti) nos in seculum seculi reget.* Si prius pascis subditos, postea conueniẽter & efficaciter leges ferre valebis.

Hebræis Moyles, *Facit Deus iudicium pupillo, & viduæ, amat peregrinũ & dat ei victum, ac vestitum.* Deut. 10. Quare Deus iudex viduæ & pupilli, id est, desolatorum designatur, & non potius satraparum tyrannorum, quos comprimere magis oporteret: Depingitur Deus peregrinorum altor, desolatorum procurator, non satraparum, nec tyrannorum. Vnde iudex desolatorum apte nuncupatur; quia eis leges indicare debes, eos ad tribunal vocare, queis impertitus prius es alimonia. Excogitauit eleganter Philo. *Deus magnus, (ait) fortisque, qui nullius personam respicit. Moxque addit quos iudicet, non Satrapas, tyrannos que, terra & muri late imperitantes: sed aduenam, pupillum, viduam.* Quare hos, non illos legibus suis moderandos accipiat: Quoniam huic oruitati, de solatione nunquam de fore prouidentiã celestis Numinis tanquam peculiari suæ Prouintie pollicetur Dominus. Vnde si specialiter sunt cibo refecti, & legis iugo sunt onerati.

¶ Quis nam Herodes Rex?

16.
Herodes
idumeus
tyrannus.

IN diebus Herodis Regis. D. Ambr. Iab Idumæis latronibus affirmat Antipatrum Ascalonitam captum, imbutum fuisse mysterijs Iudæorũ, & ab Hircano Iudææ Rege legatum missum ad Pompeium, eiusque filiũ

Hero-

Herodem sub Antonio Senatus cō-
sulto Iudææ Regnum adeptum. Hic
autem, (vti aduertit Chrystost.) non
fuit qui Ioannem interfecit, Chri-
stum irrisit, Iacobum occidit, Petrū
vinctulis illigauit; sed pater interfe-
ctoris Ioannis, irrisoris Iesu auus, oc-
cissoris Iacobi, Petri persecutoris,
magnus Alcalonita nuncupatus. Le-
gendus Iosephus. Quod si requiras,
cur additum ab Euangelista, Regis?
Variè responderetur à Doctoribus.
Sed facile respondet Maldonatus,
Vt distinguat à Tetrarcha, de quo
Cap. 14. A Chrystostomo didicit.

17.
Cur ce-
xitur hi
storia
per He-
rodē, nō
per Au-
gustum?

Hugo Cardin. huiusmodi exci-
tat quæstionem. Cur dixit, *In diebus
Herodis Regis? Potius videtur dicen-
dam. Tempore Augusti Imperatoris, à
digniori enim fit de nominatio.* Ab Hay-
mone acceptit solutionem. *Vt demō-
straretur prophetia Iacob esse impleta, qui
dixit. Non auferetur sceptrum, &c. 1^a
(prosequitur Hugo) ablatum erat sce-
ptrum de Iuda, quia Herodes erat alieni-
gena, & ideo patet quod ille natus erat,
qui promissus erat in lege. Non (tanti-
viri venia) recte infertur, Alienige-
na regnabat, ergo natus erat Iesus
promissus in lege. Herodes enim
regnauit in populo Iudæorum tri-
ginta septem annis, cuius tricelsimo
primo Iesus natus est.*

18. Enim verò ideo censeo Herodis
hic non Augusti factam mētionem,
quia Magerum historia non cū Au-
gusto, sed cum Herode texebatur.

Caiet. Id quod exprimit Caietanus, *Mat-
theus non dicit, In diebus Cesaris Au-
gusti, sed in diebus Herodis Regis, quia
historia aduentus Magorum cum inde
subsecutis ex Herode, non ex Augusto
Cesare pendebat. Herodes enim, nō Au-
gustus inquisiuit de loco natiuitatis Chri-*

*sti, direxit Magos in Bethlehēm. Quæ-
ris an Herodes hic Idumæus fuisset
circumcisionis vulnere affectus, vt
Hebræis imperaret? Caietan. respō-
det ob amorem vxoris Idumæum
fuisse circumcisum.*

¶ *Quinam Magi?*

Eccō. Aduerbiū hoc demonstrā
di est, cum autem Magi die deci-
ma tertia à natalitio Iesu venerint,
quomodo per ecce demonstratur?
Respondet Strabus. *visa stella, statim
se ad iter preparasse. Vnde particu-
la ecce magis inchoationem diligen-
tem profectiois, quam accessum ad
Ierosolymam inuuit.*

19.
Ecce ad
uerbij,
vis.

*Magi. Quare Magos appellat?
Num quia malefici. D. Augusti. S.
Thom. Ambro. Basil. Iustin. Mar. Hi-
lar. Theophyl. Orig. & Tertul. ma-
leficos fuisse Magos sentiunt. Pro
omnibus D. Basilius, Magi (inquit)
incantationibus, & magicis, & natura-
libus quibusdam affectibus, astronomia
que, & rebus subtilibus vacabant, cu-
ius Magica Balaā videtur fuisse. Mo-
uentur, me iudice, hi Doctores ex
ipso nomine Magorum, quod male-
ficiū insonat, præcipue cum in Euā-
gelio Hebræo nomen hoc: Magus
significet præstigiatorē: si autē ma-
lefici non fuissent, quid opus fuit in-
fami nomine eos afficere Euange-
listam?*

20.
An Ma-
gi male-
fici.
Basil.
ora. de
Car. ge

Profecto cum illis sentio, qui ma-
leficos fuisse inficiantur. *Magi enim
idem prorsus ac sapientes. Auctor
Imp. Magi apud Persas non malefici,
sed sapientes intelliguntur. Pro hac sen-
tentia militant Ansel. Beda, Ruper.
Nizepho. Strab. Innocent. D. Leo.*

21.
Magi i-
dem ac
sapientes

Cypri. Chaldei Magister Hist. Lyran. Carthus. Hagen. & recentiorum communis receptio. Di Heron. audienda. Magi habentur apud gentem suam, ea quod sine Philophi Chaldaeorum, & ad artis huius scientiam Reges quoque & Principes eiusdem gentis omnia faciunt. Unde & in nativitate Domini vult primi ortum eius stellam intellexerunt.

Cuinam, ais, sapientia studio dediti seu cuinam addicti facultati? Strabus respondet. Magi non malefici, sed Philosophi Chaldaeorum, qui de singulis philosophantur. Contendantur Beda & Innocentius. Ego autem cum D. Anselmo, Leone, & Cypriano Astrologia fuisse deditos affirmo. Unde stellæ novæ exortum mirabilem penetrare potuerunt. Erant (inquit Cyprianus) viri siderum inspectionibus assueti, qui arte mathematica vim, discursumque noverant Planetarum, qui ex elementorum natura ratione temporum metientes, astrorum ministeria certis experimentis, proprijs didicerant effectibus assignata. &c. Unde eis stella Iesu nuncians natalitium mirabilis plane eos ad novi cuiusdam effectus considerationem impulit.

Hos equidem discipulos opinor Balaam, imo de eius genere, per quæ nasciturum Regem de Israel acceperunt. Præstat audiri ex Basilio. Balaam in quarta parabola talia de Domino dicit. Homo videns, & audiens verba Domini, qui novit Altissimi doctrinam, & visiones omnipotentis vidit, qui dormit apertos habens oculos, vido eum, sed non modo: intuebor illum, sed non prope. Orietur stella ex Jacob, & consurget homo ex Israel. Quoniam igitur (adiicit Pater) astrum ortum nature prodigium habuerunt, sciscitari de-

creaverunt, quoniam homo ex Israel exurgeret? Quam obrem Iudæa locum investigantes, ex antiquo vaticinio in Civitate eius venerunt, ut errogante: Ubi nam est, qui natus est Rex Iudæorum?

¶ Num Reges?

F Vere ne hi Regia dignitate fulgidi, Ecclesia Reges fuisse non certa & Catholica fide, sed probabili opinione credit. Probabili inquam, nã multi ab hac sententia graves Doctores antiqui, & nostri temporis recessere. Vigeat tamen Ecclesiæ traditio, quam approbant Tertulian. Chrylost. Cypri. Hilar. Basilus, Idradius, Hieron. August. Ildor. Beda, Strabus, sic exponentes illud Psal. 71. Reges Tharsis & Insula mœnæra offerunt.

Hæc nitor coniecturis. Ab Oriente veniunt, unde privati Philosophi tam longe suscepto itinere, non venissent. Adoraturi Regem natum, quod soli Reges, seu Principes face-re assolent. Thesuros habuerunt. Ab Herode novum in clamantes Regem comprehensi non sunt. Ipse Herodes dixit se quoque adorandi causa, cum ubi sit intellexerit, iturum. Simulatè, non inficior, veritatem tamen simulabat, quasi omnes Reges deberent Magorum exemplo novum Regem adorare. Privati nè homines unquam ausi fuissent coram tyranno profiteri, legitimum Iudæorum Regem esse natum?

Non, ais, Reges eos appellavit Evangelista. Nec autor libri Iob amicos eius Reges nominavit, cum tamen Tobia libri autor appelleret. Et me iudice, notanter Evangelista eos

Magos

22.

Strab.

Cypri. de Mag.

23.

Basil. hom. ar. de hum. Chr. ge. ne.

24. Reges fuere Magi.

Tertul. & alij.

Psal. 71.

25. Fundamenta.

81

26. Obiectio fit satis.

Magos nominavit, vt tacite redderet rationem, cur ex stella Christū natum esse cognouissent.

27.
Reguli
erāt, seu
Proce-
res.

Ceterum, vt aliquid demus oppositæ sententiæ autoribus non infirmo scipione nitentibus, vt Magos Reges non fuisse existiment, sequor Simonē Calsianum asserentem hos non fuisse potentēs Reges, sed Regulos, siue Toparchas, vel, vt i nominat Erasmus, Primores suæ gentis. Erant (inquit Calsia) in Regione aliqua Orientalis plagæ tres viri nobiles, parui tamen Reges. Si quem magno apparatu incedentem aspiceres, non ne Procerem existimares? Magos itaque Proceres nomino magno apparatu profectos, vt accepi ex Strabo.

¶ Quotnam?

28.
Tres fue-
rē Magi.

ENim vero verbum illud Magi numero multitudinis nos allicit ad vestigandum, quotnam fuerint hi viri? Strabus plures fuisse tantum affirmat, nec certo cognosci numerum eorum. Autor Imperf. duodecim testatur, sed ex apochripho tractatu desumens. Calvinus quatuordecim anumeravit sine fundamento. Tres fuisse, communiter ab Ecclesia receptum. Sunt huiusce sententiæ D. Leo, Ansel. Innocenti. Bern. Ruper. Hil. Arelat. Beda, Maxim. & ex recentioribus omnes.

29. Non equidem sine mysterio. Primò, vt accessari ad fidem ex tribus Noe filijs exprimerentur. Glossa, *Vt per eos gentes, quæ ex tribus filijs Noe natae sunt, ventura ad fidem præfigurentur.* Deinde vt Trinitatis mysterium innui posset. Hilarius Arel. *In eo quod à Magis tria offeruntur, Trinitas intel-*

Hilar.
de Epi.

ligitur. In eo vero quod tres vni, & singuli singula offerunt, in Trinitate Unitas declaratur. Præterea, vt tres tribus orbis partibus adorationis magistri obijderentur. Ruper. *Tres homines tribus partibus orbis Asia, Europa, atque Africa fidei, confessionis, atque adorationis exemplar existere meruerunt.*

Ruper.
L. in Ma-
th.

○ Nomina Magorum sic Magister Historiæ Scholasticæ assignat. Hebraice Appellius, Amelius, Damascus. Græcè Balaath, Malgalat, Saratin. Latine autē Gaspar, Balthasar, Melchior. Porro eorum aetatem expendit Beda in hunc modum. *Dicitur fuisse Melchior senex, & canus, barba proluxa, & capillis. Secundus nomine Gaspar, iuuenis imberbis, rubicundus. Tertius fuscus, integrè barbatus, Balthasar nomine.* Horum equidem Regum, seu Procerum Proiuntias Magister iuxta Persarū, & Chaldeorum collocat fines.

30.
Nomi-
na, ætas.

Magist.

Beda in
collect.

¶ Undenam?

AB Oriente venerūt. Difficilis quæstio volui assolet, undenam Magi venerint? D. Cyprianus, Tertul. & alij ex Arabia venisse affirmant. Alij alias & cōfingunt, & recensent opiniones. Ego autem communi heretico sententiæ ex Perside venisse testanti. Plures habet autores Chryfostomum, Cyrillū, Iuencū, Theophyl. & omnes fere postteriores. Mo ueor, & quia nomen Magorum Persicum est, & quia Persicos præ se mores ferunt hi Princes. Reges enim adorare, & non sine munere adire, Persica lex.

31.
A Persi-
de.

Difficilem reddit hanc quæstionem aduētus properatio. Quomodo enim vndecim aut duodecim diebus,

32.
Quomo-
do tam-
cito?

diebus, (do equidem eis vnum siue duos dies integros, vt in Herodis consisterent conspectu) venire potuerunt? Non hoc impossibile (inquit Strabus) cum equos Arabicos ac Dromedarios haberent, qui sunt ad iter velocissimi. Haud difficile (Remigius ait) cum Puer, qui nunc natus est, in tam breui spacio temporis de vltimis terræ finibus ad se perducere potuerit.

33.
Aucto-
ris sen-
tentia.

Facilius sentio Magos ex Persidis seu Chaldææ Orientali regione venisse, in Bethlehem propinqua, vt paucis prædictis diebus abique miraculo, & molestia intolerabilique festinatione iter cõficere potuerint. Non ne Magi Balaam successores? Ergo verisimile in eadem, qua Balaam, habitasse Regione. Hic vero in Mesopotamia habitauit vti Abul. affirmat. *de Aram, id est de Mesopotamia, adduxit me Balac Rex Moabitum de montibus orientis.* Ex Mesopotamia vero diebus paucis ad Christum venire Magi potuerunt, dum constat Gen. 31. Labanum ex Mesopotamia profectum septem dierum spacio ad montem Galaad peruenisse. Fuisse autem Mesopotamiam orientalem ex Abul. verbis citatis liquet. desumptis è Num. 23. *De Aram adduxit me Balac de montibus Orientis.* Mesopotamia denique appellatur à D. Stephano terra Chaldæorū. *Deus (inquit) gloria apparuit Abraha, cum esset in Mesopotamia, & dixit ad eum: exi de terra, &c.* Deinde adiungit. *Tunc exiit de terra Chaldæorum.* Id est de Mesopotamia. Act. 7. Interpretatibus Strabo, & Abulense.

34.
Quãdo
riam ve-
nisse.

Ad hæc, breuiter discutiam D. Epiphanijs (& Autoris Imperf.) sententiam affirmantem Magos post

duos ab ortu Christi annos venisse adoraturus Mouetur Epiphanius quia Herodes occidi infantes insitit *liberatu & infra, secundum tempus, quod exquisi erat à Magis.* Ergo acceperat à Magis Christum tunc temporis iã duos annos egisse. Addo Deiparam in Purificatione pauperis, non diuitis munus obtulisse. Ergo non cum aurum ei Magi consecrarent.

Vera equidem sententia, decima tertia post ortum die Magos Iesum adorasse reor. A me sunt Ecclesiæ traditio, fere omnes antiqui Patres, & recentiores interpretes. Colligo ex verbis Euangelistæ, *Cum natus esset Iesus in Bethlehem Iudæ, ecce Magi ab Oriente venerunt.* Particula *ecce* Magos ostendit paulo post natiuitatem venisse, non autem post annos duos. Si dixisset. *Cum natus esset &c. Ecce Magi itineri se comiserunt.* Innueretur itineris longitudo, Prouinciæ distantia. Vnde Epiphanijs sensus confirmaretur. Præterea Deipara anno post natiuitatem secundo non erat apud Bethlehem, sed apud Ægyptum. At Magi Christum in Bethlehem adorauerunt.

35.
Vera
senten-
tiam.

Vni Epiphanijs rationi respõdeo Heroem pro abundantia cautionis ætatis infantilis tempus protulisse. Altera non fortior ratio ad librum de Purificatione expectat. Breuiter innuerim aut pauperibus Magorum munus à Virgine erogatum, aut selegessisse in Purificationis oblatione, ac si Iosephi vxor munera nullatenus à Proceribus accepisset.

36.
Funda-
mentis
respon-
deo.

¶ Quare Magi veniunt Ierosolymam.

Venerunt Ierosolymam. Mirum Ierosolymam venisse, cum in Bethleem

37.
Variè
Docto-
res.

re. 2. Reg. 23. Hisce tribus militibus designatos accipe tres Orientis Proceres, qui profecto ad hauriendam è Cisterna Bethlehemitica aquam viuam nõ sine ingenti periculo perrexerunt. En Syria sequitur. Vis ostendam quonã modo Ierosolyma fugiat? fit tibi David Israelita typus Iudæorum proijcientium aquam Pulchrè Sophronius. Cur noluit bibere David? Quia prophetia lumine illustratus, fore prauidebat, ut Iudæi aqua illi uiuenti, omniaque viuificant, secundum carnè a Bethlehem exitura. Et è lacu virgineo nascitura, et in lucem proditura, hoc est Christo. fidem denegaturi essent. Vt Vates ergo sanctissimus Iudæorum in Christum perfidiam facto adumbrabat. Ob id, inquam, diuinus ille vir aquam ad se delatam haurire noluit: quia insanos, sceleratos que Iudæos Christi predicationi in suum ipsorum interitum et perditionem nequaquam credituros præsaquebat, certo que prauidebat. Sic ille.

meritum? Solut in huc modum: Merito ergo genti sancta, quia humana defunt, diuina succurrunt, et adest Deus ipse, cui homo non erat, qui adesset. Tunc equidem defunt humana, tunc nullus est, qui adsit, quando prauus gubernator clauum populi tenet. Improbis imperat, perit populus, desperata res est, medicus cœlestis genti sancta succurreret.

Sanctam audisti in clamantes Spõ sam? Quæ habitus in hortis (Theodor. Qui habitas) amici auscultant, fac me audire vocem tuam. Fuge dilecte mi, asimitare capra hinnulo que cerborum. Cant. 8. Theodoret. Sponse mi, qui requiescis in hortis, hoc est, in sanctis, quos tanquam hortos plantasti, ego qua huiusmodi adstricta sum vinculis, vereor, ne deficiam. Itaque secundum aduentum tuum sedulo flagitans, supplico, ut audire me facias vocem illam tuam optatissimam: Venite benedicite. Gens sancta à tyranno Principe opprimitur. O quam velociter Iesus adierit liberator! Fuge dilecte dilecte mi et c. Num petit, ut discedat? Minime; sed ut accedat, precatur. Fuge. Hebr. à barah, R. Chid est, (Rab. Salom. interprete) cur re cum magna festinatione. Vidisti capras, ac cerborum hinnulos suapte natura velocissimos animantes cursum cum volatu commutate, dum à canibus vrgètur. Haud aliter in me ereptionem accelera.

Illud Davidis, Discerne causam meam de gente non sancta. Psalm. 42. vocatur ad libram. Iudex viuorum et mortuorum separari cura oues ab hædis. Quare? Quia populus mirum in modum ab iniquis Principibus diuexatur. Obijcite menti statuum illam multiplicis regiminis super te steas subditorum vires exprimètem tyran-

Sopro. Ora. de Nati. Chris. 2. to. Bib.

Solius Dei, liherare Sanctos ab ini. qui Principis tyrannide. Ad illud: (in not. tus est. set le. sus 172 diebus Hero. dis.

OBSERVATIO I. MORALIS PANEGIRICA CIRCA LITTERAM.

In diebus Herodis tyranni Christus adest subditos liberaturus.

43. Quæstionem excirat Chrysol. Quid est, quod tempore Regis nefandi Deus descendit ad terras, miscetur Diuinitas carni, sic terreno corpori cœlesti co

44. Cant. 8. Theod. Cant. 8. Theod. Chid. 45. Psalm. 42. Dan. 2.

tyrannidem. Quis luteus humerus non ingemat tanti ponderis, tam crudelis gubernationis sustinens iniurias? Quid plura? En lapis Christus sine manibus decidens ab utero virgineo, miserandos subditos ab Herode liberaturus. Dan. 2. Super quem locum D. Irenæus, *Filius* (inquit) *Dei visus est percutiens tempora Regna, & ventilians ea.* Id est, à tecta & iuto aurum, argentum, æs, & ferrum separans, sicuti à palleis grana in area ventillando secernit agricola. Quam velox lapis Iesus, vigente tyrannide, ut iniquum cōminuat Principatum!

Iren. L. 4. c. 37.

46.

Babylonicā fornacem testor triū Puerorū sanctissimorum custodiam? Desperata proflus res est, Principis ministris igni materiam subministrātibus. *Ecce Angelus Domini.* Dan. 3. Num Angelus, an Creator sub nomine Angelico? Verum ipse Dei Filius vinculis eos soluturus, ab ignis que vi erepturus adest. *Et species quarti similis Filio Dei.* Vbi Irenæus. *Visus est Filius Dei cum ijs, qui erant in camino liberans eos de igne.* Non ne Angeli descētio sufficeret? Filij Dei adnatum facinus, tyrannū aduersus Sanctos sauientem infrangere.

Dan. 3.

Iren. citat.

47. Luc. 2.

Iesu inter Doctores inuento sic Deipara. *Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce Pater tuus & ego dolentes querebamus te.* Cui Puer. *Et quid est, quod me querebatis? Nesciebatis, quod in ijs, que Patris mei sunt, oportet me esse?* Luc. 2. Num Iesus à Patre immissus tribus diebus istis, ut factos aliquos oppressos à tyrannidis eximeret iugo, uti Patris munus expleret? Timotheus Ierosolym. *Vbi me querebatis? In ceto Iona nō habitastis. Quid est, ergo, quod me querebatis? Nescitis, quod in ijs, que Pa-*

Timo. Ieros.

tris mei sunt, oportet me esse? Quid si ad ceti magni ventrem cum Iona descendamus? Videbitis sane sanctum subditum à malo gubernatore oppressum sub prætextu iustitiæ, quæ quidem tyrannidum maxima. *Quæsumus* (inquit nautarum Princeps.) *Domine, ne pereamus in anima viri istius, & ne des de super nos sanguinem innocentem. Et tulerunt Ionam, & miserunt in mare.* Ion. 2. *Vbi me querebatis?* Si ea (Iesus ait) loca peteretis, vbi sanctus sub mali præsulis exactione gemir, ibi me Patris explentem officium inueniretis.

Ion. 2.

Si Deus itaque est à Tyrannis oppressorum ereptor:

Quid tantum miseri feros Tyrannos Mirantur sine viribus furentes? Ne speres aliquid, ne extimescas Exarmaueris impotentis iram.

Boetii. de phil. cont. 1. c. met. 4.

Potentissimus etenim afflictis adest liberator. Hæc Boetius.

1

OBSERVATIO II.

Rex Christus in nostro imperans corde nunquam non excludit tyrannum.

Non in vnafede morantur gratia, & alfectus delinquendi.

Rursum vocat ad questionē Chrysol. *Quid est, quod tempore Regis nefandi Deus descendit ad terras? Retpōdet. Quando non verus Rex expulsurus tyrannum aduentat? Rex verus Iesus? Tyrannū igitur debet expellere. Sub Herodis appellatione triplex capitale seu regale vitiū cōdēnatur. Quid Herodes *Mōs gloria, Draco ignitus, depellibus glorians, Beda venerabili auctore. Gloriae mons omnē mūdialē gloriam, diuitias nempe designat. Draco ignitus superbiam Diaboli progeniem**

48. Chrysol. ser. 156.

Beda. 1. c. 2.

geniem

geniem refert. De pellibus autem gloriatio pulchritudinē fragilis nostræ pellis representat. Regnat Iesus? Et igitur tyrannum à peccatore detrudat, & iustum à tyrannica eripit exactione.

Iesus & superbia vna in sede minimè commorantur.

Caput primum.

¶ *Superbia tyrannidem excludit.*

Ad illud: *Cum natus esset*

49. Ad Domini ingressum Diabolus fugam arripit.
50. Vanitas euanescit.

Iesus in diebus Herodis.

Diabolus superbiorum parens è corde, aduentante vero Rege Iesu, pellitur. Accessit olim Centurio ad Iesum. *Domine, (inquit) puer meus iacet in domo paralyticus, & torquetur.* Mat. 8. Torquetur, inquam, à Dæmonibus siue à superbia, Paschasio interprete. Quod cum Dominus se in Centurionis domum iturū promitteret, miles obijcit. *Non sum dignus, ut in domum meam intres.* Quare: Pasch. *Id circo tandiu, quam talis est, non estimatur dignus, ut Iesus sub tectū eius ingrediatur.* Quia verus Rex & Diabolus tyrannus haud in vna sede morantur. *Multum est igitur, ad quem Christus intrare dignatur, ut mansionem apud eum faciat.* Quare hoc multum. Quia ad eius ingressum Diabolus tyrannus detrudatur; vnde multum mihi à Dæmone, à superbia vexato, Dominū præcordia possidere.

Pasc.

30. Ge. 12. Caiet.

Dixit Dominus ad Abraham. Gen. 12. Caiet. *Dixit fons essendi.* Princeps vniuersi. Quid? *Egredere de terra tua.* Caiet. *de Chaldaea.* Arias Montan. *Chaldaea idem est ac Quasi Dæmones, Quasi depredatores.* Non depredator

sis vti Diabolus, vti Adam, sed quasi depredator amator vanitatis. Dominus inquit ad Abram. *Egredere de Chaldaea, à te Expelli cura vanitatis amorem.* Quare? Quia Dominus essendi fons, Rex creaturarum in te molitur tabernaculum exædificare. Egressus itaque Patriarcha de Chaldaea. Nec iudicauit fore, vt Rex verus & vanitatis idolum in vna sede morarentur. Pulchrè D. Hiero. *Reliquit Mesopotamiam, siue Chaldaea.* Non enim arbitratus est simul se habere posse Patriam, & Dominum. Chaldaea equidem quasi Dæmon quasi depredator in conspectu veri Principis euanescit.

Hiero. Epist. 28 ad luci.

Caput secundum.

¶ *Auaritia tyrannidem expellit.*

51. Dum avaritia Matthæi occupat domum, Iesus pertransit.
52. Haud tabernaculum idem iustitia & cupiditas obtinent.

Iesus & avaritia in vnum non recidunt. Ad illud.

Cum natus

Mundus exulat, vbi Princeps Iesus habitare dignatur. *Cum transiret Dominus, Vidit hominem sedentem in teloneo Matthæum nomine, & Herodixit illi: Sequere me.* Matth. 9. Cur ò des. Domine, nō ingrederis domuū, cur transis, & pertransis? Respondet apud prime D. Petrus Chrysol. *Homines, quos pecunia possidebat, seruire Deo nequeunt pecunia seruentes.* Vnde dum tyrannus cor miseri tunc hominis possidebat, verus inibi Rex nō commorabatur. *Matthæum (inquit ille) diuitia sic cupiditatis publicabant magistrum, fornace avaritia sic coquebant, sic alligabant vinculis cautionum, seculorum ponderibus sic premebant, ut lenari*

esset Iesus in diebus Herodis. Mar. 9. Chryl. ser. 32.

ad

ad innocentiam, ad iustitiam surgere, ad virtutem progredi non valeret. Sunt quibus diuitiæ hærent, & sunt qui hæreant diuitijs. Mattheus ex ijs, qui auaritia continentur, includuntur, incarcerantur, & ideo non curat tyrannum excludere à corde Iesus; sed potius cor ab auaritia dimoueri. Vnde inquit: *Sequere me. Me Regem verum, quare necessario me fortitutus habitatore, à tyrannico dominatore recede. Non enim (subdit Chrysollogus) potestis Deo seruire, & mammona.* Id exprimit fursius D. Chrysostomus. *Nemo potest duobus dominis seruire, Deo & mammona, Christo contraria precipienti. Siquidem Christus dicit: Da indigentibus, & mammona, Rape ab indigentibus. Disperdit, (Vates ait) dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi.* Iustitia Rex idem cum affectu immoderato pecuniarum tabernaculum non occupat; non regnat Iesus, vbi huiusmodi desiderium sedem sortitur. Belle Chrysostomus. *Disperge pecuniam, ut congreges iustitiam. Neque enim illa cum pecunia ad esse vult. Non habitant simul pecuniarum cupiditas, & iustitia; sed tabernacula separata habent. Illa equidem hominis pars, quæ amore mundicialium afficitur, tanti Principis non admittit gubernationem.*

Chryf. hom. 39 in Ioan.

52. Psal. 111.

Chryf. hom. 2. in 2. ad Cor.

77

Non eadem Iesu & voluptatū habitaculo. Ad illud: *Cū natus fuisset Iesus in diebus Herodis.*

Caput tertium

Voluptatum tyrannidem præcipue accumbente apud animum Iesu, impure diffugiunt voluptates. Iesu ingressus vel licitum quandoque pro pulsat affectum.

NOXIÆ ad veri Regis ingressum diffugiunt voluptates. Quoniam modo in conspectu Regis Iesu luxurie exitialis exactio, & tyrannidis Septem illæ meretriculæ ad Regem Iesum accedentes nihil aliud intendunt, (vri superius vidimus) quam à luxurie tyrannide liberari. Vnde solummodo efflagitant, vri earum Princeps dignetur nominari. *Tantummodo inuocetur nomen tuum super nos. Isaia 4.* Ad harum numerum mystice refero Magdalenam. *Quæ quidem vt cognouit, quod Iesus accumberet in domo Pharisæi, attulit &c. Luca 7.* Illud pende: *Quod Iesus accumberet.* Vbi D. Amb. Ch. uti regnantis in Ecclesia, in animo habederratus imperium, ait, *Domus Pharisæi terra, in quam Dominus descendit, vt sanaret animam.* Stans igitur retro quasi Regem agnum secutus ab omni voluptate proripitur. Anselm. sic. *Tergebat capillis, quos ad compositionis vultus exhibuerat; osculabatur ore, quo super ha dixerat; ungebat unguento, quod sibi pro odore sua carnis exhibuerat. Proh meretricis affectus! Cur tibi aliquid non retines voluptatum? Quia cognouit, quod Iesus accumberet. Sederet, hæreret cordis tabernaculo. Vbi sedet verus Rex, ibi haud potest luxuries tyranna thronum occupare. Conspiciet Plato Argenteos magnis impellis ædificare, dū eadē modo sine modo luxuriarēt. Argenti (inquit) sibi, dijs minime quali sebet (proh dolor) sine diuicijs ædificant. Quia scilicet voluptuosi haud vnam cum Deo sedem sortiuntur.*

Isai. 47

Luc. 73

Ambro.

Anselm.

54.

Profecto tam efficax nostri Principis dominatio, ad ablegandas voluptates. Vt natus nobis Rex vel ipsas sanctas voluptates, castum pro-

Gen. 35. propulset amorem. Quid non in Rachelem suam Iacobi increfceret affectus? Ad ingressum tamen Bethlehemiticæ dittonis *mortua est Rachel.* Gene. 35. Quod formosissima foaminatum a morte raperetur, quid? Debitum persoluit & natura; & pulchritudini labentri. Illud ad trutinam affert, mortuam scilicet *iuxta Bethlehem.* Non ne Bethlehem veri Regis Iesu patria? Vbi ergo nascitur verus Rex Iesus, ibi pereat necessum est quælibet vel casti affectus excessio immoderata. Rem perficit D. Hieronimus. *Alta quorundam dilecta comus, pro qua servierat, iuxta Bethlehem, in qua erat Dominus nasciturus, a filio doloris occiditur.* Quid non pereat Herodis tyrannis nato vero Rege Iesu: si nasciturus licitas, sanctas in fugam dedit voluptates?

Hiero. L. 1. cõ. Iouin.

Inepti ad Regi me Prin cipes in spietes. Ad illud: Ecce Magi.

OBSERVATIO. III.

Si Reges Iesu adoratores, conuenienter Magi, siue sapientes appellantur.

- 35. Magus seu sapiens olim gubernator.
- 36. Regina aultri ex acquirendæ sapientie studio vero Imperatrix.
- 37. Hominis regendi pene infinita varietas a finitæ quodammodo sapientie expetit gubernatorem.
- 38. Aptus regimini Dei scientiæ imitator.
- 39. Dei spiritu sapientissimo implicatur gubernationem suscipiens.
- 40. Congruant, Rex, & Magus, seu sapiens incantator.
- 41. Inhipiens Magistratus sur.

35. **MAGI** idem ac sapiens, ut videmus. Dionysius Catharticus. *Ecce (inquit) sapientes veniant iuxta*

35. Carthu.

grandi comitatu, ut pote Reges. Illi namque temporibus sapientes regnare solebant, quales erant amici Iob. O tempora foelicia, quando tempora hominum coronabat sapientia, non hæreditas!

De Austri Regina sic Dominus. *Regina Austri surget in iudicio cum generatione ita, quia venit a sibus terra audire sapientiam Salomonis.* Lucæ 11. Vbi D. Gregorius Nyssen. eam cum Magis Christi adoratoribus componit. *Vbi pacificus Rex Christus emicuit, tunc educuntibus Iudeis, accedunt gentiles, offerunt que Christo pietatis ardentia, & aurum anime notitia.* Quid foemineæ insipientiæ cum Magis, cum sapientibus? Ideo equidem ad verum Salemonem accedit, ut scientiæ ad regimen necessaria acquirat cognitionem. D. Ambrosius in Regina Austri sibi obiciens Ecclesiam de gentibus congregatam, *In Regina (inquit) Austri per studium percipiendæ sapientie de orbis sibus congregatur, Regina plane Regalis etenim conditio studium sapientie tam necessaria ad gubernationem.*

56. Luc. 11. Nyssen. apud S. Tho.

Profecto scientia quodammodo scientiarum homines regere, tanta per singula momenta sibi varietate dissidentes. Vnde ad id munus Dei scientia requiritur omnes complectens scientias, & facultates? Daud Rex experimento didicerat, *fatus, Deus iudicium tuum Regi datus.* Psalm. 71. Vti enim imperet conuenienter, scientiarum scientia omnino indigere videtur, non sufficit hominum facultas. Apposite D. Grego. Nazian. *Arts quedam artium, & scientia scientiarum videtur esse homines regere, animalia ferre*

Ambrosius ibid.

57.

maxi-

maximè varium. Infinita quodammodo hominis varietas, infinitam quodammodo rectoris exigit sapientiam.

58. *Quisnam Deus? Ego* (inquit) *sum, qui sum*. Exo. 3. Rex, iudex, prælati in clamare deberet: *Sum, qui sum*. Scientia diuina præditus sum, vti possim subditos huiuscemodi gubernare. Iam facilis, quæ olim mihi difficilis sententia apud Esther. *Ne tradas Domine, sceptrum tuis, qui non sunt*. Capite 14. Ac si diceret, Ad Regni gubernationem ne assumes eos, qui certo quodam modo dicere non valeant: *Ego sum, qui sum*. Sum diuina pollens sapientia. Hinc Anast. Nizen. in scripto. 1. Bib. Anast. Nizen. in scripto. 1. Bib. Anattasius Nizen. insipientem Episcopum carpit, quasi non sit, hisce verbis. *Nec Episcopus ignorantia pressus est amplius, sed falso nomine ita appellatur*. Deus appellatur, quia *Ego dixi: Dii estis*; sed falso sibi arrogat insipiens Dei appellationem; quia non est.

59. *Movses creaturus Regem, in clamat, Prouideat Deus spirituum hominem, qui sit super multitudinem hanc*. Dixit que Dominus ad eum, *Tolle Iosue filium Nun, virum, in quo est Spiritus Dei, & pone manum tuam super eum*. Numeror. 27. Vbi Origen. *Gubernatio populi illi tradatur homini tali, qui habeat in semetipso Spiritum Dei*. Profecto Dei Spiritum sapientissimam ideam appellat, me interprete, qua omnes ad vitam excitauit creaturas. Huc refero illud Gene. 1. *Spiritus Domini ferebatur super aquas*. Capit. 1. Vti scilicet viuientium inuigilaret procreationi. Lyranus, *Accipitur hic Spiritus Dei voluntas, qua ferebatur super illam congeriem elementarum, sicut va-*

luntas artificis super materiam, quam formare, & ornare intendit. Quam sapiens artifex Spiritus Dei! *Habeat igitur in semetipso Spiritum Dei sapientissimum, qui ad populi regimen assumendus est*.

60. Quod si libeat Magorum nomini hæere sub priori significatione, (de qua supra) ita vt Magus idem sit ac maleficus, & incantator: non parum Regiam horumce viorum commendabis sapientiam. Rex enim sapiens debet esse incantator, sicuti prædicat Dauid. *Et uenefici incantatis sapienter*. Psalm. 57. Quam aptè Reges Magi, seu incantatores obijciuntur, vt sapienter homines in morem serpentum degentes ad Dei alliciant voluntatem! D. Hieronym. *Incantator* (inquit) *mihi videtur eruditus esse*. Rex igitur Dauid *Magus* apprimè describitur, vt Saullem serpentem sapienter carminibus emolliret. Accipite Euthymij sententiam. *Commode serpentis, & aspidis exemplum adducit, cum Saul irasceretur vt serpens, & obsurdesceret velut aspis, cum blandos, ac molitos Regis Dauid sermores sperneret, quibus tanquam suauibus quibusdam, & efficacibus carminibus emollire illum, ac delinire contenderat. Veluti cum Saullem principem, ac Regem suum appellabat, se vero seruum, canem mortuum, & prorsus abiectum. Se se quandoque submittere subdito prælatum, genus quoddam incantationis est, quo inobediens ad obsequium adducitur*.

61. Patet ex dictis merito Paulum in clamaſſe. *Non est potestas nisi à Deo*. Roman. 13. Quia Deus solus infinite sapiens potest dignoscere, utrum sufficienti Reges polleant

sapientia. Vnde Anastasius Nizen. *Esse (inquit) Principes, ac alios regere, dico esse opus Dei sapientie. Quid tamen electi insipientes existant? Profecto huiusmodi Reges non à Deo sunt electi, sed regimen videntur usurpasse.* Eleganti similitudine exponit Nizenus. *Quando dicit quidam sapiens: A Domino coniungitur viro mulier, hoc dicit, quod Deus fecit matrimonium, non quod Deus coniungit vnumquemque viuentem cum muliere. Videmus enim multos in malo, & illegitimo matrimonio; neque hoc esse Dei repntauerimus. Licet potestas sit à Deo, is, qui stultus cum sit, se se ingerit gubernationis muneris, quasi illegitime coniunctus est potestati: amasius Rex, non maritus: non vxor, sed meretrix potestas.*

OBSERVATIO. IV.

Magi, accepta à Iesu epistola, cum qua situri proficiscuntur.

- 62. Iustà Deo per Epistolas Magi venere.
- 63. Gentiles Deus per litteras allicit.
- 64. Epistolæ ad Magos immixta argumentum.

EXPENDENS ingeniosè Chrysologus prædicta verba, fatur. *Ab Oriente ad Orientem veniunt Magi, ut susciperet. Venientes in se, qui iusserat, ut venirent. Quando enim Deum Magus nisi Deo iubente perquereret? Quònam modo iusserat, ut venissent? Vidimus (inquiunt) stellam eiusi, & venimus. Ac si dicerent. Stellam vidimus, ac simul epistolam æte mi Regis recenter nati legimus.*

Fideles namque delinquentes monet, ad longe disitos infideles scribit. Delicto maculatur Adam, mox adest coelestis Prens correpturus. *Adam ubi est? Cur ab incendiata tibi arbore non abstinuit? Caim efficitur fratricida, protinus Deus verbis crudele facinus reprehendit. Vox sanguinis fratris cui clamat ad me de terra. Crescente filiorum proterbia mutantur illi in seruos, in canes, stellis obsequium impendunt, arbores, animantes adorant. Quid tunc optimus Prens? Ad eos prodigos, in regionemque longinquam se se recipientes epistolas mittit, vt alluciat ad reuerfionem. Tenorem litterarum accipite. In principio creauit Deus caelum, & terram. Genes. 1. Officij tenebris in fidelitatis ac inobedientia obruti, ego cœli creator stellarum molitor, arborum terræ & animantium effector. Quid stellis thura libatis, quid immundis ignibus aromata immittitis? Reuertimini ad paternam domum ó fame pereuntes, dum apud me panibus abundant mercenarij. Elegantè do Chrysolomi confirmationem. *Humani generis Conditor ab initio per se ipsum hominibus loquebatur, quomodo hominibus audire eum possibile est. Sic enim ad Adam venit, sic Caim increpauit. At ubi in magnam malitiam hominum genus degenerauit, neque tunc se se totum ab hominum genere auertit Opifex omnium. Sed quia familiaritate sua indigni facti fuerant, iterum erga illos amicitiam innovare volens, quasi longè a gentibus epistolas mittit, conciliaturus sibi uniuersam humanam naturam. Et has quidem litteras dedit Deus, attulit autem Moyses. Quid igitur dicunt hæ litteræ? In principio creauit Deus caelum, & terram.**

Deus ad peccatores longere cedentes epistolas mittit, vt reuocet. Ad illud: *Eccè Magi ab Oriente uenerunt.* 62. Chryso. Ier. 156.

63. Genes. 3. Gen. 4. Gen. 1. Gen. 1. Chryf. apud Li pom. Gen. 1. Gen. 1. Gen. 1.

Nam sub odoratus Homeri. beneficā huiusmodi Dei cōditionē, dū canit? * Facite Deus scribens procut existens vtrum saluaret. Deo etenim munificentissimo adnatum, auersum peccatorem, in missis epistolis, siue inspirationibus salutaribus admonere. D. Chrysostr. stellas Dei manu epistolas exaratas affirmat.

64. Iesus itaq; ad Magos mysticē Ioānis calamo scripsit. Angelo (inquit Dominus) Ephesi scribe. Ephesi, inquam gentiliunt domicili, vbi Iuna lub Dianæ nomine colebatur: *Hæc dicit, qui tenet septem stellas in manu sua.* Apo. 2. Epistolam accipite, legite, & Haud (eis scribe) stellæ dominatrices, sed cōseruæ in manibus dominantis, iuxta illud: *Sicut oculi ancilla in manibus domine sue.* Psal. 122. Epistolam Domini adoratis, scribentem contemnitis? Peruolat ad Magos stellarum adoratores stella fulgentissima, & epistolæ vices gerens, & tabellarij; non illa Deus, sed epistola, sed cōserua. Apposite Chrysostr. *Stella per caelum sic cursura dirigit, sic moderatur in cessum, sic viam temperat, ut Magorum mittatur ad gressum: nam ambulante Mago, stella ambulabat; sedente Mago, stat stella: Mago dormiente, excubat stella. Sic sentit Magus, (post epistolæ lectionem) ut quibus viandi par conditio est, par sit necessitas seruiendi: Et stellam tam non Deum credit, sed indicat esse cōseruam, quam cernit taliter suis obsequijs mancipatam. O quoties peccatores exules litteras à Deo solem, lunam, aurum, argentum recipimus, nec tamen recurrimus, ad Patriam!*

Chryf. citat.

OBSERVATIO V.

Magi Spiritus sancti velocissimis alis collocati, tam citò venere potuerunt.

- 65. Magorum festina profectio.
- 66. Quia Spiritus sanctus ducatum præstitit.
- 67. Alas hic indit profecturis.
- 68. Hicce David utens pennis, ad caelum eleuatur.
- 69. Et Christus totum orbem meritus est.
- 70. Ad immutanda gentium præcordia Spiritus sancti agilitas.
- 71. Quam velociter corda hominum impleat?

Spiritus sanctive locissimi effectus ad hominū salutem Ad illud: Ab Oriente venierunt Ierosolymam.

AB Oriente in Ierosolymā tredecim Magi, imo, vt vidimus vnde cum dierum spacio venere. Hieron. *Si desinibus terra fuerunt, quomodo tam breui spatio Ierosolymam venire potuerunt? Cum eis in presenti (dilecti gratia) sentiens, qui eos in finibus terræ constitutos autamant, vel de recessu spirituali locum interpretatus, assero Spiritus sancti alis collocatos Gentiles tam præpeti volatu ad Iesu accessisse cunabula.*

Requirit accuratē D. Augustinus quænam stella illa quæ Regibus hicce præbuit ducatum? Postquam autem sententiam impugnauit illorum, qui faciunt illam Angelum, aut stellam veram ab initio inter cælestia lumina annumeratam (de quo Sectio. 2.) sic dissoluit quæstionem. *Spiritus ergo sanctus hæc stella fieri concedatur, qui sicut postmodum corporali specie columba descendit super Iesum Dominum in Iordane, sicut in igne super Apostolos postea in canaculo Dion descendit; sic gentes adoratrices stellæ specie duxit ad cunabula Dni nascentis in carne. De cuius nunc non disparto veritate*

65. Hiero. 66. August. de mira. sacra script. l. 3. c. 4.

sententiæ sufficit in præsentem mihi, si stella hæc spiritus sancti typum agat, licet stellæ forma vere (vt certum est) non apparuerit. Sub sensu itaque mystico pendo, & illustro.

O quã veloces spiritus sancti alas, quã præpes volatu! Numquid (Deus ad Iob) per prudentiam tuam plumæ est: cit accipiter, expandens alas suas ad Austrum? Cap. 30. Gregor. Tunc accipiter, id est homo plumæ est, cum ad Austrum alas expandens, quia tunc unusquisque se pennis induit, cum sancto Spiritu cogitationes suas suscipit. Si plumæ mescit, quando ad Austrum expandit alas, quoniam iam alas, habere depingitur, cum se vertit ad Austrum? Quia Spiritus sanctus effectu velocissimus. Ideo ad Austrum alas expandit, quando alis carens plumæ mescere desiderat: quia primus Spiritus sancti conspectus ei indidit alas.

68. Difficilem admodum volatam in nituere David conabatur. Si ascendero in cælum, tu illic es; si descendero in infernum, ades: si sumpsero pennas meas, & habitauero in extremis maris, etenim illic manus tua deducet me. Psalm. 138. Quæstionem plumis velocissimis huiusmodi Prophetia perficiebat volatum? Si sumpsero (ait) pennas meas, Spiritus sancti alas expono. Hisce pennis velocissimè David huc illuc defertur. Id quod expendens D. Gaudentius, fatuit. Si sumpsero (ait) pennas meas. Quas pennas? sancti Spiritus alas, quæ meæ quidem sunt. Bene quod pennas suas habet, quibus assumptis, quocumque desiderat, penetrat. Ceterum qualiter Prophetia in corpore constitutus vel in cælum ascensurus erat, in infernum descendurus, vel trans ultimum maria pertracturus, nisi Spiritus

sancti pennis donaretur?

Hisce protecto alis utens Christus tam præpeti volatu subito toti orbi terrarum illuxit. Tardo (sic fari liceat) cursu Sol iustitiæ, licet gigantea utens deambulatione, lucem spargebat: post annum a natiuitate trigessimus notus in Iudæa Deus. Da mihi alis, vti, sanctissime Pater, vt breui temporis intervallo totum possim mundum luce complere. Lampades eius lampades ignis. Cantic. 7. Lxx. Ala eum alarum Spiritus sanctus supra capita apostolorum rutilat, volatu velocissimo totum Iesus mundum replet fulgore. Audite Gaudentius. Quod Sol iustitiæ Christus septies tantum terris hodie luceat, quam lucebat, radij eius stipes sunt, qui illuminant omnem hominem & mercedem in hunc mundum. Quis te o letu, velocissimis donavit? Nunc enim coruscet igneus Spiritus septiformis. Quid inde? Prius notus in Iudæa Deus tantum nunc in omnes gentes fulgor claritatis. Dominica exiit sic. A summo cælo egressus eius, & occurrus eius usque ad summum eius, nec est, qui se abscondat a calore eius. En septiformis Spiritus vis Iesum fecit septies tantum terris hodie lucere, et etenim alas indidit ad volatus celeritatem.

Iam verò Spiritus sancti effectus obijciens, nullus non velocissimam prædicat operationem. Resallite in domino qui habitat in Sion, annunciate inter gentes studia eius. Psalm. 9. Mancis Sion Spiritus sanctus habitator, in sublinguarum ardentiura apparuit aspectu. Annunciate inter gentes studia eius. Aquila, Annunciate inter gentes mutationes eius. Re vera (Theodor. ait) mutatio fuit rerum maxima.

67. Iob. 39. Grego. L. 31. Mor. c. 31. ali. 18

68. Pla. 138.

Gaud. tract. 14 de Para. promiss.

69.

Cant. 7.

Gaud. tract. 2. Domin. 1. Patc.

Christ. 13310

70.

Psal. 9.

Aquila. Theod.

Qui

Qui quoniam inimici erant, amici facti; longinquis, proximi, Iudaei procul. Et gentes prope. Proh Magorum mutatio! Quam velociter Spiritus sancti, constituti sub alis inter proximos adnumerantur!

71. Ideo Spiritus sanctus sub vehementis auræ celeritate venit. Factus est repente de caelo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis, et repleuit totam domum. Act. 2. Quam velociter Spiritus totam repleuit domum, tam subito implentur sacro Spiritu corda. Testes adhibeo cum D. Gregorio fante. Implet citharædum Puerum, et Psalmistam facit. 1. Reg. 16. Implet Pastorem armatarium, et Prophetam facit. Amos. 7.

Grego. hom. in Liuag.

Implet abstinentem puerum, et Iudicem senum facit. Dan. 13. Implet Piscatorē, et Prædicatorem facit. Mat. 4. Implet Persecutorem, et Doctorem gentium facit. Act. 4. Implet Publicanum, et Euangelistam facit. Math. 9. Effectuum vero huiusmodi celeritatem commendans, adijcit. A qualis est artifex iste Spiritus! Nulla mora agitur in omne, quod voluerit: mox enim ut tetigerit mentem, docet; solumque tetigisse, docuisse est. Nam humanum animus subito ut illustrat, immutat. Si tam velox Spiritus; quid mirum Magos sub eius veligerantibus alis tam breui temporis interstitio longum iter confecisse?

SECTIO SECVNDA.

Magorum quærentium Iesum constantia.

TEXTVS.

Verf. 2. Dicentes: Vbi est, qui natus est Rex Iudaorum?

COMMENTARIJ, ET ILLUSTRATIONES.

¶ Questio Magorum.

S. I. Sæpe visus mihi mirabilis Deus ex Quare gentilibus se- manifestacione hac gentilibus facta. Si Deus se se amicis manifestat, uti patet Job. 37. Magi inimici esse videbantur. Iudæis promissa, non gentilibus Saluatoris natiuitas. Licet fides gentilibus communicata est, non tamen mox, sed Christo à Iudæis ablegato: iam profectio non miror audiens Magos inelamantes: Vbi est, qui natus est Rex Iudaorum? Non ne Puer a lo intugurio commoranti honor deditus, à Regibus requiri, à Proceribus prædicari? Non ne hinc merito Iudæorum duricies damnaretur, cum Messie natiuitas innotescit, tam præclari præconij diffusa cõeuentu?

Vbi est, qui natus est Rex: An non stultum Regem alicuius Prouinciæ requirere, eiusdem Principe superstitite? Respondet D. August. Talem uatum esse didicerunt, in quo adorando, se salutem, qua secundum Deum est, consecuturos minime dubitarent. Regem igitur cœlestem super alios Reges imperantem requirunt, unde de Herodis haud curant turbatione.

August. ferm. de epipt.

Objicis. Si Regem cœlestem stellis imperitantem quærent, quare Iudæorum Principem peruulgant, Vbi est Rex Iudaorum? Quia à Magistro Balaam acceperant Regem hunc cœlestem ex Israehitico populo nasciturum. Video enim (inquit Balaam

Nu. 24.

ex Chal. paraphr.) *Non modo; intueatur eum, sed non est prope. Cum consurgeret Rex de domo Iaob, & ungetur Christus de domo Israel. Et occidet Principes Moab & dominabitur omnium filiorum hominum.* Vnde Herodes post Magorum præconium quæsitabat à Sacerdotibus, *Vbi Christus nascetur?*

Deum humili-
tas, &
pauper-
tas ma-
nifestat.

Ad illud:
Vbi est
qui na-
tus est
Rex.

Magis antequam ex præsepis fasciarumque vilitate Christum Deum cognoscerent, sunt confessores effecti.

4. Deum infirma ostentant.
5. Mortalitas Messiam Latroni manifestat.
6. Hærens præsepio Iesus angustior, quam Herodes throno Magis obijcitur.

4. **I**llustrabo paucis Chrysoptomi sententiam, *O beatos, qui ante crudelissimum Regem ante quam Christum cognoscere, Christi facti sunt confessores.* Atequam, inquam, Christum viderent cunctis vagientem, fasciis illigatum, cum Regem profitebantur. Ea profecto est Iesu inter infirmitatem inter abiectionem maiestas, ut nos impellat ad confessionem. Vnde magna prorsus Magorum constantia ex eo exurgit, quod Iesum Principem omnium euulgant, priusquam eius sibi obijciant abiectionem. Dices, ex Stellæ ducentis fulgore innotuit Magis Regis nati maiestas. Proculdubio equidem minus efficax stella micans ad alliciendos Magos ut confiterentur, quam Pueruli vagientis obiectus.

5. Latronem illum sub vitæ termino confessorem effectum componere cum Iudæis cruci affligentibus Iesum. Latro Christum Regem profi-

tetur, quem Iudæi patibulo exitiali addicunt. Quid causæ? Efficacior equidem Iesu humilitas & abiectione ad alliciendos animos in confessionem veri Regis, quam potentia fulgor. Præclare D. Chrysoptom. *Iudæi* (inquit) *viderunt stellam rutilantem, Magos concurrentes, Herodem turbatum. Hæc omnia videntes, crucifixerunt Christum. Latro mil horum vidit; sed considerabat spiritus repletum, cruci fixum, acetopotium & felle, & cum hæc omnia videret, Regem eorum confessus est.*

Magi equidem in somnis admoniti ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in Regionem suam. Math. 2. Memoria retinete, o Procures, vos fidem vestram obligasse Herodi, nulatenus in salutato hospite recessuros. Quamnam vis adeo potens traxit Reges, ut in Prouincias suas reuertentur, priusquam firmatam fidem adimplerent? Viderunt tuguriū, præsepe, abiectaque cunabula Saluatoris. Quæquidem ad mirabiles effectus potentissima. Quid plura? Herodes à Magis delusus in Bethlehemiticos deseuijt infantes. Haud cognita Regi tyranno abiecti Iesus vis ad hominū animos à mundialibus quefcumque abstrahendum. Ad hæc Imperfectus, *Irasciebatur Herodes, quia quibus ille sedens in throno Regni, & vestitus purpura suadere non poterat; his Iesus paruulus, & pannis inuolutus placuit.* Imo ideo placuit, quia pannis inuolutus, quia paruulus, quia natus Rex inter infantilia constitutus.

¶ *Quid Rex natus?*
Vbi est, qui natus est Rex? Regem natum Iudæorum perquirunt,

Haym. vti eum Deum, hominem, ac Regem faterentur Haymo sic. *Magi illuminati à Domino trinum eum esse crediderunt, id est, hominem, Deum, & Regem. Hominem crediderunt, cū dixerunt: Vbi est, qui natus est? quia hominis est nasci. Regem crediderunt, subdentes: Rex Iudeorum. Deum crediderunt, addentes; & venimus adorare, quia Deus debet adorari.*

8 Enim verò, dum Magorum assertionem adnoto; (non enim dubitantes interrogant, an natus sit, sed certi tanquam à Deo docti natum esse asseuerant) duobus modis hæc verba iungi posse arbitror. *Vbi est Rex Iudeorum, qui natus est? Vel, vbi est, qui natus est Rex Iudeorum?* Probabilem vtrumque do sensum; secundum tamen reputo probabiliorem. *Vbi* (in quiant) *est, qui Rex Iudeorum natus est?*

Strab. Nō enim (cum Strabo loquor) querimus de Herode Iudeorum Rege minime nato. Non equidem Herodes Iudeorū Rex natus fuerat, quia cum esset Idumæus, sceptrum Iudææ aut vsurpauerat, aut iniuste à Cæsare acceperat. Iesus autem Rex natus est Regis Davidis hæres. Nec enim (vti alibi diximus) Magi poterant ignorare Herodem legitimum & naturalem nō esse Regem: sed factitium, & à populo Romano datum. Hugo Card. legendus.

Disce à brutis Deū reuereri. Ad illud. **Magi taxant Iudæos, quod sint amentiores boue, & asino Deū reuerentibus.**

9. Magi Iudæos irreuerentiæ accusant. *Vbi est qui natus est Rex.*
10. Documenta Deum reuerendi bruta peccatoribus exhibent.
11. Nabuchodonosor bos specie visibili effectus Deum cognouit, quem homo ignorauit.

norauit.
12. David mysticè iumentum efficitur, vt Deū dignoscat, stoliditatem hominū taxans.

LAUDO, & pōdero D. Petri Chrysologi mysticam interpretationem. *Vbi est, qui natus est Rex Iudeorū? Hoc est dicere: Cur Rex Iudeorum in præsepe iacet, & non decumbit in tēplo? Cur non fulget in purpura, sed squallet in pannis? Cur latet in specu, & manifestus in sanctuario non habetur? Receperunt iumenta in præsepe, quem in domo sua recipere vos sprausisus. Agnouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui: tu autem Israel tuum Dominum non quaesisti. Bruta equidem Deo præstant obsequium, quod homines audent negare.*

In cuius expositionem integrum Isaia locum (quo vsus est Chrysol.) pendendum accipite. *Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui: Israel autem me non cognouit.* Cap. 1. *Vbi Forerius, Videbis, quod amentiores brutis sint Iudæi; nam bos cognouit possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui; Israel autem me non cognouit.* Cap. 1. Quare sicuti pigri ad formicas à Domino immituntur edocēdi ab eis diligentiam, *Vade ad formicam piger*: haud aliter ad bouem, & asinum accedant peccatores, vt obsequendi, & cognoscendi Deum accipiant documenta.

Vade igitur ad bouem, quisquis ingrato animo es. Nabuchodonosor in aula Babylonis deābulans in Procerum conspectu hæc profert arrogantè. Non ne hæc est Babylon magna, quam ego edificavi in domum Regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? At cum sermo esset adhuc in ore Regis vox de caelo ruit, Regnum tuum

tuum transibit à te, & ab hominibus eij-
ciant te, sicut quasi bos comedes. Quid
plura? Fenum et bos comedit. Igitur
(Rex in clamat) ego Nabuchodonosor
oculos meos ad cælum leuaui, & Altissi-
mo benedixi, & uiuentem in sempiter-
num laudauit, & glorificauit. Dan. 4. Vn-
de nam Regi ad Deum cognoscendū
aptitudo? Pulchrè Theodore. Expe-
rientia didicit, quid Deus. Ac si dice-
ret. Missus ad bouem didicit Deum
venerari: Bos enim cognouit possessorem
suum.

Theod.

12.

Psal. 72.
Calsio.

Quod si non adhuc Deum cogno-
uisti ex bonis doctrina, vade ad asinum.
Obserua mirabilem Dauidis
clamorem. Quam honor Israel Deus,
his qui recto sunt corde. Psal. 72. Calsio-
dor. Bonus est Deus; sed quibus? His qui
recto sunt corde. scilicet qui opera eius stu-
dio pietatis intelligunt. Bonus igitur
Deus te cognoscentibus. Quis nam
vero Deum cognoscit? Num homo?
Mei autem moti sunt pedes, pene effusi
sunt gressus mei. Calsiod. Significat me-
tis arbitrium pene fuisse commotum, quan-
do à vero intellectu (seu cognitione
Dei) eius animus discrepat. Quomo-
do ergo homo Deum dignoscet? Ut
iumentum factus sum apud te, & ego se-
per tecum. Iam intelligo, iam cognos-
co, iam adoro. Vndenam? Calsiodo.
Ille loquitur; cuius moti sunt pedes. Ac
si ore Dauidico loqueretur Doctor.
Te minimè humana indutus natura
cognoscebam; sed iam uti iumentū fa-
ctus tecum sum, in tua quodammodo uerborum
cognitione. Cognouit asinus præsepe Do-
mini sui. Proh hominū stoliditatem!
Amentiores (inquit Forerius) bru-
tis sunt Iudæi. Exagerationibus his-
ce Iudæi ingrati stoliditas inno-
tescit.

OBSERVATIO I.

MORALIS PANEGRICA
CIRCA LITTERAM.

Quam conuenienter natus Iesus,
Gentilibus (tunc improbis) il-
licò manifestatus
est!

Parentū
cura cie-
ca filios
singulos
commē-
datur.

13. Parens optimus omnium filiorum studet emolumento.
14. Petrus bonus pastor curat singulas oues.
15. Savi typus Christi, quia de gentili Populo curam egit.
16. Super duplex iumentum Iudæos & Gentiles Christus equitat.
17. Vterque Populus eodem tempore munere à Patre donatur.

Ad
Illud:Dicen-
tes, V-

bi est,

qui na-
tus est

Et c.

Mouet quæstionem Abul. Chri-
stus promissus fuerat Iudæis, & uo-
gentibus. Quia licet fides Christi gentilibus
communicata est, hoc non fuit a principio,
sed postquam Iudæi noluerunt recipere
Christum. Quare ergo gentilibus illi
cò manifestatur? Respondet. Fuit hoc
conueniens. Quia Christus non solum nas-
cebatur in salutem Iudæorum, sed etiam
in salutem omnium gentium. Natiuitas
ergo sua ita debuit gentilibus. sicut Iudæis
manifestari, Ac si diceret. Christus
Rex tunc Iudæorum, sed ex eo capi-
te, quod saluator etiam gentiliū nas-
cebatur, pater omnium exurgebat,
dicente Ihaia, Puer natus est nobis, & Ihaia. 9.
filius datus est nobis, & uocabitur nomē
eius Pater futuri sæculi. Cap. 9. Id est
Iesus, quod quidem nomē sonat Sal-
uatorem. Quando igitur Saluator
non omnium Pater est? Parentis cò-
ditio omnibus prospicere; si Regis,
solis subditis apparere.

Elegantè id metaphora Saluator
expressit, dū diceret ad supremum
Antillitè. Tu es Petrus, & super hanc
petram

14.

Mat. 16. Chryso. hom. 35. *petram aedificabo Ecclesiam meam.* Mat. 16. Quæ verba sic D. Chryso. expouit. *Ecclesia futura pastorum eum constituit.* Haud aptè videtur Christi sententia explicata fuisse à Doctore.

81. Debit enim eidem herere metaphora aedificationis. Quid aedificatio cum gregis magistro? Profectò tale requirebat Iesus Ecclesiae fundamentum, quod in morem pastoris se gereret: & talem eligebat pastorem, qui fundaminis exprimeret conditionem. Non ne fundamentum domus omnes aedificij partes simul indifferenter excipit: sic pastor Ecclesiae, in morem fundamenti, omnibus indifferenter ouibus prouideat. Quasi pastor non sit, dum non omnes contineat oues. Hæc refero Pastorem illum nonaginta nouem oues dimittentem, erroneam unicam requirentem ouiculam. Luc. 15. An non conuenientiùs tot ouibus prouideret de relictis, quam ad vnam errabundam se se accingeret inquirendam, & alliciendam? Profectò nullatenus se esse pastorem sibi videbatur, si nõ omnibus indifferenter ouibus prospiceret, si non vel filium tunc minime dilectum ad gregem vocitaret.

Luc. 15. Typum Saluatoris Saulem recognosco. Saul de tribu Benjamin, id est filij dexteræ: Christi Domini familia, quæ ab eo pascitur, ac regitur, tota dextera est. Saul altior vniuerso populo: Christus sanctitatis ac potentis gloria cûstos facile superabat. Saul in Regem vngendus absconditis est domi: Christus Dominus cum veteri essent, vt raperent eum, & constituerent sibi Regem, fugit. Accomodatus Beda sic. *Saul missus est à Patre ad querendas asinas: Christus ad querendas animas.* Vim expendamur

15. I. Reg. 9. Beda. ad Reg. 1. c. 9. *analogia. Cum autem venissent in terram Suph, dixit Saul ad puerum, qui erat cum eo: Veni, & reuertamur, ne forte dimiserit pater meus asinas, & sollicitus sit pro nobis.* 1. Reg. 9. Quæ sententia exponens Caietanus, ait. *Ne maiorem sollicitudinem de nobis, excludat à Patre meo sollicitudinem de asinis.* Cur Saul tam sollicitus de asinis ostenditur. Quia Saul quærens asinas, Christus animas quæret. Non ne asini typo gentilitas designatur, teste Augustino. Christus igitur de gentilibus curam inueniendis, & Iudeis, & gentibus suam natiuitatem manifestat.

16. *Ite (inquit Dominus Discipulis Ierolymam ingressurus) in castellum, quod contra vos est. Et statim inuenietis asinam alligatam, & pullum v. eo. Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est per Ierophetam, dicentem: Dicite Filiis Sion: Ecce Rex tuus venit mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium.* Cap. 12. Ioannes autem. *Et inuenit Iesus asinam, & sedit super eum, sicut scriptum est. Cap. 12. Sedit sicut scriptum est. Igitur super utrumque iumentum sedit, dicente Propheeta: Sedens super asinam & pullum.* Iam quæris, cur Christus utroque simul iumento vitur ad equitandum? D. Augustinus, *Pullum asinae, in quo nemo sederat, intelligimus populum gentium, qui legem Domini non acceperat: asinam vero, quia utrumque Domino aduictum est. pl. bea eius, quæ veniebat ex populo Israel.* En Dominus sic Iudeos complectitur, vt gentiles minime despiciat. Ac si non videatur sibi Saluator triumphum agere, nisi quando Rex Iudeorum, ac simul Pater gentium non simul utrisque beneficia præstaret.

16. Mat. 21. *Quid memorem hominem unum duos*

17. *duos*

Luc. 15. duos filios habentem: Quorum certè adolescentior sic Patri: *Pater, da mihi portionem. Et dimisit illis substantiam.* Lucae 15. Audi D. Augustinum fantem. *Hic homo habens duos filios: Deus habens duos Populos intelligitur: Et tanquam duas stirpes generis humani: unam eorum, qui per iniferunt in unius Dei cultu; alteram illorum, qui usque ad colendum idola deseruerunt Deum. Non equidè Pater optimus ditulit beneficium, sed mox à principio munera in gentilibus populis contulit, post multa sæcula charitatis gremio recipiendum. Vnde pulchre adiecit Augustinus. Ab ipso ergo exordio maior filius ad cultum unius Dei pertinet, minor autem petit, et pars substantia, quæ eum tangeret daretur à Patre. Hanc autem accepit. Quid non acciperet ab ipso mox exordio munera, si Deus utriusque populi pater existeret. Edificant hinc parètes singulis filijs licet non æqualiter dilectis, equaliter tamen prospicere circa temporaria subsidia; ne vnus omnibus donatus sit, cæteris inanibus derelictis.*

Probos tibi adhibere cura consiliarios
Ad illud: *Vbi est, quinaus est Rex In daorū?*

OBSERVATIO II.

Cum Magi à ludæis exquirunt consilium, illuminanti fulgore priuantur.

- 18. Periculose ab impijs consilium petitur.
- 19. Ad capiendum consilium promptior, ad Regnum accommodator.
- 20. Rex Iesus assidet in consilio.
- 21. Bonis Reges consiliarijs hareseant.
- 22. In manu consilij Reg horum prosperitas aut exitium.
- 23. Primi hominum Reges ob improbum consiliarium periére.
- 24. Si bonus non adsit consiliarius à se ipso (oratione prænissa) Rex consilium capiat.

25. Cœlesti lumine priuantur Reges, qui malos aduunt consiliarios.

18. **A**D ingressum Urbis Magi stellæ ducentis privati fuerit grato cōspectu. Quare? Quia Reges (mythicum sensum strabi amplector) testimonium habentes cœlestia peruersis ludæis intenderint (licet pie) sumere consilium. Tunc profecto lux cœlestis absconditur, cum Rex ab improbis ducitur consiliarijs. Sic inuitice Strab. *Dum à malis consilium quaritur. Vera illuminatio perditur.*

19. Quando igitur quis ad capiendum consilium proprior, tanto aptior ad Regnum. Filij Herth ad Abraham. *Audi nos Domine, Princeps Deus es apud nos.* Gen. 23. Veram huiusce loci expositionem do ex Lyrano. *In dubijs recurrebant ad Abraham, & ipse dirigebat illos, ne si consulere Deum.* Ideo cum Principem Dei apud se vocant. Alius grauis quidem interpret non tam verè quàm ingeniose in hunc morem explicabit. *Audi nos Domine, id est, bonis nostris consilijs acquiesce. Princeps Deus es apud nos.* Si acquiescis consilijs, apud nos Regiam dignitatem obtinebis. Aptas etenim regi mini, qui bonis vitur consiliarijs. *La cob matris sub consilijs obtemperauit.* Quid inde? Esau præripuit principatum. Gen. 27. Moyles loceri sui consilia securus est. Quo fructu? Inter populi reueliones suum primatum stabiliiuit. Exo. 18. David Ionate consilio vsus est. Quid emolumentum? Regnum, fugiens mortem, apprehendit. *1. Reg. 19.* Esther Mardochei hæret consilijs. Inaniter? Seruitutem cum Regno commutauit. *Est. 2.* Quam ad regimen aptus, qui promptus ad bona consilia capienda!

20.
Ila.9.

Rex nobis à Deo Deus & homo donatur. *Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, cuius principatus super humerum eius.* Rex hominibus datur? Pulchrè igitur, uti eiusdem Regis ap- titudo ad regimen innotescat, sub- iungitur. *Et vocabitur nomen eius Admirabilis, Consiliarius, Ila. 5.* Quid Cõ- siliario cum Rege? Consiliarius ille, qui consilia dat, sed non absque alio loco consiliatore, sicuti in concilijs plures assidēt disquirēdis quæstioni- bus deputati cõsiliarij. Princeps igitur noster, ut rectè munus sibi in- iunctum exequi innotescat, & præ- bebent consilia petentibus, humi- liter subditis, & petere ab alijs non dedignabitur. Sic in Doctõrum con- cilio Consiliarius Iesus & interroga- bat, consilia accepturus; & respõde- bat, consilia traditurus Doctõribus.

Luc.2.

Luc.2.

21.

1.Reg.9

Enim vero Reges ad bonos cõsi- liarios accedere oportet, nec vlla ra- tione pravorum consilijs aut pravis, aut dubijs adhærescere. *Perjerant a- sine Cis patris Saul, & dixit Cis ad Saul filium suum: Tolle tecum unum de pue- ris, & consurgens vade, & quere asinas.* 1. Regum 9. Secum itaque tulit Saul Doeg probum tunc temporis ado- lescentem, à quo optimum accēden- di ad Samuelem accepit consilium. *Ecce (inquit Doeg) vir Dei est in ci- vitate hac. Omne quod loquitur, sine am- biguitate venit. Nunc ergo eamus illuc, si forte indicet nobis de via nostra, prop- ter quam venimus.* Ibid. Quid asinæ à Saul requisitæ? Nonne subditi sub Regis providentia? Philo in hunc mo- dum. *Poeta Reges vocant pastores populi; nam qui summus est in arte pecua- ria, facile bonus Rex evadet, pulcherrimo gregi hominum propositus.* Subditi re-

Philo.
L. de So
leph.

quirendi Princeps dat operam: O quam prudenter consiliario tunc pro- bo Doeg vitur, ad ipsius disquisitionis foelicem exitum. *Tota Regni felicitas aut eversio in manu boni aut improbi consilij est.* Hic Psalmi contetsimi decimi no- ni titulus: *Canticum graduum.* Graduū inquam, (doctõre August.) *vel descendentium, vel ascendentium.* Vel tibi est ascendendum ad Deum, vel descendentium ad exitum. *Ad Domi- num, cum tribularer, clamaui, & exaudi- vit me. Domine, libera animam meam a labijs iniquis.* Me ab impio auoca con- siliario. Nam in potestate consilij po- situm, vel ad superna Regem eleua- ri, vel ad inferna deiici. *Videamus (in- quit Pater) quemadmodum patiatur lin- guas retrahentium, & quod est grauius, quasi consulendo à salute auertentium. Qui enim (bene) consulit alicui, ad sa- lutem consulit, ille autem (qui male) qua- si consulens retrahit à salute.*

Non nē Adam & Eva hominum Principes consiliario prabo aquies- centes fuere percussi cæcitate? Eis improbus consiliarius. *Nequaquam moriemini.* Gen. 3. Obtemperant cõ- silio, miserè depereunt. Proh Regū stultitia? Rupertus sic. *In hoc casu do- cemur, ut à malis consilijs declinemus.*

Profecto consiliarius improbus nunquam non suspectus esse debet, licet salubria consilia ferre videatur. Testor Dauidem Regem. *Lauda ani- ma mea, Dominum.* Psal. 145. Dic mi- hi, quæso, quisnam extitit tam salu- bris consilij auctor? Corpus. Proh spiritus dementia! Ab hoste saluta- re expectas consilium? *Quis dicit, Lau- da? (cum Augustino loquor) Caro potest caro anima bonum consilium sug- gerere?*

.22

Psa. 128.

August.

23.
Gen. 3.

Ruper.

24.

Psa. 145.

August.

gerere: *Charissimi, ubique consilia à me-
dianibus petantur. Quid si Rex tuum
meti animum animo consiliarium ad-
hibeat pro capiendi à bono consilij
necessitate. O anima, audi te ipsam
tui ipsius optimam consiliatricem.*

August. *Quid tibi (loquor cum August.) pla-
cet in seculo? quid est, quod vis laudare?
quid est, quod vis amare? Lauda anima
mea Dominum. A se ipso Rex post præ-
missam orationem bonum capiat cõ-
filium, si non adhiat probi consiliato-
res. Videtur Doctor ex obiectu Ma-
gorum hæc adiecit. *Diu o anima, oc-
cupata vixisti, diuisa per amores multos,
ubique inquieta, nusquam secunda. Quid
quid tibi foris placebat, quare quem ha-
beat auctorem. Nihil melius in terra, quã
aurum, quid melius in celo sideribus? Om-
nia ista simul bona valde, ubique pul-
cherrimam operis, quã tibi commendat Ar-
tificem. Miraris sobrietatem? Anna Fabri-
catorum. Ac si Reges nostros auro or-
natos, sidere ductos alloqueretur.
Quid melius in terra auro? Quid melius
sideribus? O Magi naturalium rerum
dediti contemplationi, audite animi
consilium, quaerite tanti auctore the-
sauri, tanti fontem fulgoris.**

25. Enim vero propius accedens ad
argumentam, ostedo iam cœlesti lu-
mine priuari Reges, qui accipere cõ-
silia ab improbis contendunt. Data
Math. 2. Herodi Regi, simul ac omnibus ho-
minibus à Propheta Michæa fante.

*Et tu Bethlehem terra Iudæ, nequaquam
minima es in Principibus Iudæ, ex te enim
exiet dux, qui regat populum meum Israel,*

Et dies eius dies æternitatis. Cap. 5. En-
tibi Christus natus, homo obijcitur
in Bethlehem, & simul Deus æter-
nus prædicatur. Profectò Rex Hero-
des, qui ab huiusce sideris splendo-
re duci poterat ad præsepium, im-

probos adit consiliarios, Sacerdotum
videlicet Primores, & populi Scri-
bas, qui equidem sic Prophetæ tri-
cant testimoniũ. Nascitur Christus
in Bethlehem Iudæ, sic enim scriptum est
per Prophetam dicentem: *Et tu Bethlehem
terra Iudæ, nequaquam minima es in Prin-
cipibus Iudæ; ex te enim exiet Dux, qui
regat populum meum Israel.* Mat. 2. Il-
lud autem: *Et dies eius dies æternitatis,*
profusus obuoluere silentio. Cur ita
Præbi consiliarij in adulationem Regis
(sicuti ait Chrysof.) id subiecit,
ex quo fulgor Regis condiddebat
immiti. Quã iohã Rex ad improbos
accedens consiliatores & generali
illo à Propheta oblato iubare priua-
tur. *Et dies eius, &c.* Quia dñi à malis
(verbis vtor Strabi) consilium quaeri-
tur, vera perditur illuminatio.

OBSERVATIO. III.

Magi cœlestem Regem requi-
rentes, nulla possunt cor-
ripi formidine.

(*)

26. Quærens Deum, contradicentes despiciat.
27. Vbi milites timent, ibi femina Deum qua-
rentes formidine careat.
28. Discipuli associati pauent, Magdalena so-
la apud sepulchrum Iesum requirens à
formidine libera.
29. Pes ideo aut timoris, aut securitatis fons.

Miratus in Commentario Mago
rium cõstantiam, ideo eos à for-
midine liberaui, quia qui Deum re-
quirunt, timore corripit nullo modo
potest. Id confirmabo præmittens
Dionisij Carthagenensis sententiam. *Iam Ro-
mani legem derunt, et sub periculo mor-
tis nemo aliquem Regem vocaret, sine*

Qui
Deum
quirit
à formi-
dine li-
beratur
Ad
Illud:
Vbi est
qui na-
tus est
Rex Iu-
dæorum.

26.

Carthu-

eorum consensu. Fuit quoque preceptum, & Magis non ignotum, ut qui Rege uiuente, alium Regem pronunciat, aut adorat, punitur in sanguine. Quomodo ergo Magi audebant, uiuente, & regnante Herode, in eius presentia sine Romanorum licentia Regem alium profiteri? Audi illos interrogantes: *Ubi est, qui natus est Rex?* Quisquis illum, qui a natura diuina accepit esse Regem, requirit, proculdubio ab omni est periculo immunis, ab omni alienus incommodi suspitione. Proculdubio (ait ille) istam eis audaciam Rex natus influxit. Ac si diceret, Reges ideo audaces, ideo constantes, quia Regem natum requirebant.

27. Sub Sepulchri lapide aduoluto, Mat. 28. exterriti sunt custodes, & facti sunt uelut mortui. Respondens autem Angelus, dixit mulieribus, Nolite timere uos. Mat. 28.

Timore milites corripuntur, & nos foemine, tam formidini ab uoxie non pauebimus; Timeant illi, vos pauore non teneamini. Quanam securitate? Scio enim (inquit Coelicola) quod Iesum, qui crucifixus est, queritis. Non eripit a timore militaris disciplina, non bellica praesidia; sed Deus, cuius res geritur, cuius exequimur

Caieta. uoluntate. Custodes (scilicet Caieta loquor) intus timent, exterius concutiuntur, nolite timere uos. Angelus apposuit pronomen, Vos, ad differentiam custodi. Scio enim quod Iesum queritis. Angelus aperit se nosse quid quereret, hinc enim anima quiorum pedebantur. Hinc quies, hinc constantia habet exortum. Quarta Teq. san. Vel foeminea fragilitas requiretis Dominum robustissima est. Mi-

Origen. los Christi (Origen. ait) timorem & formidinem depellat, & confidenter dicat: Si consistano aduersum me castra, non timebit cor meum. Sobent in his castris

mulieres vincere non corporis robore, sed fidei uirtute. A timore namque eripit non militaris fortitudo, sed diuinae uoluntatis requisitio?

Perpendite Magdalena euertum. Petrus, Ioannes, & Magdalena ad sepulchrum accedunt: non inuento Dominico corpore, Apostoli redeunt ad se metipsos, Maria autem haerens sepulchro constanter perseuerat. Illi timent, haec saemineae trepudationis oblita inter sepulchrorum funereas umbras, custodum inter arma sistit absque formidine. Quid cause? Discipula uiam auferunt domum, ubi fuerant congregati propter metum. Ioan. 20. Porro ibi metus, ubi Discipuli non sunt de Domini inquisitione solliciti. Ibi adest fortitudo, & constantia, ubi foemina fragilis naturae querit Saluatorem. Sola plorat Magdalena, sola non timet; uiri congregati, uiri non soli timore corripuntur.

Discipulum Carth. audite. Stabat ad monumentum. In quo elucescit eius constantia, quia abeuntibus Apostoli, non recessit. Vnde nam contra formidinem praesidium? Erat autem unicum ei solamen quod et in loco esse potuit, quo Dominum suum reliquit. Ibi quaerit, quia ibi amat; ibi, canis in more fidelis expectat, donec reuertatur.

Timidum proculdubio efficit hominem gressus ad praua dirigere a Dei requisitione recedentem. Timidum non facit animum nisi reprehensibilis uita a Deo recedentis conscientia mala. Haec Pontan. Pedes igitur tons formidinis. Si ad Dei diriguntur requisitionem validissimi ad praua deuiant, infirmi ostenduntur. Vnde prouerbum, Amicus in pedes decidit. Hinc illud:

Pauor ingruit ingens
Omnibus, inque pedes amicus moro decidit

28.

Ioan. 20.

Carth.

29.

Pontan. debel. fort.

deciait imos.

Pes etenim aut accedens ad Deum, aut recedens ab ipso, animo aut securitatem aut pauorem inmittit.

OBSERVATIO. IV.

Dum Magi Regem futurum considerant iudiciali harentem throno non timent presentem.

- 30. Timore timor excutitur.
- 31. Paulus interno timore iudicij externum persecutionis propelebat.
- 32. Christus iudæis timentibus Cæsarem coelestem Iudicem obijcit.
- 33. Discipulis Regem venturum proponit, ut à persecutionum formidine abducatur.
- 34. Huiusdem Regis iudicaturij obijctu Angeli Apostolos confortant.
- 35. Eadem consideratione Episcopi sepre contra mundialem potestatem armanentur.
- 36. Timens Moyses Regem coelestem non timet Pharaonem.

Secundam subijcio rationem, cur non timuerint Orientales Herodis aspectum, dum noui Regis in conspectu Principis pristini inelamant natalitium? Magi dum considerant Regem futurum, non timent presentem. D. Chrysostomus hac sententia affirmat ei nulla ratione formidabilem temporariam potestatem, cui Rex indignus futurus cogitationum, actio-numque ponderator obijcitur.

- 31. Paulum apud Macedones, post mulierem Phrynoniam liberatam, domini eius perduxerunt ad Principes, à quibus Apostolus flagellis cedi iussus, in carcerem coniectus est. Cuius rei memoriam peragens ipse, sic ad Corinthios. Macedoniæ nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus. Foris pugna, intus timor.
- Tho. res. 2. Corinth. 7. Vbi Sanct. Thom.

Hic facit mentionem de persecutione, quam passus est in Macedonia, cum liberauit ancillam Phrynoniam. Iam expendo sententiam illam: Foris pugna, intus timores. O militum fortissime! Presentem infirmam proflus times potestatem. Equidem verba illa: Intus timores, non referenda sunt ad presentem Principum persecutionem, sed ad Regis aeterni futurum tribunal. Ac si diceret, Presentem Regem (foris pugna) non timeo, dum futurum menti obijcio Regem (intus timores) valde timendum. Pulchre Doctor Angel. Foris, id est, extra me ipsum fuit pugna persecutionum. Sed tamen intus, id est, in corde est timor de malo, timentis persecutionem de futuro. Dum confidei o Regem futurum, non timeo presentem.

Vigessimus primus octonarius. Psalmi centesimi decimi octauo li-tera in loco tituli inscribitur, quæ quidem sonat: super vulnera. Quæ autem tem (inquit Iacog.) super vulnera ponitur, nisi medicamentum? Quæ autem sunt vulnera nostra nisi persecutionum aduersitates, quibus medicamentum superponitur, dum verbis diuini ad pacietiam ducimur. Quænam ista verba? Respondet Doctor. Discedite a me maledicta in ignem aeternum. Et adiecit. Quanto magis homines ignes formidant aeternos, fortiores efficiuntur ad labores tolerandos, Iudeorum vulnera, Veniens Romani, Et tollent civitatem nostram, et gentem. Aduersus timorem a Rege presenti excitatum Regis futuri apud tribunal horrorem inmittit. Discedite maledicti. Quid Iudæi? Illic (inquit David) trepidauerunt, ubi non erat timor. Psalmi 52. Exponit Strabo. De terrenis scilicet trepidauerunt, ubi non esset timendum, Iudæi timentes non perderent.

Tempo varia potestas nullum timorem incutit æternam obijctionibus sibi potestatem. Ad illud: Vbi est quænam Rex Iudeorum?

30. Chryf. 31. 2. Cor. 7. Tho. res. 2.

32. Pla. 118. Incog. Psal. 52. Strab.

derent locum, & gentē. Præsens Romana potentia quid, si Regem futurum consideratione perpendatis? Curavit cœlestis medicus Babylonē, sed nullatenus fuit sanitati restituta.

33.
Luc. I.

Christus Discipulis. *Cum audieritis praelia, & seditiones, nolite terri: oportet enim primum hæc fieri, sed non dum statim finis.* Luc. 21. Quenam tribulatio nec Surget Regnum aduersus Regnum, id est, Regnum mundiale aduersus Ecclesiam, ubi præest, qui regnauit à ligno. Tunc igitur cum temporaria potestas Regnum Ecclesiæ persecutionibus tentauerit, nolite terri. Quare? *Quia non dum statim finis.* Nō du ea, quæ futura sunt, oculis obijciuntur, non dum cœlestis Rex conficitur Principes temporarios eternum damnaturus. *Discedite maledicti in ignē aternū.* Adagiū illud appositū: *Ante tubā trepidas?* Vna equidem tuba nouissima nos debet ad timorem aduocare. At qui bellicis temporalis imperij lituis exauditis expauer, priusquā verum appareat periculū, animo consternatur.

34.
Act. I.

Discessurus Iesus à mundiali in habitatione, Discipulis in hunc modū. *Et eritis mihi testes in Ierusalē & in omni Iudæa, & Samaria, & usque ad vltimum terræ.* Postquam autem descripsit Dñi ascensum Euangelista, Angelos induxit locutos. *Viri Galilæi, quid statis aspicientis in cælum? Hic Iesus, qui assumptus est à vobis in cælū, sic veniet.* Act. 1. Quare obijciunt venturū Iudicem Christum tunc discentem? Testes Discipulos futuros vbique terrarum prædixerat; quare persecutionibus Principū temporariarum tentādis, vulnerandis adhibet medicamē, futuri iudicij proponens obiectum. Testes Discipuli in Ierusalem? Truci

dandus ibi Iacobus? Nolite timere *Scrutabor enim aliquando venturus Iudex Ierusalē in lucernis.* Soph. 1. Babylon gentilium vobis exitialis, cum mihi testes vsq; ad vltimū terræ? Ne timeatis. *Quid enim (loquor cū Ber.) tutum in Babylone, si in Ierusalem manet scrutinium.*

Septem Episcopis Iesus. *Gratia vobis & pax ab eo, qui est, & qui erat, & qui futurus est.* Apo. 1. *Futurus, inquit, Iudex viuorum, & mortuorum. Cur præ oculis Rex futurus Iudex Episcopis apponitur? Ut persecutioni Regū temporariarum non succumbant.* Ephesū Episcopo, *Sustinuisti propter nomen meū.* Cap. 2. *Smirnæ, Scio tribulationem tuam. Pergami, Scio ubi habitas, ubi sedes est Sathana. Thyatiræ, Noui patientiam tuam. Sardis, Qui uiceris.* Cap. 3. *Philadelphix, Non negasti nomen meū. Laodiceæ, Suadeo tibi, emere à me aurū ignitum, & probatū.* In magnum, o Principes Ecclesiæ discrimen versamini, si vultis Regum terrenorū potentiam negligere, ad Regem futurum respicite, qui omnipotentia indutus iudicaturus veniet. *Qui futurus est omnipotens.*

Moyse ad Ægyptum missus, Regis Pharaonis potentiā formidabat. Vti autē Ducē Deus à concepta formidine liberaret. *Occurrit ei, & volebat eum occidere.* Exo. 4. Quā conuenienter, & efficaciter maiori formidine conatur Dñs minorē expellere! Ad hæc Theo. *Angelus gladium nudatū ostendit Moysi, ut occideret eū, quia Pharaonē formidabat; ut timorē timore expelleret, itēq; maiori mihiorem. Quasi diceret: Pharaonē times, magis me time, qui nemine cernētē, plagā tibi facile inferre possū.* Sācī è igitur Magi Proceres dū cōsiderat Regē futurū, non timeant presentem.

OBSERVATIO. V.

Magi miraculosè ab Stella ducti, crediderunt fore vt à nullis hostibus impeterentur.

Deus ex vniuersis beneficij collatione ad alterum conferèdū accingitur. Ad istud: Vbi est qui natus est Rex Iudaeorū?

37. Ex Stella sibi data colligunt Magi sibi auxilium exhibendum.
38. Mortem Christus à suis auertit eadē manu, qua ad eos ductrices Stellas immitrit.
39. Ex Stellarū statione ad illuminādū, Iosue suis securitatem ab hostibus promittit.
40. Qui Stellæ ductu Magos ad sui Regni participationem inuitauit, quid non eximeret à pauore.
41. Semel petimus nobis exhiberi panē, quia semel datum eiusdem receptio doni consequitur.
42. Semel à Deo pasci gregem, continuam passionem obfirmat.
43. Deus circa nos à cura in curam afficitur.
44. Abraham multis acceptis beneficijs vltiora accipere præparatur.
45. Magdalena munus accipit, vt munus accipiat.
46. Vnum Dei beneficium citat alterum.

37. **T**ertiam denique causam inuuo, quare Reges Orientis primitiæ non veriti fuerint coram Herode nouum Regem inclamare. Videbant (inquit Abulensis) se dirigī miraculose, cū Stella eos regeret; ideo credebant, quod nemo poterat eis nocere. Reges scilicet cōsiderantes se à Domino beneficium Stellæ ductricis accepisse, futuri alterius beneficij collationem consequenter expectabant. Tam enim Deus munificentia præstans, vt vnius doni enlargemente ad alterius præstitionem assurgat.

38. Pendo verba illa: *Cum Stella eos regeret, credebant, quod nemo poterat eis nocere.* Mortem minimè timeat, qui ductricem accepit Stellam. Tam enim Christus mortis rector, quā Stellarū moderator. Ille mittit Stellas ductrices, promotrices; Sub eodem imperio residet inimica mors. Christus Ioāni. *Noli timere, habeo clauas mortis.*

Apoc. 1. Apoc. 1. Ideo Apostolus formidine

cōcutitur, quia claues mortis habes, corpus occidis, Principibus tyranis clauem committis, martyres trucidaturis. Hæc dicit, *qui habet septem Stellas in manu sua.* Siue in dextera. Eadem manu (ac si diceret) gesto claues mortis, qua Stellas teneo. Si igitur eadē manus, quæ mittit Stellas in salutē, mortis est moderatrix, cur nō laxans Stellæ illuminantis habenas, simul mortem horribilē in frænabit?

Dimicante Israelis exercitu, Amor thæi é nube lapsis lapidibus impetūtur. At Iosue insecutus victoriā, Sol (iucamat) *contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra Vallem Aiallon.* Steterunt que Sol & Luna. Ios. 10. Vndenā Ducis menti affixum, fore, vt Sol, maximo prodigio, commoraretur? Respondet pulchre Lyranus. *Videns primum signum datum de cælo acreo, ex hoc confidens, petiuit secundum de cælo sydereo.* Quid plura? Sic Iosue post Solis ac Lunæ stationem ad milites. *Nolite timere, nec paucatis, confortamini, & forte robusti; sic enim faciet Dns cunctis hostibus vestris, aduersum quos dimicatis.* Vndenam ó Princeps à futuris periculis milites liberādos affirmaui? Quotiens Deus in hostium manibus suos tradidit discerpandos? Qua ergo fiducia illos eximis ab exiuij timore? Profecto si ex primo miraculo lapidum è nubibus emissarum, credidit Stellas minime progressuras. Sed rapido infrænato cursu, aspectui in obsequiū hominum obijciendas: Vidēs Stellas hominū saluti seruiantes, non né efficacius debuit credere milites illos ab hostium potentia minime superandos? *Videns primum signum, cōfidens petiuit secundum.* Videns igitur secundum, cōfidentius militibus promisit securitatem. Quia videlicet miraculum

39.
Ios. 10.

Lyra.

Abul. q.
21.

Apoc. 1.

Abul. raculum illuminantium Stellarum illos ab imminentis exitij formidine liberabat. Quam appositè Abulensis. Videbant Magi se dirigi miraculose, cum Stella eos regeret, ideo credebāt, quod nemo poterat eis nocere. Quando enim vnus muneris exhibitio nos non inuitat ad alterius receptionem; Vidēt Magi se dirigi signo exhibito, miraculo excitato, Stellæ videlicet mirabili exortu ad Iesu cunabula. Nemo ergo (inquiunt) nos poterit ad exitium reuocare.

40. Luc. 12. Dominus vt securos redderet ab omni hostium irruptione Discipulos, Nolite (inquit) timere passillus grex, quoniam complacuit Patri vestro dare vobis Regnum. Luc. 2. Ac si Magis alloqueretur. Ego Rex natus vos mundiales Reges Stellę ducatu, ad cœlestis Regni inuitaui consortium. Non igitur vos hostium potentia ad pauorem afferat. Neque enim Deus semel dat; quippe cum vnus beneficij elargitio ad alterius eum collationem alliciat. Chrysolto. *O bonitas effeussa! Ad consortium Dominationis seruos Dominus asciscit. Sic, sic dat, cui deficere census non potest. Duo pondero. Vnum: sic, sic dat, id est, dat, dat. Vnius enim doni collatio ad aliū impellit. Alterū vero. Cui deficere census non potest. Quasi primi beneficij elargitio in morē census à Deo semel & iterū nouas accipiat, & quodāmodo exigat vsuras. Reges ad veri Regni consortiū, Stella nuncia, vocātur? Igitur vsurę loco Magi, ac si pecuniam cōtulissent in questū, accipiunt corā tyranno Rege minimè formidare.*

41. Matt. 6. Discursus parum per iam habenæ laxentur. A Domino cum Iesu panem petimus nobis præberi. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Mat. 6.*

Si quotidie necessarius nobis panis est, quare solummodo hodie eopetimus donari? Non ne aptius dicemus. *Panem nostrum quotidianum da nobis quotidie?* Pulchrè inclamamus, *Da nobis hodie.* Tantundem enim est, ac si dari nobis quotidie postularemus. Deum namque hodie nobis munificum ex panis elargitione, sic affectum relinquit illa ipsa panis collatio: vt proculdubio crastina die ad eiusdem muneris iterationē accingatur, hæc sequentis diei cibum obtineat, sequentis autem diei cibus proximæ lucis consequatur alimentum, vnde sine termino cœlesti munificentiā repleamur. Chrysol. *Sic dat cui vacuari potestas non potest.* Fortis enim in morem, primam vadam tota inexauribilis sequitur plenitudo.

Ideo Ecclesia, *Iudica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie.* Cant. 1. In meridie pascit, & cubat. Cur discubatio ac requies pastoris exprimitur tunc, quando oues donat refectione? Quia non reficit per transenam, qui nunquam non de ouium suarū refectione curat. Illud namque hodie fatiri gregem, bonū mouet pastorem ad vltioris elargitionem gratiæ. Vnde Philo diuinam munificentiam fontē appellauit. *Tue (inquit) gratiæ fontium more inexhausta, & subsistentes perpetuo.*

Iam meritò clamat Magister. *Ne solliciti sitis anima vestra, quid manducetis, nec corpori vestro, quid induamini.* Mat. 6. Væ qui à sollicitudine in sollicitudinem impellimini! Cibi cura vos ad vestimenta procuranda arripit. Ab huiusmodi igitur sollicitudine dimoueamini. Qua Spe? Deus certe prouidebit vtrumque. Liberalitas enim diuina emula est sollicitudinis

dinis humanæ. Si hominum sollicitudo ex cibi procuratione afficitur ad vestitus acquisitionem: Dei munificentia ex collatione cibi mouetur, seu potius dixerim, impellitur ad vestimentorum exhibitionem. Mecum sentit Tertulian. *Quis nollet curam nos agere anima de victu, & corpori de vestitu, nisi qui ista homini ante prospexit, & exinde præstans merito curam eorum tanquam emulam liberalitatis suæ prohibet.* Sic ille. *Emulam* (inquit) *sua liberalitatis.* Quam apte. Sicut enim homo ex acquisitione cibi afficitur ad vestitus inquisitionem: haud aliter Deus ex vnius muneris elargitione ad alterius exhibitionem inclinatur.

Tertul.
L. 4. cō.
Marc.

44. Plurimis à Deo Abram muneribus donatur. *Noli* (inquit Dominus) *timere Abram. Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Dixit que Abram. Domine Deus, quid dabis mihi?* Gene. 15. Num vox dubitantis? Philo, *Non dubitantis est verbum.* Certissimè enim Patriarchæ à Deo maximis beneficijs (nam parens Saluatoris) ornatum recognouit. Si ergo se deinctum videbat ex tot munerum exhibitione, quare nouis postulat donis cumulari? Ac si diceret. *Cōpertum habeo te ex vnius doni exhibitione affici ad alterius elargitionem: sed qui me iam supremo munere cumulasti Saluatorem videlicet, quid in tuæ munificentia documentum iam poteris præstare?*

45. Peccatrix illa stans retro secus pedes Domini, lacrymis cepit rigare pedes eius, & unguento ungebat. Luc. 7. Rursus accessit ad eum habens alabastrum unguenti, & effudit super caput ipsius. Mat. 26. Queris vtrum eadem Magdalena semel ac iterum Dominum delinuit? Obstat præproperea immutatio. Tā

cito peccatrix pedibus hærens, potuit ad caput Dominicū eleuari. Origenem audite. *In Euangelio mulier accipiens alabastrum unguenti, caput Iesu, pedes que perfudit. Peccatrix super pedes, que non dicitur esse peccatrix super caput eius fuisse monstratur.* En Domini munificentiam. Accepit cœlesti munere Magdalena ad Dominicos pedes prouolui, vt ungeret peccatrix? Iam ipsam Christus & gratia donat, & ad caput attollit super id unguentum effusuram.

Orige.
hom. 1.
ex dua.
in Cant.

Eleganter huiusmodi Dei Tragicus conditionem expressit.

* *Rex Deus nostras ceteri citatas Turbine versat.*

46.
Senec.
Tragi.
Thies.

Cur res nostras citatas compellauit? An non quia res vna nobis cœlesti beneficio exposita quasi alterā mox citat impertiendam? Ita plane. Manlius adhæc.

* *At cur dispositis vicibus cōsurgere signa. Et velut imperio præscriptos reddere cursus.*

Manl.
L. 1.

Cernimus, ac vllis properantibus vlla relinqui?

Cur eadē æstiuas exornāt sydera noctes Semper, & hibernas eadem, certamque figuram,

Quis ve dies reddit mundo, certamque relinquit?

Non ne quia vnū Dei beneficium nobis elucens quasi alterum obuenturum citat? Quis ambigat?

OBSERVATIO. VI.

Rex natus Christus.

47. Merito à Magis Rex natus requiritur. Non inelamant: Vbi est Rex, qui natus est? Sed: Vbi est, qui natus est Rex. Alij mundiales Principes nascun-

nascuntur, ut postea temporis decur-
su regnent, regant, gubernent. At Ie-
sus natus est Rex, iam ab ortu, ab in-
cunabulis regalia munia implet. Nā
& defendit suos, & super humeros
portare minimè dedignatur. Vtrum
que persequar argumentum.

Caput primum.

Regum
est, defē-
dere sub-
ditos.
Ad
Illud:

- Quina 48. Christus noster à natali protektor.
49. Mundiale Regnum non nascitur.
49. Christus à radice virga regnans exoritur.
Rex. 51. Vtriusque Regni statua Nabuchodonosor
indicat differentiam.
52. Potentissimo Regi nato cura submitti.

48. **M**AGI apud Ierosolymam, Qua-
rimus (inquit ex ore Hugonis
Card.) Regem natum, non Heroem in
solio collocatum. Proh Reges mundia-
les sine corona, sine potestate nascent-
es, fragilitate, debilitate laborantes!
Quis tunc hostium potentiam euer-
tet? Quis urabitur ciues? Quis vrbes
defendet? Solus Rex natus Iesus si-
ne manibus fascijs dū illigatur, Reg-
num stabilire valet, ac comminatis
hostibus ciues custodire.

49. Immissum adolescentem Ioseph
Gen. 37 in agrum, ad messem colligendam
Iosephus testatur. Hinc exorta som-
nij phantasia, seu futuri Regni ora-
culum appellaro. Putabam (inquit)
nos ligare manipulos in agro, & quasi cō-
surgere manipulum meum, & stare; ve-
stros que manipulos circumstantes adora-
re manipulum meum. Gen. 37. Hic pla-
né futura Ioseph mundialis potestas
exprimitur. Ipsi namque fratres in-
genue profitentur potius, quam per-
quirunt. Numquid Rex noster eris? Qua-

Dionis.
Carthu.

si dicant, inquit Carth.) Hoc videtur
evidenter pretendere somnium tuum. Quæ-
ris iam, Cur non fuerit Ioseph pote-
stas in exorienti à terra super reli-
quos expressa manipulo? Num quia
mundiale Regnum non nascitur? ita
plane. Ioseph exoritur infirmus, in-
ermis; postea autem manipulus om-
nibus subditis præponitur non sine
Pharaonis manibus. Haud hic natus
Rex, sed Herodis instar, in solio col-
locatus.

Prophetam accipite huiusce ve-
ritatis assertorē. Egre dietur virga de
radice Iesse. Suprema potestas, & flos
de radice eius ascendet. Isaia. 11. Vbi
Strabus ex D. Hier. per virgam Chri-
sti regnantis potentiam intelligit. Vir-
gam & florem iudei ipsum Christum in-
terpretantur, quia in virga regnantis po-
tentia. Huiusmodi Regia potestas in-
cipit ne à virga profectus instar flo-
ris, an à radice? Flos equidem & vir-
ga à radice pariter exoruntur; quia
Christus Rex nascitur. Egre dietur vir-
ga, id est regalis potestas, de radice. &
flos, (seu Lyra. interprete) Christus, Lyra:
de radice ascendet. Simul Puer & Rex
exoruntur; quia nunquam non Ie-
sus suos gubernat, moderatur, atque
defensat.

Statuam Nabuchodonoris oculis
subijcite. Illa sanè à lapillo sine mani-
bus excidenti comminuta, Regno po-
tētissimo illicò dedit locum. Videbas
ita, (ait Daniel) donec abscissus est de
monte lapis sine manibus, & percussit sta-
tuam. Lapis autem, qui percusserat sta-
tuam, factus est mons magnus. Dan. 2.
Adnota differentiam Regnorum.
Videbas Rex, & ecce statua grandis pe-
des luteos tanto ponderi præbens.
Super lutum natiuitatis aurum, ar-
gentum, & es constituitur. Nabucho-
donosor

Lyra.

donosor paruulus natus; magnus, potens, fortis post natiuitatis puluerem efficitur. Sic Lyranus. *Deus Regnum, & imperium, & fortitudinem dedit tibi;* (ferro testæ diuinitus admulto;) *quia de infimo statu per diuinam dispositionem eleuatus es ad omnia ista.* Manibus quippe indiguiti ad sceptrum post ortum capellendum. At Iesus sine manibus e virgineo monte decidens, tunc cum exoritur, Regnum valet, comminutis hostibus, stabilire. *Natus enim Rex.* Id quod idem Lyranus confirmans, adijcit. *Istud est Regnum Christi. Quod Regnum inchoatum est, quo tempore natus est Christus.* Regni inchoatio à natiuitate; quia Rex nascitur, qui à Regibus Rex natus requiritur.

52. Huiusce Regis ditioni subdicitur, qui nunquam non potens ad te liberandum, hostesque tuos comminuendum. *Leo, & ouis simul morabuntur, & Paer paruulus minabit eos. Et delectabitur infans ab ubere super foramina aspidis, & in cauernam regule, qui ab lactatus fuerit, manum suam mittet.* Isai. 11. Ad quem locum Lyranus, *Et Christus qui supra Cap. 9. vocatur paruulus ducet eos ad ueritatem suam.* Quia uidelicet tunc cum paruulus natus est nobis, & filius datus, imperium super humerum eius. Tunc vocatur *Consiliarius*, ut subditos doceat; *Deus*, & fortis, ut defendat; *Pater*, ut pascat; *Princeps pacis*, ut ad æternam felicitatem adducat.

- 55. Maior in imperio maior ad portandum.
- 56. Saul eligitur Rex, ad subditorum flagitia sustinendum.
- 57. Natus Iesus simul imperio, ac paternitati filios sustinenti.
- 58. Per singula momenta nostra onera portaturus nascitur.
- 59. Regum mundialium dissimilitudo.

VIS dignoscere in super, an natus sit Rex? Tunc, cum infantilla membra fascijs illigantur, potens est peccata non solum Orientis, sed mundi portare totius. Non ne hodie Marianæ ouis uerberibus pendet agniculus? Proba igitur, utrum grauissimâ valeat tuorum criminum sarcinam sustinere? Sustinet? Rex natus proculdubio est.

Sic Præcursor vociferatur. *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Hic est, de quo dixi uobis: Post me ueniet uir, qui ante me factus est. Ioan. 1. Chryl. *Cum dixisset: Agnus, qui tollit peccata mundi, subdit: Quoniam ante me factus est, accipit peccata mundi.* Quoniam nascitur ante me, siue Rex meus & omnium nascitur, Agnus dum est, dum est paruulus peccatorum onera sustinet.

Hinc discant prælati, quam muneris cõsonum, ab exordio imperij peccata, oneraque subditorum suscipere. Rubem futurus maior in imperio. Ge. 49. *Transfert Hier. Maior ad portandum.* Quasi ab asportatione gubernatio nulla ratione diuidi possit. D. Bern. *Meditantibus quidem honores blandiuntur, sed onera pensantibus tedio sunt, atque formidini.* Non autem omnes capiunt uerbum istud. Multi enim non tanta fiducia, & alacritate currerent ad honores, si esse sciret & onera, grauari profecto metuerent. Honorem, muneris;

Regnum est subditos super humeros gerere. Ad illud:

Caput secundum.

¶ Christus Rex natus subditorum mox onera portat.

- 53. Rex Agnus Iesus peccata portans.
- 54. Antè omnium factus, omnium debet peccata sustinere.

Qui...
tus est
Rex.

53.

54.

55.

Gen. 49

Bernar. epl. 42

ais, suscipiam, non pondus, & potest honor à pondere separari? Nascitur potestatis honor? Mox equidè ponderis exoriatur gaudium necessum est.

56. Obijcite vobis Saulem à Samue-
 1. Re. 10 le uinctum in Regem, quem huiusmo-
 di signo reddidit de cœlesti electio-
 ne securum. *Et hoc tibi signum, quod
 unxit te Deus in Principem.* Inuenies
 duos viros, qui te asinarum inuen-
 tione faciant certiores. Rursus alij
 tres viri occurrent, quorū vnus tres
 hædos portabit. Porro Saul requisi-
 tus, vt Regni clauum susciperet, *non
 est inuentus.* 1. Re. 10. Cur Saul se se
 in absconditum recepit, Regiam au-
 fugiens potestatem? Crediderim ideo
 recessisse, quia in signum regiminis
 & asinæ inuenienda, asseruandæ que
 occurrunt, & hædi obijciuntur as-
 portandi. Quæritis me ad Regnum,
 & pondus mihi hædorum, seu pecca-
 torum suscipiendum offertis? An si-
 mul & Regalis autoritas, & onus pec-
 catorum portandum exoriuntur? Fu-
 giam igitur tam ponderosum Prin-
 cipatum. Pulchrè confirmat Grego-
 hic. l. 4 *Abscidunt quippe se, ne inueniantur,
 quia subire dignitatem refugiant, cuius
 oneris se esse impares arbitrantur. Habet
 quippe spiritualis prælatio exteriorem glo-
 riam dignitatis, habet & interiorem mag-
 nitudinem oneris. Nam Rector & hono-
 ratur à subditis, & portat eos, à quibus
 honoratur. Cum honoris ergo principio cau-
 sa nascitur oneris. Quia vnde honor à
 Rectore excipitur, inde illud suscipit,
 quo grauetur. Illud pende. Cum hono-
 ris principio causa nascitur oneris. Quia
 non post temporis interstitium; sed
 mox ab exortu regiminis pōderis ad-
 nascitur obligatio. Quā equidè solus
 ille adimpleuit, qui Rex natus mox*

à natiuitate peccata tulit vniuersi.

Per pulchrè Menander.

* *Natus imperio, paternitati exortus.*

Vnde mox à Regni institutione
 debet Princeps subditos brachijs
 gestare paternis. De Iesu nato & Reg-
 no, & paternitati Isaias. *Paruulus na-
 tus est nobis, cuius principatus super hu-
 merum eius.* Mox à natiuitate Rex por-
 tat peccatores. Quare? *Et vocabitur
 nomen eius Pater.* Nascitur Regno, pa-
 ternitati exoritur. In cuius typum
 Moyses *Tulit Israel de mari rubro.* E-
 xo. 15. Expendit Rupertus, quā Re-
 gi adnatum infantiles subditorum mo-
 res portare, cum primum eleuantur ad
 Regnum. *Quod primum Moyses in se
 ipso expertus, dicit ad Dominum, Num-
 quid ego concepi multitudinem hanc, vel
 genui eam; vt dicas mihi, Porta eos in
 sinu tuo.*

57.

Exo. 15.

Christus ad Patrem, *Adueniat
 Regnum tuum, dimitte nobis debita nos-
 tra.* Mat. 6. Si Rex iam nobis natus
 est, Si Regnum appropinquauit, cur
 aduenire Regnum Dei quotidie po-
 stulamus? Tam essentialiter asporta-
 tio morum subditi, & Rex natus con-
 nectuntur: vt quoties humeris Chri-
 sti deuincendum apponimus pecca-
 tum, *Demitte nobis Debita:* toties Dei
 Regnum necessario quodammodo
 nascitur.

58.

Mat. 6.

O quam Principes mundiales, qui
 nati Reges non sunt, dissimules! Do-
 minatu etenim gaudent, non vt pro-
 tegant, nō vt portēt; sed vt omnibus
 sint nocumento. De his Tragic.

59.

* *Vrit miserum gloria pectus.*

Cupit hic gazis implere famem.

Perdatque aliquos, nullumque leuet.

*Tantum vt noceat, cupit esse po-
 tens.*

Seneca
 Trag.
 vlt.

SECTIO TERTIA.

Magorum Stella.

TEXTVS.

Vet. 2. *Vidimus enim Stellam eius in Oriente, & uenimus adorare eum.*

COMMENTARIJ, ET ILLUSTRATIONES.

¶ *Stella materia, locus, splendor, motor.*

§. 1. **V**idimus enim stellam. Rationem Magi subiiciunt, unde dignouerint veri Regis natalem. Sed prius quam ad huiusce sententię enodationem accedamus, opere præteritum duximus huius stellæ & naturam tibi obijcere, & proprietates, aliaque nõ vulgaria circa nouum sydus recensere.

2. **P**oruit quidem Deus vnam ex cœlestibus fixis, vel errantibus stellis ad indicandum Christi mittere natalitium, sed non fuit opus ratos eorum motus inuertere, & ad præsepium vsque cœleste sydus cœlo auulsum deijcere. Satis fuit Deo omnia suauiter ordinanti nouam stellam ex aere figurari Angeli ministerio. Origen. *Stellam (inquit) nouam fuisse arbitratur, nec ulli ex notis istis similem, quæ vel in firmamento sunt, vel in orbibus inferioribus; sed eius generis, quales comete visuntur.* Nouo (inquit August.) *Virginis partu nouum sydus apparuit.* Rationem innuit D. Damascenus. *Quod ea stella nunc ab ortu ad occasum, nunc a septentrione ad Austrum progrediebatur: nunc delitescibat, nunc se se rursum aperiebat; id quod a syderum ordine & natura discrepat.* Vberius D. Basilii. *Adijcio, quia nulla stella motu recto pergit, sed motu voluitur circulari: hæc autem motu recto, & lineali utebatur ducatum Magis præstans. Aliæ non*

nisi inter tenebras elucet: hæc etiã coram magno luminari mittebat fulgorem. Aliæ motum habent continuum, hæc euntes Magos, columnæ in morem igneæ, præcedebat, cum consistentibus morabatur. Stet ergo de nouo creatum sydus seu ex aere probabilius ab Angelo efformatum.

Ex materia colligo locum. In aere enim, non in cœlo, propè terram veluti cometa conspiciebatur. Motorem autem Angelum fuisse reor. Quemadmodum antiquam illam columnam Israelitici populi in deserto ductricem Angelus mouebat, & gubernabat. Quid dicam de huiusce luminaris splendore? Num cetera sydera superabat? D. Leo. *Tribus Magis stella noua claritatis apparuit, quæ illustrior ceteris; pulchriorque syderibus in se intuentium oculos conuerteret.*

Num solis vicit splendore? D. Chrysost. *Ipsos solis radios proprio quod tam, præcipuoque fulgore superabat. Reddit rationem adijciens. In tanto radiorum solis lumine magis ipsa resplendens. Ex qua stellæ de sole victoria Magos magis affectos fuisse ad huiusce nouitatis inquisitionem affirmat D. Ignatius dicens. Cetera sydera simul cū sole & luna corusca facta sunt illi stella, illa uero superabat omnes splendore suo; & facta est perturbatio, unde fuisset illa nouitas, quæ apparuerat? An ideo*

3.

Leo.

term. 1.

Chryf. hom. 6.

Ignati epist. 1. ad Eph.

exilti-

existimas solem magnitudine superasse? Minime quidem. Erat splendida stella, (me autore) haud certe vincens solis radios, sed coram ipso fulgens, sicuti primo crepusculo rutilant planetæ, vel quemadmodum post ortum solis adhuc luna conspicitur, multo sanè minor duobus, maior reliquis specie visibili. Quare hyperbolicè locutum Chrysostomum apparet. Non longe à terra distabat, ideo solis radijs non obscurabatur; sicuti luce diei perfundente cubiculum, adhuc lampadis iubar effulget perspicatius; quia tibi propinquior.

à dextris tuis in vestitu deaurato. Inferius autem, *Omnis gloria Filia Regis ab intus in fimbrijs aureis.* Psal. 44. Vbi ex Doctorum placito vniuersæ Ecclesiæ imago obijcitur. Hic peccatores, hic iusti designantur. Peccatorum cæcus fidei splendore coruscus, non dum nitens operum fulgore. Ideo subiungitur. *Audi fusa, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet Rex speciem tuam.* Ergo non dum quæ retrò erant obliuiscens digna effecta fuerat, quæ ab Sponso diligeretur. Huiusce expositionis autor Niceph.

Psal. 44

Niceph

Non quod magis rutilat, magis fulgidum est.

(*)

Aduersus hypocrisim.

Ad Illud: Vidi m^o scellam.

4. Superans fulgore solem stella, luce ab illo superatur.
5. Aliquando res inaurata vero auro rutilantior.
6. Lucifer apparenter lucet, vera Angelorum lux nube obtegitur.
7. Ignis fons lucis, sole & stellis rutilantibus, non adspicitur.
8. Peccator petra attrita scintillas emittens, iustus in morem filicis splendorem cotidians.

Audi quæ dico, & vide omnia illa, quæ propter te passus est Sponsus, & quacumque fecit admiranda, inclina aurem tuam preceptis illius, & obliuiscere gentis tuæ, prauæ, nimirum conuersationis illius, & prioris viæ, ac templi Diaboli patris tui.

Se se iam David conuertit ad iustos & fide & operibus fulgidos. *Omnis gloria Filia Regis ab intus in fimbrijs aureis.* Filia Dei non sicut Diaboli filia, in filiam utique Dei immutanda. Nam fidei simul opera adhibet. Sic

Niceph

Nicephor. *Fimbrias aureas* (inquit) *mibi intelligas velim virtutes multas, ac spiritualium donorum varietate, quorum prætium per aurum insinuat.* Iam iustorum ac peccatorum indicavi differentiam. Peccatores nitent in vestitu deaurato, non in auro; quia fides minimè operibus associatur. At iusti in fimbrijs aureis splendent; quia fidem operibus complent. Enim verò quænam lux maiori splendore corusca, quæ ex auro solido, an quæ ex leui inauratione procedit? Perfectio solidum aurum lucis fons, inaurata autem vestimenta exiguo lumine donantur. Difficilis iam carminis facilis expositio redditur. Deaurata ve-

4 **H**Aud itaque Chrysostomi ratio satis firma est. *Solem fulgore superabat, quia in tanto radiorum solis lumine magis ipsa resplendebat.* Non enim quod magis splendescit, magis lucidum est. An non folium vilis æris aurum vincit splendore? Quoties sub vilitatis atque abiectionis nube sol later sanctitatis, thesaurus absconditur perfectionis, dum aspicientium oculos ementitus fulgor perstringit!

Chryf.

3. Id expressit Vates. *Astitit Regina*

flimenta fulgorem suum proferunt, aureæ simbaix gloria & splendor *ab intus*, minime manifestatur. Maior fulgor minùs aspicitur; minor splendor magis aperitur. Quid causæ? Quia non semper id, quod magis splendescit, magis lucidum est.

6. Luciferum non semel consideravi nomine fulgidum, opere tenebri-
cosum, de quo Bernard. *Bonum tibi, si magis esses ignifer, quàm Lucifer.* Ioânes Angelum vidit e cœlo lapsum peregrinantis habitu, nube amictum. *Et vidi alium Angelum fortem descendentem de cœlo, amictum nube, & facies eius erat ut Sol.* Apoc. 10. Quare nube obtegatur? Quia solis in morem fulgens, vult gloriam hominibus dissimulari. Non enim peregrinantes Angelos cœlestis decet pulchritudo. Locum Iob iam expendo. *Lapidem caliginis. & umbram mortis dividit torrens à populo peregrinante.* Cap. 28. Lapidem caliginis Luciferum vocat, qui quidem licet nomine lapis fulgore nitens, iastat piropi; at operibus ipsa caligo est. Populus peregrinans Angelos designat, quorum fulgor hic nullatenus conspicitur; quia peregrinorum more nobiscum commorantur. Tobiam, & Abrahamum referor. Num vnus aut alter peregrinantes Cœlicolas fulgore splendentes viderint? Torrens igitur diuinæ sententiæ bonos Angelos à malis dividet. Lyranus. *Demonem cum Angelis suis dividet torrens diuinæ sententiæ à populo peregrinante, ab electis Angelis.* Iam datur electos Angelos à reprobis distinguere. Hi Luciferi, illi igniti; hic nomine corusci, illi operibus nitentes; hi ementita luce foris splendentes, illi verum nubibus operientes fulgorem. Non igitur quod

magis splendescit, magis lucidum est.

Dixit olim Deus, *Fiat lux.* Gen. 1. Vbi Nyssen. affirmat ignem, qui latebat in terra Dei potentia exiliuisse, & in supremam mundi oram subuolasse, indeque mundo claritatem, lucemque impertuisse. At lux primo die facta permansit postea, & permanet etiam nunc; non autem nunc luce ignis huiusce mundus illuminatur. Quia cum elementum ignis totam terram, atque aerem circundet, vndique totum orbem semper illuminaret, nec vllquam lineret vlllo tempore esse tenebras, nullaque esset di ei, & noctis vicissitudo. Ignis igitur (si Nysseni sententiæ assensus præbeatur, omnium luminarium parens; ergo omnium fulgentissimus. At nō tenebras ablegat, non æternum efficit diem; quia fulgorem infranat. Sol ne, seu stellæ magis fulgidæ, quia splendescunt? Minime. Nec enim quod magis splendescit, maiori luce donatur. Confirmat id D. Bonauen. docens, lucem, quæ inheret in corpore lucente, formam esse eius substantialem; fulgorem autem, & lumen quod inde dimanat, & diffunditur ad alia corpora, esse accidens. Quam accidentarium, quod exterius rutilat, si cum eo, quod intus lucet, componatur!

Domus (inquit Deus) Israhel attrita fronte est, & duro corde. Pagnin. ex Hebr. *Dura fronte.* Dura siue lapidea frons attrita scintillas emittit. Pergit, *Vt silicem dedi faciem tuam, ne timeas eos, nec metuas à facie eorū.* Ezec. 3. Quomodo à facie eorum non timebo, si perpetuò attrita frons lapidea scintillas profert, fulgorem emittit oculos perstringentem? Illi petra attrita? Tu silex suo tempore attendenda.

7.
Nyssen.
hom. in
exam.

Apo. 10

1. b. 28.

1. yra.

Bona.
2. Dist.
13. a. 1.
q. 2.

8.
Ezec. 3.

Nyssen.
citat.

renda. Quid filix? Nyssen, *Silices in tenebris obscura iacent, licet vim lucidam, atque illustrantem naturaliter in se contineant: quippe qua pariant ignem, si inter se collidantur.* Peccatores itaque petra attrita vnam vel aliam scintillam immittens. Iusti silices fontem luminis fouetes, quia omnino ignei, penitus lucidi sunt, licet exterius minimè manifestent. En minor splendor magis rutilans, lux maior nullatenus oculis præstans obiectū. Quia videlicet non quod magis rutilat magis fulgidum est. Hinc humilis sanctitas commendatur, hinc donatur hypochrasis.

¶ Num Spiritus sanctus vel Angelus Stella specie Magos apparuerit?

9. **R**ursum requiro. Num stella illa Spiritus sanctus? Autor de mirab. Sacra script. id videtur affirmare. *Sicut in igne Spiritus sanctus super Apostolos descendit: ita in specie stellæ Magos ad Dominum deduxit. Sicut specie columba descendit super Dominum in Iordane, sic gentes stellæ specie duxit ad cunabula Domini.* Ego equidem Spiritum sanctum stellæ specie Magis apparuisse inficior. Nulla ratio hoc suadet, tanti Principis dissuadet maiestas. Effulsit tamen eorum cordibus, vti se se difficili committerent viæ, suas que Prouincias dimittentes, arduæ prouintiæ suscipiendæ darent operam.

10.
Non Angelus.
Autor de mirab. cit.

Angelus ne sub stellæ ductricis specie apparuit? Doctor citatus sic respondet. *Quid repugnat, si hoc loco stella Angelus dictus esse sentiat? Ista Angelus dux Magorum efficitur, qui As-*

trologis in stella similitudinem transformatur. Theophylactus. *Ne talem putes stellam quales videmus: sed diuinam virtutem, & Angelicam, in figura Syderis apparetem.* Reddit rationem. *Quod autem Angelica virtus fuerit stella, manifestum est, ex eo quod & in die refulserit, & ad motum Magorum se mouerit, & ad quietem eorū quieuerit.* Ego equidem, qui Angelum stellæ fuisse motorem dixi in ipsam stellam transformatum minime sentio. Nam licet nõ dissuadeat Angeli maiestas Spiritus scilicet administratoris, nullatenus ratio id suadet.

Theo.

Habuit ne stella Pueruli crucis similitudine gestati? Hoc indicat Imperfectus, sed nõ admitto. De Virginis Deiparæ effigie sub stellæ ambitu inclusa infra propriõ sonat Panegyricõ. Est enim, qui sub stellæ specie Deiparæ effigie Magis apparuisse seriat.

II.
Stelle
imagines.
Imperf.

Ex eo, quod Stella Magorum voluntati seruebat, bene arguitur Angelum fuisse.

(*)

12. Stella se se hominum voluntati accommodans, Angelus.
13. Angelus & stella componuntur.
14. Ex beneficio hominibus illato Angeli nomina accipiunt.
15. Angeli, imitar verbi Dei, omnibus omnia.
16. In morem Mannæ hominibus bonæ voluntati deseruiunt.

Angelus cultos stella se hominū re et accõ modus voluntati Ad Illud: *Vidim⁹ stellam.*

Theophylacti in præsentî rationem redditam, cur Angelus sit, quæ apparebat Stella, & enodabo, & illustrabo. *Quod (inquit) Angelica virtus fuerit Stella manifestum est ex eo, quod ad motum Magorum se mouerit, & ad quietem eorū quieuerit.* Sydus Mago-

12.
Theo.

Mago-

Magorum rectæ volûtati seruebat? Angelus Stella proculdubio est. Angelis enim nobis præficibus, & superioribus quasi innatum nostræ bonæ voluntati se se accommodare, nobis præstare obsequium.

13.

Nec absurdum est (loquor cū Valeriano) Angelos per Stellas intelligi, qui Stellarum præfices habeantur. In Moseos etiã traditionibus, ut summi viri locum interpretantur, per Stellas Angeli significabantur. Quod si de nostra Magorum Stella sermo texatur, Angeli refert conditiones. Apparuit Stella?

Gen. 16
18.19.28

Quid Angelis magis æsonum, quam viris, ac tæminis, apparere? I estor Agar Sarai ancillam. Gen. 16. Abraham. Gen. 18. Loth. Gen. 19. Iacobum. Gen. 28. Balaam. Israehtas, parentem Sanfonis vtrumque, Gedeonem, Dauidem, Tobiam, Danielem, Ifaiam, Machabhæos, Deiparam, Iosephum, Zachariam. Magos Stella ad gloriam Deo impertiendã inuitant?

Psal. 9.
Ifais. 6.

Angeli homines & ad dandam Deo gloriam inuitant. Psal. 9. & Deo gloriam impendunt. Ifais. 6. Stella pro lingua radijs vtebatur ad Gentilium doctrinam: Angelis à Paulo linguæ tribuuntur. 1. Cor. 13. Reges Stella adduxit ad præsepium? Angelus pastorum ad Iesu cunabulaductor. Lu.

1. Cor.
13.

Luc. 2.

2. Quid plura? Quotiens videris aliquod spirituale lumen Stellæ Magorum in morem humanis obsequijs mancipari, seu peccatores à tenebris vitiorum reuocando, seu ad salutarẽ viam dirigendo, seu erronem infrãnando, seu cœlestia renunciando mysteria: Angelus proculdubio est. Ad hæc appositè D. Greg. *Unusquisque,*

Greg.
hom. 6.
in Euan.

si à prauitate proximum reuocet, si exortari ad bene operandum curat, si æternum Regnum erranti denunciat, cum verba

sancta annunciationis impendit, profecto Angelus extitit. Profecto Stella tibi est, quæ Magos à gentilica reuocauit prauitate, æternum Regnum denunciat errantibus.

15.

Quid si Angeli, Archangeli, Seraphim ipso nomine ex respectu ad hominum obsequia idsigniantur: Idem Gregor. *Qui parua capiunt, sed hæc eadem annunciare hominibus nõ desistunt, isti in Angelorum numerum currunt. Qui secretorum cœlestium summa capere prævalent, & nunciare, isti in Archangelorum numerum deputantur. Qui amando ardent, & loquendo alios accendunt, isti Seraphim dicuntur. Ac si nomine Angelorum, Archangelorum, & Seraphinorum homines donentur non tam quia bona participant, aut arcana sũma capiunt, aut ardent amore; quam quia & annũciant hominibus, & eos curant inflammare.*

Greg. ci
ra.

Factum est vespere & mane dies 16.

Unus. Gen. 1. Vbi Rupert. diem primum exponit Verbum Dei & naturam Angelicam. Obijcit autem huic interpretationi. Verbum est dies primus. Si Verbum est primus dies, ergo hic idem dies, id est natura Angelica erit secundus. Respondet nequaquam Angelos die secundo designari: sed primo, quo etiam Verbum Dei exprimitur. Quia Angeli & Verbum Dei penes nostram vtilitatẽ verlantur. Angeli igitur Dei Verbum emulantur; quia verbum Dei idem, quod Manna omnis parens dulcedinis, & suauitatis, iuxta hominum bonam voluntatem, cui quidem Angeli subijciuntur.

Gen. 1.
Ruper.
apud Li
po.

Verbum est dies primus. Si Verbum est primus dies, ergo hic idem dies, id est natura Angelica erit secundus. Respondet nequaquam Angelos die secundo designari: sed primo, quo etiam Verbum Dei exprimitur. Quia Angeli & Verbum Dei penes nostram vtilitatẽ verlantur. Angeli igitur Dei Verbum emulantur; quia verbum Dei idem, quod Manna omnis parens dulcedinis, & suauitatis, iuxta hominum bonam voluntatem, cui quidem Angeli subijciuntur.

Confirmo excogitationem meam pulchro Dauidis testimonio. *Panem Angelorum manducauit homo. Psal. 77. Cur Mâná panis Angelorum appellatur?*

17.

Psal. 77.

latur? Num quia illorum opera cōfectum, ac dimissum? Sic Lyranus. Num quia de cœlo, Angelorum patria, descendere videbatur? Nū quia vires in tegras, ac sanitatem conferuabat, qua in re similes Hebræi Angelis videbantur? Num quia sine hominum labore, quomodo Angeli non laborāt circa spirituales cibum illum, de quo Raphael. Tob. 12? Num quia tam delicatus cibus, ut si vesci Angelis liceret, non alio vescerentur? Ita Doctores. Adde cōuenientius ad argumentum ideo vocari Manna panem Angelorum, quia sicut Manna hominum voluntati seruebat, haud aliter Angeli iustorum parent voluntati. Vnde Sapiens. *Angelorum esca nutriti sunt populum tuum, & paratum panem de cœlo prestisti illis sine labore, omne delictamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem: & deseruiens vniuscuiusq; voluntati.* Quia scilicet Manna Angelorum ministratium, ac seruientium bonæ hominū voluntati naturam referebat, Angelorum panis appellatur.

¶ *Stellæ apparitio.*

18. **V**idimus Stellam. Num ipsa Dominici ortus nocte, an multo antè, ut lōgū iter postulabat? Multo antè apparuisse Chriſ. sentit. *Quia Magi plurimum erant itineris longinquitate remorandi, ut possent mox nato puero assistere antè multum tempus Stella se demonstrat.* Si enim quando Puer natus est in Palestina, tunc eis Stella apparuisset in Perside, plurimum in itinere tempus infuentes, nequaquam Iesum in pannis potuissent inuenire. Biennio autem antè natiuitatem ap-

paruuisse affirmat Niceph. *Stella duos antè annos, quam Christus natus esset, exorta apparuit.* Item. *Duobus ante natiuitatem annis se in viam Magi dedere, & in Bethlehem venere, cum adhuc in praesepti saceret Christus.* Eadē Aug.

Niceph. L. I. c. 13

Attamen qui affirmavi Magos ex propinquis profectos, semper credidi Stellam ipsa Christi orti nocte à Magis conspectam. Erat enim signum non nascituri, sed iam Regis nati. Vnde quærunť *Vbi est, qui natus est Rex?* Reddentes autem huiusce dil-

19. Nego Stellam ante biennium ap paruuisse

quisitionis rationem, adiiciunt. *Vidimus enim Stellam eius, id est, Stellā, quæ eius indicat natiuitatem; ideo iam natū requirimus.* D. Anselmus. *A die natiuitatis creditur Stella tantum apparuisse.* Quem omnes ferè sequuntur recentiores. Obijcitur ab Augustino Matthæi locus. *In cœlo videre Magi ignotissimam Stella n antè ferme biennium, sicut Herodi patefecerunt; unde à bimatu & infra occidit infantes, secundum tempus, quod exquisierat à Magis.* Respondeo cum Chrysostomo Herodē pro abundantia cautionis ætatis infantilis tempus protulisse.

Ansel.

August. ser. 7. de Epi.

Chryſ. hom. 7.

In Oriente. Duplicem sensum sententia admittit. Primus est. Nos in Oriente constituti, vidimus ex ipso Oriente Stellam supra Iudæam exortam. Alter. *Vidimus Stellam ortā in ipso Oriente, id est supra Patriam nostram Orientalem.* Affirmat Procopius supra Iudæam Stellam à Magis conspectam. Eiusdem sententiæ Haymo fatur. *Vidimus Stellam eius in Oriente, hoc est, nos in Oriente positi, vidimus Stellam in Occidente contra Ierosolymam.*

20. An in Oriente apparuit, vel ex Oriente visa Stella?

Haym.

Vero similis tamen est Stellam in ipsa Magorum Regione fuisse conspectam. *Vidimus Stellam eius in Oriente,*

21. Auctoris expositio.

te, fulgentem videlicet. Si enim supra Iudæam vidissent Stellam, dixissent potius Iudæis: *Vidimus Stellam eius supra Iudæam exortam.* Præterea illo nitor præcipue testimonio, *Ecce Stella, quam viderant in Oriente, antequam debeat eos.* Potius hic, me iudice, dixisset, *Quam viderant ex Oriente, cum iam essent in Iudæa constituti; si supra Iudæam conspecta Stella fuisset.*

¶ *Num Stella toto in itinere conspecta: Illius occubitus.*

22.
Negās.

ET *venimus.* Num Stella præeunte? Negat præiuisse toto itinere Haymo, quoniam supra Iudæam, non in Oriente apparuisse arbitratur. Huc sequuntur Ilidorus Clarius, Caietanus, & Iansenius. Probatum primo. *Vidimus* (inquiunt Magi) *Stellam eius in Oriente.* Si Stella præiisset, dixissent potius, *Dux nobis itineris fuit Stella eius,* quam equidem post toto itinere non viderunt. Secundo. Si columnam Deus Israelitis viæ ductricem cõcessit, necessaria profus fuit ijs, qui ignoto tramite gradiebatur. Via autem in Iudæam satis his nota erat ac trita, qui acceperant à Balaam Christum in Iudæa nasciturum. Tertio. Matthæus, *Stella, quam viderant in Oriente,* videlicet in Oriente solū.

23.
Affirmans.

Chryl.

Affirmat autem D. Chrysostr. *Usque ad Palestinam venientibus Magis, quasi dux itineris semper apparuit Stella. Cum vero Ierosolymam introissent, se se rursus abscondit; deinde, iterum Herode relicto, se illis monstravit. Cum eos oporteret pergere, etiam ipsa pergebat; cum vero standum esset, stabat; sicut illa in eremo columna nubis.* Idem sentiunt. D. Chrysol. Leo, Euthy. Theo

ph. D. Thom. Simon de Cas. Lyrant. Abulen. Hæc sunt huiusce sententiæ fundamenta. Stella Magos ab Ierosolyma Bethlechem vsque præcessit, uti asserit Euangelista. Verisimiliter ergo ab Oriente vsque Ierosolymam præcessit, ibique per aliquod temporis interstitium disparuit, ut in metropoli Iudææ Christi exortus à Magis nunciaretur. Deinde, Stella, postquam à Magis est in Oriente conspecta, vel esse desijt, vel in aere per mansit. Non desijt; nam alioquin duæ Stellæ Magis apparuissent, altera quidem in Oriente, quæ evanuerit; altera, quæ postea facta illos duxerit ad præsepium. Permansit ergo Altum in eo emispherio, in quo Magi commorabantur, atque adeo ab eis semper visum, & vsque in Iudæam progressum credibile est.

Propensior sum in sententiã priorẽ, licet alteram probabilem putẽ, cuius duplici fundamento facile respondeo. Vni. Non utroque præiuit itinere, quoniam iter ab Oriente in Iudæam notum erat Magis; iter vero in præsepe Christi & Magis, & omnibus Iudæis ignotum. Vnde opus Stella fuit, quæ iter, præsepe quæ ipsū demonstraret. Alteri. Haud sydus disparuit, postquam in Oriente est conspectū; sed vaporibus, seu nubibus fuit obtectum, quæ vsque iterū post recessum ab Herode Regibus apparuit.

Circa occubitum denique Stellæ nouissimum Haymo. *Stella postquam Magos ad Dominum duxit, desijt coram viri ab hominibus, Gregorius Turonensis dicit, quod ceciderit in quendam puteum Bethlechem, ubi potest modo videri ab eis, qui virgines sunt in fundo putei illius. Invenit illuc tres homines rursus, virgo, duo viri*

24.
Auctoris iudicium.

81

25.
An in puteo nunc Stella conspicitur à virginibus.

duo viri

Abul.
q. 16.

duo non virgines. Qui virgo erat, vidit Stellam, reliqui non viderunt. Friuolū prorsus & sine fundamento. Cū Abulenti igitur sentio Stellam suo officio peracto, in præiacentem materiam rediisse.

Stella Magorum nunc spiritua-
liter videtur ab ijs, qui virgini-
tatem colunt.

(*)

26. Natiuitatis Christi fulgor virginibus inno-
tescit.
27. Abraham, pater, Stellam natiuitatis Iesu
non videt; virgo, intuetur.
28. Virgines Deum terrena in mortalitate me-
ditantur.
29. Iosephus virginiratis cultor, vt natiuitatis
Iesu mytheria penetraret.

26. **E**Nim vero si non placeat Haymo-
nis historia de Stella in puteo cō-
morante, arridet doctrina. Expendo
illam clausulam: *Qui virgo erat, vi-
dit Stellā.* Lux enim natiuitatis Chri-
sti ijs innocescit, qui colunt puri-
tatem.

27. **D**eus olim Abræ. *Suspice cælum, &
numera Stellas, si potes. Et dixit ei: Sic
erit semen tuum.* Gen. 15. Quidnam in
Stellis designatur? Anselm. *Populus
Christianus.* Lyran. *Prædestinati.* Alij
cōuenientius, *Christus.* Ac si diceret,
Respice, si potes, Dominicę natiui-
tatis luminare. Sic enim erit semen
tuum. Sic Christus ex te in morem
Stellę fulgentissimæ exorietur. Cur
adijcitur: *Si potes?* Mystice expono.
Num poterat Abram pater Stellę ful-
gorem aspicere, quem solus virgo
potest penetrare? Ideo rursus post
quam filium Deo obtulit in holocau-
stum affectu equidem quemcumque

vincenti effectum, sic Deus. *Quia fe-
cisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo
vniogenito propter me, benedicam tibi, &
multiplicabo semen tuum sicut Stellas cœ-
li.* Gen. 22. Iam datur Abrahæ pos-
se Stellas numerare, hoc est, Domini
cæ ex se natiuitatis intueri mysteriū.
Quia videlicet mysticam exhibet vir-
ginitatem, sicuti exponit D. Hierony-
mus fatus. *Humani contemptor seminis,
pater vocatur Astroꝝ.* En Stellæ seu
fulgoris natiuitatis Christi particeps
fit virginiratis cultor, secus parens
vniogeniti.

De mysticis Eunuchis sic Domi-
nus. *Sunt Eunuchi, qui se ipsos castra-
uerunt propter Regnum cælorum.* Ma. 19. *Super quem locum August. Qui se
ipsum non in corpore, sed in ipsa concupis-
centia radice castrantes; (nempe virgi-
nes) cælestem vitam in terrena morta-
litate meditantur.* Vitam hęc cœlestem
eternam, & temporariam Christi na-
tiuitatem Stellam vtique fulgentif-
simam interpretor. Egregie Hierony-
mus, *Talem fuisse Eunuchum, quem Ie-
sus amauit plurimum Euangelistā Ioan-
nem Ecclesiastica tradunt historia, qui in
secrēta se natiuitatis immergēs, ausus est
dicere, quod cuncta sacula nesciebant: In
principio erat Verbum: & Verbum ca-
ro factum est.* Neque enim tam fulgē-
tis Stellæ fulgorem fortē non virgo
assequeretur.

Ad illud: *Missus est Angelus Ga-
briel ad Virginē desponsatam viro. Do-
ctores Iosephi hęc virginiratis viri-
le propositum innui affirmant. Que-
ris, cur Iosephus fuerit virginiratis
cultor? Mitto plures causas. Illam v-
nam amplector: vt videlicet dignē
natiuitatis Dominicę, Iesu nempe in
præseprio constituti mysteria contem-
plaretur, & penetraret.* Non ne Ma-

Hieron:
de vera
Circun.

28.

Mat. 19.
August.
de Sæc.
Virgini-
c. 24.

Hieron.

29.

ia & Ioseph mirantes erant super Pueruli ex orientis cunabula: Confirmitur ex cogitationem hanc D. Petri Damiani sententia. *Num quid ignoras (ait) Dei Filium adeo carnis elegisse munditiam, ut ne quidem de puauitia coniugali, sed de clausula potius incarnatus sit virginali. Et ne hoc sufficere videatur, ut tantummodo Virgo sit Mater: Ecclesia fides est, ut Virgo fuerit & is, qui simulatus est Pater. Receptor igitur noster tantopere dilexit floridi pudoris integritatem, ut non modo de virgineo utero nasceretur; sed etiam à virgineo nutritio tractaretur, & hoc cum adhuc paruulus vagiret in curis. Noluit etenim Deus natiuitatis mysterium euolui, & tractari nisi à virginibus, queis tantus fulgor solis manifestatur. * Conspiciens Isocrates Iphoclem sequi puellam forma illius captum. Oportet (ait) ó Sophocles, hem, nem nō manus tantum apud se continere; verum & oculos, qui Astorum fulgore oblectandi sunt. Quasi non valeant oculi, post cœcum è libidine aspectum, fulgentium luminarium (quid cœlestium mysteriorum) oblectatione frui.*

¶ Cur eius Stella dicatur?

30. **V**idimus Stellam eius. Num Christus natus sub Stellarum Dominio? Absit. Illa namque Stella (cum August. loquor) quam viderunt Magi. Christo secundum carnem nato, non ad decretum dominabatur; sed ad testimonium famulabatur. Non ideo Christus natus est, quia illa extitit; sed ideo illa extitit, quia Christus natus est. Ipse quippe illi, non illa huic nascendi attulit causam. Et Chrysolog. Vidimus (inquit) Stellam eius. Et quid non eius? Stella eius est,

Petrus
D. amia.
P. ul. 17

non ille Stella.

Quare igitur eius Stella nuncupatur cum omnes eius Stellæ sint? Si- mon Casian. Quia eius gerebat imaginem, Non placet. Ideo specialiter hanc Stellam eius dici existimo, quia specialiter facta, ut Christi proferret aduentum. Bene eius (ait D. Maximus) dicitur Stella, quia quamuis omnes ab eodem creata Stella ipsius sunt: hac tamen proprie Christi erat, quæ specialiter eius nunciabat aduentum. Et cetera quidem facta sunt Stella, ut mundi istius tempora, cursusque distinguerent; hac vero prodire iussa est, ut ipsum mundi Dominum, & Regni cœlestis adesse tempus ostenderet.

Hinc exoritur difficultas. Nū pre- cisse ex aspectu Stellæ exurgētis dignouerunt Magi Christi Stellam esse eius natiuitatem protendentem? Respondet Magos adductos, uti Stellam hanc Christi esse natiuitatis nunciem cognoscerent ex Balaam prophetia; sed præcipue ex interiori diuinæ reuelationis testimonio. Dedit (inquit D. Leo.) aspicientibus intellectum, qui præstitit signum; & quod fecit intelligi, facit inquiri. Et alibi. Commouet Magos, remotioris Orientis habitatores Stellis ceteris Stella fulgentior; & de mirandi luminis claritate magnitudinem significationis intelligunt. Agente hoc sine dubio in eorum coratibus reuelatione diuina; ut eos tanta visionis mysterium non lateret; & quod oculis ostendebatur, insolitis animo non esset obscurum. Adhæret Aug.

31.
Aucto-
ris mens

Maxim.
hom. 4.
de Epi.

32.
An indi-
guerint
reuelatione
præter
Stellæ
apparitionem

Leo. ser-
mo. 1. &
3. Epiph

¶ Cur Dominicam Natiuitatem Magi per Stellam edocentur.

Non missus fuit Angelus, (sicuti sentit August.) ne Magi Angeli boni

August.

OBSERVATIO I.

MORALIS PANEGRICA
CIRCA LITTERAM.

Per Stellam Magi docentur, vt
ex eorum mundiali exercitio &
sermone salutaria cœlestis Ma-
gister eliceret docu-
menta.

Ex mun-
diali ser-
mone sa-
lutaria
ipsi lo-
quenti
documē-
ta elici-
as.

Ad
Illud
Vidi-
mus
Stellam.

boni admonitionē inter fallacia De-
monum oracula computarent. Ne-
que missus aliquis perspicuæ virtu-
tis vir, qui gentilibus euangelizaret
natalitia, sicut missi Apostoli postea
mytheria fidei prolaturi: quia *Genti-
bus Christum* (loquor cū magno Gre-
gorio) *cum perfectæ esset ætatis, Aposto-
li predicauerunt: eum paruulum, & nec
dum per humani oris officium loquentem
Stella gentibus denunciât. Quia nimirum
rationis ordo poscebat, & loquentem
iam Dominum loquentes nobis predica-
tores, & nec dum loquentem elementa
muta predicarent. Proh cunabulorum
Christi mytheria muto stupore ve-
neranda! Quam appositè Deipara,
conseruabat omnia verba hac conferens
in corde suo!*

Grego.

34. Monentur igitur Magi per Stel-
lam: quia (vti D. Thomas affirmat)
id & Deo, & Magis, & omnibus con-
ueniebat. Deo equidem & homini
Christo manifestando, quia Rex Stel-
larum est, vnde *cœli enarrant gloriam
Dei*: Magis, quia gentilium multipli-
cationem & fidem sub Stellarum me-
taphora Abrahæ fuerat promissa: om-
nibus denique, quoniam qui creator
est omnium, *omnium Saluator est*: ideo
per Stellam, quod quidem munus in-
ter generalia & communia computa-
tur munera voluit apparere.

35.

Et venimus adorare eum. Num hæc
sola (vti impiè Calvin.) vrbauitatis
adoratio? Haud certe in stabulo ado-
rarent iacentem, si purum hominem
cogitarent. Non solum non quæri-
mus ad iniuriam (cum Simone de
Casi. loquor) sed vt Deum adora-
re accedimus. Frustrà Deus tam inu-
sitato Magos miraculo ò Caluine, do-
cuisset, vt solum hominem, non etiã
Deum adorarent.

36. Accommodate ad eorum scientiã Magos
voluit Deus erudire. Sic spiritualis vir
seculares edoceat.
37. Stella tuit veritatis nuncia ijs, qui Stellarũ
errantium morem sequebantur.
38. Prava Stellarum via Magorum hodie ve-
nit ad restitutum.
39. Ex altari idololatriæ Stella mysticè ad præ-
sepium defertur.
40. Non Deus idololatriæ fulcrum apponit,
sed fidei sustentaculum, Stellam Magis
offerendo.

Duplicem attextam rationem, cur
per Stellam Magi Iesu natalitiũ
edocerentur? Vna est D. Greg. fan-
tis. *Vt qui in Stellarum obseruatione ver-
sabantur, ex Stellis Christum cognosce-
rent.* Sequentes Stellarum ducatum
ab itinere cœlesti longe aberat? Ter-
minus igitur illius viæ factus est veri
itineris inchoatio. Ediscant hinc qui
saluti proximorum incumbunt, non
esse vulgaris prudentiæ ex ipso mun-
diali sermone (quo fabrilis fabri)
salutaria elicere documēta. Id quod
D. Ignatius meus optimus parens
prudētissimè prestabat. Nobilita-
tis quis tibi obijcit, non sine vani-
tatis scrupulo, stemmata? Tunc spi-
ritualis vir, Proh (clamet) & diui-
tum, & pauperum; & nobilium & ig-
nobilium commune sepulchrũ! Me-
minit ille voluptatis, quã vix magnis
exanthlatis laboribus, est assecutus!

36.

Grego.

Proh (pergat hic) difficilis perditionis via.

37. Deus ad Abram, *Suspice caelum, & numera Stellas, si potes. Et dixit ei: sic erit semen tuum.* Genes. 23. Christus videlicet primogenitus in multis fratribus. Quærit D. Thom. Cur Magis Iesus Stellæ indicio præsentatur? & respondet. *Voluit ostendi indicio Stellæ, quia congruebat ijs, quibus demonstrabatur scilicet gentilibus, quorum vocatio promissa fuit Abra in similitudine Stellarum.* Quia igitur Magi Stellarum errantium morè sequebantur, Stella fuit veritatis administra profertenda.

38. Prava itaque Stellarum, queis Magi præstabant obsequium, via venit ad rectitudinem. Præcursor inclamabat. *Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Erunt prava in directa & aspera in vias planas, & videbit omnis caro salutare Dei.* Luc. 3. Vbi Gregorius. *Prava sunt directa cum detorta corda ad iustitiam regulam diriguntur. Detorti plane gentiles Stellas sequentes? Stella facit deuiare, Stella eos duxit ad viam. Ego (ait Iesus) sum via. Et videbit omnis caro (Interl. Indens, & Gentilis) salutare Dei.* Recte itaque semitæ fiunt, dum ex errore, salutare elicio documentum, ad sæcularium doctrinam; dū ex vanitate (ver. gra.) illos excito ad virtutis studium: ex profano amore ad diuini affectus moueo voluptatem; & dum, (vt vulgari ter ex doctrina D. Ignatij mei Parentis explicem) *Entre con la suya, para salir con la de Dios.*

39. Ex cœlesti præscriptione parantur forcipes, & ignium receptacula. Exo. 27. Beda. & forcipibus & ignium receptaculis prædicatores designari affirmat. Quid cum receptaculis ignium prædicatori? *Ad hoc* (inquit ille)

facta sunt ignium receptacula, vt per hæc ignis ab altare holocausti ad altare thymiamatis deferretur. Quæ & ipsa figuræ tenent doctorum, qui ignem de altari ad altare deferunt. Cor tuū efficitur Veneris altare, vbi exitialis ignis accenditur? Trasferat consiliorius, seu doctor ignem ab altari in altare, dū affectus igne sacri altaris acceditur, & veras iam voluptates amat, qui falsa dilexerat illectamenta. Sic cœlestis Pater ex altare idololatriæ Stellam detulit ad præsepium, altare scilicet absconditæ in carne Deitatis.

Nū Deus fulchrum idololatriæ apponit, dū Planetarum adoratoribus, Signorūq; cultoribus Stellam offert dūctricem itineris, noui Regni indicem, cœlestis doctrinæ magistrā. Profecto panum propositionis mēta quasi cœlum referebat duodecim signis siue stellis ornatum, autore Iosepho. Non ne Gentilitas filiorum pane reficienda ibi exprimebatur? Attende. *Parabis (inquit Deus) phialas, & scyathos, in quibus offerenda sunt libamina ex auro & pones super mensam panes propositionis.* Exo. 25. Adhunc locum D. Greg. *Quid per phialas & scyathos nisi mensura prædicationis accipitur, vt singulis iuxta capacitatem ingenij conferatur.* Gentilibus igitur in mensa propositionis designatis pane vtrique filiorū reficiendis iuxta eorum ingenium salutaris doctrina offertur. Porro scyathus ab Hebræo Nachach, à quo *Me nachio*, idem est, quod *furca*. *Oleaster, Quidam scyathos furculas esse dixerunt, quæ stabant in terra, & supra mensam eleuabantur, ad suscitandam calamos, ne pondere panum frangerentur.* Scyathus itaque siue furcula ostem signorum seu Stellarum fulcit, ne cadat. Quonam modo ergo poterit men-

suram

40.

Exo. 25.

Grego.

suram prædicationis, ac doctrinæ salutaris exprimeret? Profecto non fulchrum adhibetur idololatriæ, vt per sissat; sed vt panis fidei ab huiusmodi mensa minime excidat. Iuxta gentilium ingenium Stella mensæ furcula adhibetur, non vt stellis, sed vt panibus fulchrum adiiciat. Quia licet primo aspectu furculas adiungere videantur sæculari studio, iuxta proximorum ingenium prudentissimè adhibent fidei ac virtutis stabilitamentum.

ro, quia irrationabiles erant, & ratione uti nesciebant, ideo non per Angelum, sed per Stellam ad adorandum Dominum perducti sunt. Veritatis etenim doctrina debet audientium capacitati accommodari. Quid Angelo cum gentilibus idololatriæ tenebris obsecatis? Quid Stelle cum Iudæis Dei veri cultoribus? Rusticitate igitur laborantes scincera doctrine serie informare cura, altiora doctis arcana reseruans.

Expendo rursus proximum Exo. 42. di testimonium. Parabis phialas, & Exo. 25.

scyathos, in quibus offerenda sunt libamina. Cap. 25. Phiala ore patulo, scyathus ore est angustiore. D. Greg. De Greg. *bet subtiliter qui docet prospicere, ne plus studeat, quam ab auditore capitur, predicare. In phialis larga predicatio, in scyathis minima, & tenuis significatur. Alius enim doctrina veritatis plenus auditoras inebriat, & quasi phialam porrigit; alius explere, quod sentit, non valet, sed etiam, quia ut cum que denunciat, per scyathum gustum præbet. Illa initio huiusce testimonij appositè particula apposita nõ cadat sine pondere: Debet subtiliter, qui docet, prospicere. Propriè enim subtilitatis exhibet documentum ille, qui noscit quando nam vti subtilitate oporteat, quando nam sit à subtilitatibus abstinendum. Nõ semper subtilis, qui subtilitates profert auditoribus; sed qui iuxta illorum capacitatem doctrinam mensurat.*

OBSERVATIO II.

Magi docentur per Stellam, vt veritatis doctrina audientium capacitati accommodaretur.

- 41. Rationabiles Iudæi per Angelum, irrationabiles gentiles per irrationabile signum edocti.
- 42. Subtilitas concionatoris ostenditur, dum iuxta audientium captum doctrinam proportionat.
- 43. Prudens minister, qui triticum doctrinæ mensurabile præstat.
- 44. Galli prædicatoris intelligentia vt altos, aut subtiles cantus oportunos emittat.
- 45. Sapienter Moses populo incapaci abscondit arcana.
- 46. Doctor sapiens agricola, vt cognoscat quoniam beneficio indigeat hereditas.
- 47. Ideo Paulus sapientissimus, prædicabat, haud vnda sacra diluebat.

Prudentis concionatoris prædicatio iuxta capacitatem auditorum.

Ad Illud Vidi-mus Stellam.

41. Haym. hic. **R**atio altera ab Haymone traditur requirente, *Quare pastores Angelus ad cunabula Christi perduxit, & Magos non Angelus, sed Stella? Huic (inquit) questioni respondendum est, quia Iudæi rationabiles erant, & ratione uti nouerant, & ideo pastoribus tanquam fidelibus Angelus apparuit; Gentiles ve-*

Vnde Dominus, *Quis putas est fidelis seruus, & prudens, vt det illis in tempore tristici mensuram.* Lucæ 7. Tota prudentia; hic haud statuitur in frumenti seu doctrinæ exhibitione: sed in mensuratione; vt iuxta auditorum capacitatem impendatur. Gregorius, *Per mensuram (ait) tristici exprimitur modus verbi: ne erit angusto*

cordi incapabile aliquid tribuitur, extra fundatur. Modum huiusmodi edocet prudentia, verbi præconi maxime sicut fidelitas necessaria; ideo ipsi fidelitati prudentiam copulauit. *Fidelis seruus, & prudens.*

44. Apprimè Iob dicitur. *Quis dedit gallo intelligentiam?* Cap. 38. Aptius diceret. *Quis dedit gallo instinctum?* Certe id, quod in præsentia laudatur in gallo, potius videtur ad rationabilis prudentiam, quam ad irrationabilis instinctum pertinere. In cuius expositionem præmito D. Gregorij sententiam. *Galus profundis vobis horis noctis altos edere cantus solet; cum vero matutinum iam tempus in proximo est, minutas ac tenues voces format. Ac si diceret. In tenebrarum conspectu rudiminerba cantat, coram luce subtili utitur modulo. Qui rectè (trāsferat ad prædicatorem Pater) prædicat obscuris adhuc cordibus aperta clamat, nihil de mysterijs occultis indicat; ut tunc subtiliora quæque de cælestibus audiât, eum luci veritatis appropinquant.* En galli intelligentia cognoscere, queisnam mysterijs capaces sint auditores, quænam sint silentio prætereunda?
45. Non ne sapientissimus Mōyses dū legislatoris munus obit, subtilia arcana populo abscondit incapaci? *Impletis sermonibus, posuit velamen super faciem suam.* Exo. 34. Non omnes tantum sunt capaces fulgoris. Vnde Grego. adhuc, *Moyse* (inquit) *à secreto Dei exiens, coruscantem coram populo faciem velat; quia nimirum turbis claritatis interna arcana non indicat.*
46. Hinc cognosco cur Plinius seminatoris, seu agricolæ artem & peritiam extulit. Quid bono agricola sapientius? *Exijt* (inquit Iesus) *qui seminat, seminare semen suum.* Luc. 8. Vbi

Theoph. illam reduplicationem ad Theoph. notat: *Exijt qui seminat, seminare.* Si seminat, quare adiicitur ad seminandum exijisse? Respondet. *Sape egreditur agricola, scilicet propter alia, non solum ut seminet.* Sæpe Euāgelico seminatore egrediendum est, non ut semper semina spargat, sed vel ut terram euoluat a ratro, vel ut sterus immittat novalibus, vel ut tribulos & spinas omnino abieget. Haud semper eiusdem operationis capax hæreditas, id quod nõ vulgarem agricolæ peritiã requirit.

Propterea D. Paulus, *Non misit me* (inquit) *Christus baptizare, sed euangelizare.* 1. Cor. 1. Ac si diceret. Baptizandi munus facile profus. A baptizandi munere abstineo ab indoctis facillimè exercendo. Dum cœlesti donatus sapientia, ac mysteriorum cœlestium sub axe cœlesti imbutus subtilitate, proferendi verbi inueneri in cūbo, maximam sapientiam requiriti, uti iuxta capacitatem auditorum doctrina proferatur. Allicio ad hanc mentem D. Ansel. *Quia & minores possunt baptizare, qui sapientiam non habent, ideo non baptizare missus est Paulus.*

47.
1. Cor. 1.

Ansel.

OBSERVATIO. III.

Stella Magorum Spiritus sancti umbra.

Spiritus sancti mirabiles effectus. Ad illud:

48. Magorum Stella cum Spiritu sancto componitur.
49. Spiritus sancti Stella Magos lumine asperfit.
50. Conscios incredulitatis effecit.
51. Docuit se te veteri homine spoliare.
52. Ad fidei unitatem adduxit.
53. Animos illis addidit.

Vidimus Stellam.

Luc. 8. **E**X Augustino inuimus Spiritum sanctum Magis sub Stellæ specie appa-

48.
August.

apparuisse. Quam sententiam licet à littera reiecerimus, sub Spiritu tamē & amplectimur, & illustramus. Stelle illius effectus tranfero ad Paraclētum.

49. In primis equidem Stella Spiritus sancti Magos lumine asperfit. Et Spiritus Domini ferebatur super aquas.

Gene. 1. Gene. 1. Vt non solum terra Iudeorum, sed gentilium aqua Spiritus sancti acciperet splendorem, Theodor.

Auguft. Spiritus Dei ferebatur super aquas, id est illustrabat omnia. Siue (autore Augustino) sicut superfertur lux ista Solis his corporibus quæ illuminat in terra. Ferebatur itaque Spiritus sanctus super aquas gentilium, vt illas cœlesti lumine viuificaret.

50. Deindē tanti luminaris fulgor Magos pristinæ miseræ incredulitatis conscios efecit. Nec enim quis Spiritus sancti donatur lumine, quin simul proprię miseræ incognitionem adducatur.

Isai. 6. Isaias gloriæ Spiritus sancti attingit fulgorem, canentibus cœlicolis, Sanctus, Sanctus, Sanctus.

Ansel. Siue (interprete Ansel.) Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Et commota sunt superluminaria cardinum à voce clamantis Spiritus sancti. Cap. 6. Ac si huiusmodi vox, fulgor, & gloria Spiritu sanctum haberet auctore. Mox

Propheta. *Ue mihi, quia tacui; quia vir pollutus labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito.* Ad gentiles transfert Ansel. Quasi gentilitatis primitiæ Magi videlicet, in-

Nazi. Nazian. Isaias priusquam Domini gloriæ conspexisset, nihil huiusmodi loquitur: postea quam verò vocem illam san-

ctam (Spiritus sancti videlicet vti ex Anselmo vidimus) auribus & surpauit; tunc demum velut se ipsum magis agnoscens, *Me miserum, inquit, quia compunctus sum. Nam quemadmodum Sol oculorum imbecillitatem prodat, eodem modo Deus anima morbū aduentu suo indicat.*

Præterea Magos huiusce luminaris splendor docuit se se veteri homine spoliare, vt nouo induerentur. Estote (inquit Discipulis Seruator) prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columba. Mat. 10. Vbi D. Hier.

Hiero. ty-pum columbæ expendens. Simplicitas (ait) columbarum ex Spiritus sancti specie commendatur. Cur serpentes in Spiritus sancti conspectu Dominus collocauit? Non ne vt gentilitatis in nouatæ innueretur effectus. Huc accedite o Magi, Qui quidem (cum Ambrosio loquor) velut boni serpentes de-

Ambros. positis carnis exuuijs, tentationem hyemalium rigore superato, & Spiritus sancti renouati gratia, a stua mundo luce fulserunt. Ad hæc, Magos Spiritus sancti Stellæ siue Solis fulgor ad veræ Ecclesiæ adduxit vnitatem. Olim Moyses fecit candelabrum ductile de auro mundissimo, fecit & lucernas septem. Exo. 37. D. Isido. (candelabrum) inquit) istud septem ramorum Spiritus sancti gerebat imaginem, qui septiformi gratia illustrat Ecclesiā omnem in vnitatem fidei consistentem.

Stella profecto hæc septem continet Stellæ, quas Dñs veluti totidem annulos gestat, septem siue omnium Ecclesiarum illuminatrices. Apoc. 1.

Addidit denique Magis Stella Spiritus sancti vires, vt Regem natū in Tyranni conspectu profiterentur. Non delitescunt nemorum errore, nō montium seu colliū fragminibus occultantur; sed Ierosolyma eos audiuit noui Regis præcones. Vndenam

huius-

huiusmodi effectus nisi à Spiritu sã-
cto; Huc refero Apostolorum à die
Pentecostes fortitudinem. D. Bernar-
dus. Venit (inquit) Spiritus super
Discipulos in linguis igneis, et verba
ignea loquerentur. Constantius modo præ-
dicant, quam deluescerent antè timidius.
Probat Petri exemplo. Mutationem
illam à dextera Excelsi manifestè declarat
Principis Apostolorum prius quidem in-
ter ancilla verba formido: postmodum in-
ter Principum verba fortitudo. Quando
non inter Principum terrores illius con-
quiescit animus, qui huius Stellæ lu-
mine perfunditur, igne crematur?

A. 2.
Bernar-
dus. t. in
Pent.

Deipa-
ræ erga
nos ma-
nifesta

- Ad 51. Stella maris Deipara.
52. x Balaam promissa
U. di. 55. Nauticantibus necessaria.
57. Inter fulgentium luminaria obtinet prin-
cipatum.
Scell. 58. Ab Stella Virginea generationis commu-
nis iniuriæ exulant.
59. Humilis & excelsa.
60. Magnæ alicui in morem similis Filio.
61. Sicut huiusce, sic illæ ubi patitur omne
malum, ut peccatoribus succurrat.

OBSERVATIO IV.

Stella Magorum Deipara.

54. PRæmitto si non sequendam haud
contemnendam sententiam illor-
um, qui affirmant Magos nauibus
mare transiisse, ut paucorum die-
rum itinere in Bethlehẽm recipe-
rent iuxta illud Dauidicum: Reges
Tharsis, (aliter naues) & Insule mune-
ra offerent. An non nauigio adduci
marinæ Stellæ secuti sunt ducatum,
Mariæ scilicet, cuius imago (si que il-
dam non mediocri autoritatis Do-
ctoribus credendum sit) inter lumi-
naris fulgores expressa Regibus Pue-
rum gestans in vlnis abijerebatur?

Huc respicit D. Petr. Dam. Erat (in-
quit) Stella in aere, Stella in terra, Sol
in præsepio. Stella in aere corpus illud lu-
cidum. Stella in terra Virgo Maria. Sol
in præsepio Christus Dominus. Maria
Stella maris dicitur, quia ipsa tanquam
sydus singulare refulsit in mundo, & cu-
ius splendor illuminat mundum. & ex se
radium illum emisit, qui illuminat omnẽ
hominem uerentem. Reges igitur ue-
nientes Iesum adoraturi, huiusce
Stellæ ducatum, siue Deiparæ interces-
sione ad tanti fulgoris participatio-
nem deuenere.

Damia.
hic.

Exptesserat Balaam Magorum pa-
rens, & magister sub Stellæ huiusce
ducatu eorum aduētum. Orietur Ste-
lla ex Iacob, & cõsurget virga de Israel.
Num. 24. Ad quem locum Galfri-
dus fatur. Quæ est Stella ortu ex Iacob,
nisi ea, quæ nobis nata est, Virgo Maria,
ex progenie Abrahæ clara ex stirpe Da-
uid, Stella prorsus magis re, quam nomi-
ne, cuius vita gloriosa lucẽ dedit saeculo?
Attendamus Syderis claritatem, ut ali-
quando calcamus intueri Solis quoque
splendorem, de quo in præsentem additur
prophetia secundum aliam litteram: Et
exurget homo ex Israel. Hæc potissimum
orientis Stella summa latetia, quia ex ea
homo natus est, de quo Propheta, Homo
natus est in ea.

55.

Nu. 24.
Gal. 1.

Lucas Deiparæ annunciationẽ ex
pendens. Et nomen (inquit) Virginitatis
Maria. Cap. 1. D. Epi. Beata Maria
non fortuito, aut solum phactis, sed diuina
dispensatione nomen accepit. Interpreta-
tur Stella Maris. Oportet vniuersos
Christicolas inter fluctus huius sæculi con-
fugere ad Mariam, quæ supremo rerum car-
dine Deo proxima est. Quod qui fecerit, no-
n iactabitur vanagloria, nec frange-
tur scopulis aduersorum, nec absorbetur
voragine voluptatum, sed prosperè

56.

Luc. 1.

Epiphania.
har. 78.

veniet ad quietis aeternae portum.

57. Profecto Albertus Mag. plures marinae obijcit Stellae proprietates Deiparae congruentes; vnam aut alteram expendam. Maris Stella omnium minorum Regina luminarium. Maria inter omnes Beatos principatum obtinet. *Et in capite eius corona Stellarum.* Apoca. 12. Omnes Stellae fulgentissimae ad imperij Mariani pertinent ditionem. Albert. *Una est proprietates illius Stella, quae est sita in summo poli respectu omnium: & beatissima Virgo est suprema omnium Sanctorum.*

Apo. 12.
Albert.
super
Missus.
c. 185.

58. Nescio quid virgineum in Stella marina licet contemplari, à qua omnis generationis exulat appellatio.

Matt. 1. Cur existimas Matthæum, qui per generationem duxerat Christi genealogiam, dicens: *Abraham genuit Isaac, Isaac genuit Jacob:* cum ad Iosephum peruenit, inquit, *Genuit Ioseph virum Mariae:* nullumque verbum generationem exprimens apposuit. Quia Maria Stella virginea, à qua omnes generationis communis exularunt iniurie; dum videlicet à peccato originis libera oritur; ideo & ipsa generationis compellatio longe à virginea Stella dimouetur. Id quod Albertus persecutus, ait. *Ista Stella maris numerum implet septenarium à Trionibus septem, qui est numerus virgineus. Quia, ut dicit Macrobius, omnes numeri infra decadem vel generant, vel generantur, praeter septenarium. Et cui magis hoc proprium, quam illi, quae nec secundum naturam genuit; nec genita fuit. Non equidem genuit secundum naturam; quia virgo concepit: non genita secundum naturam fuit; qui sine labe prima, à natura nostra iam ebibita, fuit concepta.*

Albert.
citat.

59. In cauda Stella illa vltima & su-

prema dicitur. Huc ades ð Virgo, humilis, & excelsa. Cum omnes Ecclesiae Procere sub solemnitate Pentecostes recenserentur, Deipara in nouissimo loco collocatur. *Vbi manebat* (inquit Lucas) *Petrus, & Ioanes: Iacobus, & Andreas: Hi omnes erant persuerantes unanimitate in oratione cum mulieribus, & Maria matre Iesu.* Aet. 1. *Cum Maria quidem vltima propter humilitatem, Matre Iesu. Propter maternitatis celsitudinem suprema. Sic Doctor ille. Stella maris est suprema & vltima in cauda; & quid est haec nisi illa, quae est suprema dignitate, & vltima humilitate?*

Aet. 1.

Alber.
vbis.

Ferrum trahere Stella haec dicitur, magnetis in morem. Non ne Mariae vis allicit peccatores? *Ferrum* (ait Albertus) *attrahit Stella illa, & beatissima Virgo per insitam sibi naturaliter misericordiam peccatores ad caelum trahit.* Inter magnetem & Stellam adnotanda se sedat differentia. Magnetes enim ad se, Stella ad caelum, ad patriam, ad portum pertrahit peccatores. Non ne Christus, magnetis instar, peccatores alliciens? *I estor Matthæum, quem praeteriens Iesus allexit ad se. Sequere* (inquit) *me: & secutus est eum.* Matt. 9. Vbi pulchre ad meum intentum Hieronymus. *Fulgur ipse, & maiestas Diuinitatis* (Stellae maris in morem) *ex primo ad se venientes trahere poterat. Si enim in magnete lapide haec vis esse dicitur, ut annulos sibi copulet: quanto magis Dominus rerum omnium ad se trahere poterat, quos volebat. Fulgor ipse trahit. Quid Stellae maris congruentius? Ad se igitur trahit Christus peccatores: at Stellae Marianae fulgor attrahit ad Christum. Adducentur Regi virgines post eam, ipsa dirigit, ipsa ducit, ipsa allicit,*

60.

Alber.
ibid.

Matt. 9.

Hieron.
apud

non ad se, sed ad Christum, sicuti Stella Magorum eos ad Iesu cunabula perduxit.

61. Profectio Stellæ huiusce situs circa Aquilonem. Quare? Non ne ab Aquilone panditur omne malū? Nō ne Diabolus in Aquilonari plaga collocat domicilium? Non ne olla succēsa, tartareus fornax ē conspectu Aquilonis, quando euigilans virgapeccatores deturbat in infernum? Ibi igitur Deipara, ubi possit peccatoribus succurrere. *Stella maris sita est* (loquor cum Albert.) *circa Aquilonem; & beatissima Virgo semper versa est ad peccatorem. Nam si Stella nautas dirigit: beatissima Virgo omnes naufragantes vniuersaliter ad portum salutis transmittit. Plura mitto.*

Iere. 1.

Alber.

per factus est; cum esset in Deitate sua diues, nostra fit pauper in carne: & habere capit Stellam vnam, totam qui fecit, habet, & continet creaturam. Quid igitur est, quod videtur a Magis, vti ad huiusmodi iter suspiendum, mouerentur? Verum Puer (Deo, vt vidimus, mysterium reuelante) Stellæ vnus possessor obijcitur. Paupertas itaque tibi Stella sit, de qua congruentius cum Comico proclames. Inopia honesta lucidior opibus improbis. Hæc enim animum aduocant in caliginē, illa autem Stellæ in morem præstat ducatum. Proh paupertatis voluntariæ vis ad Principes alliciendos, vt humile obsequium præstent, vt adorent!

Ex Gra. Comi.

Cecinit David hunc paupertatis voluntariæ triumphum. *Illuc ascenderunt Tribus Tribus Domini.* (Chryf.) *Sceptra, Sceptra, siue Reges.) ad confitendum nomini Domini. Plal. 121. siue ad confitendum Dominum, qui externa specie solum nomen nudum Regiæ potestatis præferre videbatur, in summa paupertate constitutus. Quenam igitur vis potuit Sceptra, Sceptra ad pauperculi pedes deturbare? Profecto paupertas Infantis. Proprijs non tenetur? Omnibus ergo dominatur. Vnde Chrysol. Non potest (ait) omnibus dominari, nisi is, qui proprijs non tenetur. Regibus proinde dominatur pauperculus Infans, qui nullis tenetur proprijs, natus in alienis.*

Plal. 121. Chryf.

Chrysol. Ier. 22.

64.

62. **M**istica præterea Magis adoraturis Christi illuxit Stella, nempe ineffabilis paupertas Saluatoris. Et enim Stella illa totum quodammodo facta est Iesu supelex, inclamantibus Regibus. *Vidimus Stellam eius.* Id quod adnotans D. Petr. Chrysol fatetur. *Et quid tamen est, quod videtur? Verè, sicut dixit Apostolus, cum esset diues pau-*

Chryf. Ier. 146.

Sedente diuite Matthæo in telonio, transiit Iesus, Stellæ instar, radijs illuminans cæcum. Cum transisset inde Iesus, vidit hominem sedentem in telonio Matthæum nomine, & ait illi: Sequere me. Et surgens, securus est eum. Mat. 9. Non stetit, sed pertransiit, vt Mat. 9. gēret et Stellæ pertransientis morē.

Quæ-

Religio
forum
pauper-
tas allit
cit sæcu-
lares.Ad
illud:Vidi-
mus

Stellam.

OBSERVATIO. V.

Stella Magorum Christi
paupertas.

62. Magi Iesum vnus Stellæ dominum requirunt.
63. Reges a paupertate edocti eū adorant, qui solū Domini nomē proferre videbatur.
64. Christi paupertas in morem Stellæ prædicitam traxit Matthæum.
65. Paupertas Iherosolymitanis Iesu Naaman fecit adoratorem.
66. Paupertas via ad Iesum ducens.
67. Columna nos ad Saluatorem referens.

Quænam itaque vis diuitem pecuniarum pondere pressum traxit, ad Iesum? Hugo Card. Fulgor (inquit) ipse trahere poterat. Et quisnâ hic fulgor Stellatus? A paupertate equidẽ exoriebatur. Id exprimit D. Pascha. fatus. *Nec ideo istum diuitem vocat, ut permaneat diues; sed ut, relictis omnibus, beatam amet paupertatem, & exemplum sequatur Preceptoris. Si quidẽ non solum incessu pedum, verum imitatione perfecta vite. Qua propter non alium ad immitandum, quam se proponit.*

65. Venit olim quidam ad Eliseũ Dux (pergit Nilus) Naaman Syrus, multa que munerâ secum attulit. Quid igitur Propheta? Num illi processit obuiam? Non processit. Ex 4. Reg. 5. Quæstioni committam, Quare, aduentante Principe, Propheta pauper haud processit, abuiam? Num quia terrenâ despicit potestatem, qui cœlestibus hæret? Num quia salutem perquirere diligenter oportet eum, qui se proficitur ægrotum? Num quia spirituales viri vix se sæcularibus anxie quærentibus debent ostendere? Ita plane. Sed argumento conuenientiùs, voluntaria paupertas non indiget diligenti processu, vti ad se se Principes attrahat: siquidem Reges sicuti magnes ferrum, ad se currere efficiat. Recedit, ais, iratus. Fateor, sed protinus reuertitur. Fugit equidẽ, sed in morem capti piscis paupertatis hamo, ad manus tandem veniet piscatoris. Venit ergo Naamã cû equis, & curribus, & stetit ad domum Elisei.

66. Appositè D. Isaac. Paupertas (inquit) voluntaria ipsa est via. Audiamus pauperem, experto credendum est. Pauper natus est. Quid volumus? Quærimus (inclamant Magi) verum Regem, veras diuitias, Regem qui homi-

nes Regno donat, Reges facit. Dè paupertate sumitur plenitudo, de inopia saties, de extremitate primatus. Inopia enim voluntaria Via est ad veri Regis ducens tabernaculum.

Videor mihi Reges & sequentes Stellæ ducatum, & Regem promissum requirentes Israelitas referre ductricis insecutores columnæ, & terræ promissæ inclamatores. Profecti equidem sunt filij Israel de Ramasse in Socoth. Exo. 12. Vbi Origen. Si quis (inquit) est, qui proficisci de Ægypto parat, & errorum tenebras derelinquere, primo omnium de Ramasse ei proficiscendũ est, id est, ex commotione tinea. Non thesaurizes (ait Iesus) tibi tinea demolitur, sed veni sequere me pauperẽ. Si vis ut tibi Dominus dux sit, & in columna seu Stella te precedat, exi ex Ramasse, & veni in Socoth Id est, discute à te tineas totius corruptellæ, & habitabis in tabernaculo. Vbi natus est Iesus, & docet viam, & allicit, & à matores paupertatis sui efficit sectatores. En ó sacre Religionis alumne, quouam modo principes rahantur, sanctæ scilicet paupertatis obiectu.

OBSERVATIO VI.

Stella Magos seduxerat, Stella duxit ad salutem.

(*)

Quinam veniunt adoraturi? Magi. Quonam ductrice? Stella. Proh Deus immortalis! Non ne Magi Stellarum vacantes aspectibus, ab itinere aberrantes salutari confictis dijs obsequium præstitere? Ita sane. At ea fuit mirè nati Infantis potētia,

N 5

ut face-

67i

Exo. 12.

Orige. hum. 3.

Proprio mucrone spirituales hostes configendi.

68.

Chryf.
ser. 157.

ut faceret hostem proprio percussu interire mucrone. Id quod Chrysol. expendens, ait. *Quare Magi: Quare Stella: Ut per Christum ipsa materia erroris sic fieret salutis occasio. quem admodum per Christum mortis causa causa facta est vita. Hostem proprio mucrone turbare, singulare est. in signe virtutis. Si igitur Stella vna Magos leduxerat, altera ducit ad salutem, hoste proprio mucrone comminuto. Id in tribus animi hostibus ostendam.*

Caput primum.

¶ *Quadam in sta animi elatione vanitas vincitur.*

Superbia vincitur ipse met inantatis, & hominis dignitatis con te npla tione. Ad Illud: Vidimus Stellâ.

69. Spirituali quadam salutari animi elatione superbiam vincere procura.
70. Hoc gladio David Goliath interemit.
71. Elatio huiusmodi fecit superbiam Israelitis minimè subai.
72. Hoc astu Adam se à serpentis vulnere expediuit illato.

AD singulare voco certamen illos potentissimos animi hostes. Equidem superbię robur non semel proprium gladium fædo sanguine cruentavit. Incidit aliquando inmentem superbiendi appetitus: Generosus animus hosti resistit, dum statuit, vilis animi esse, & abiecti, tã vili, tam inani obedire principatui. Honor igitur salutari quadam vanitatis specie (si licet ita improprie loqui, ut morem rudi vocabulo geram) non patitur, à vilissima superbia deuinci.

Hoc fortam spiritu David Goliath superbum proprio mysticę gladio interfecit. *Tulit gladiu eius. 1. Re. 17. Quem (Anselm.) diabolus in manu habebat, per quem alios trucidabat. Quo*

nam gladio Diabolus superbiorum parens homines trucidabat. Vanitate. Depereat igitur vanitate vnitatis; si quidem vanitas appellari debeat motus ille animi, quem materna lingua voco: *Puncto de honra*, quo planè vile reputamus, & abiectum, à ram inani, ac infirmo percuti hoste.

Huiusmodi pugnandi rationem Deus docuit Israelitas. *Non (inquit) eijciam eos (hostes) à facie tua anno uno ne crescant cõtra te bestia. Exo. 23. Exo. 23. Rupert.* Ad quem locum Rupert. *Quasi dicat, Non absque legitimi certaminis labore vitia delebo in te; ne extollat te in superbiam repentina gloria victoria. Surtus enim est pugnare contra homines, quam bestijs subai. Quoniam modo vitia delebit? Proprio equidem transigentur mucrone. Superbiam belliam abiectissimam Rupertus appellat. Vincitur ergo superbia, dum huiusmodi cogitatio animo immittitur: Quam abiecta res hominem bestijs subijci, bestijs vilissimis obtemperare!*

Instruxerat Deus homines iam inde à mundi vestibulo huiuscemodi astu militari. *Ecce (inquit) Adam, quasi vnus è nobis factus est. Genes. 3. Theodor. Per ironiam à Domino dictum est, ut ostenderet falsissimam fuisse Diaboli promissionem. Huius Iam sententię; sed non audebo improbare illos, qui asserunt talia verba prolata fuisse non sine vero fundamine asserunt. Vere enim Adã quasi Deus factus per participationem fuerat, ad imaginem & similitudinem Dei effectus. Vnde non improbabiler existimo hisce verbis Deum intendisse Adamum vehementi dolore afficere, quod se se ad similitudinẽ Dei factam superbię, vilissimo vtique hosti subdisset. Quare Gennadius, Vehementi*

71.

Exo. 23.
Rupert.

72.

Genes. 3.

Theod.

Genn.

hementi

hementi (inquit) dolore affectus ipsum Adam Deus hoc dicens. Me prodigum omnino! tam nobilis diuinitatis emulador, tam vili hosti succumbam? Absit. Pulcherrimé Phauonius apud Stob. * Nunquã de te superbam opinionem concipias; ne contra de te huñtiler sentis. Abiectioni animi est, subditiuari. Disce itaque vtiliter superbire.

magnum in mundisima luxurie aternæ flammæ meditatione deseruescant. Hinc respicit D. Chrysf. factus. Ne expectes temporariam viliam, que ex aspectu proficiscitur, voluptatem, sed perpetuum dolorem considera, qui nascitur ex concupiscentia. Nam illa in subito vulnere auolat, vulnus non auolat; sed manet, & interficit.

Chryf. ho. 3. de verb. Hai. V. di Dom.

Stob.

Caput secundum.

Luxurie ignis igne tartareo suffocatur.

Flamæ luxurie ignis manet aternus.

Ad Illud: Vidi-mus Stellã.

74.

Grego. citat.

75.

Gen. 7. Cyril.

76.

Paulus.

- 73. Ignis aterni meditatio flamam libidinis extinguit.
- 74. Ex huiusmodi meditatione nostrã infirmitati stabilitentum adiecitur.
- 75. Et homines a diluulo communi voluptatum flagello liberantur.
- 76. Et Paulus a carnis stimulo eripitur.
- 77. Si vis a luxurie igne dimoueri, ab igne aterni cura myitice deuorari.

73.

IN arenam descendat luxuries proprio mucrone debelanda. Magnæ enim insigne potentie, eam efficere proprio igne carpi, proprio incendio cremari. An non luxurie tartareus ignis? Profecto huiusce voluptatis ceca flamma a cæco tartareo igne duxit exortum. Ignis igitur igne suffocari opus est, dum menti luxurie voluptatem meditati tartareum igne obiecerimus. Apposite Dominus ad Discipulos. *Sint lumbrici vestri præcingenti, & Lucernæ ardentes in manibus vestris.* Luc. 12. Vbi Caieta. Venereo existimat incendio nobis tradi a Christo medicamen. Lumbos præcingite prurientem luxurie ignem infranate. Quis nam armis? Sint *Lucernæ ardentes in manibus vestris.* Facies obijcite facibus, ignis igne superetur, flam-

Luc. 12.

Caiet.

Manus Moysi erant graues. Excidunt pondera preffa, in ueque grauedini mendicomen inuenitur. Aarone & Hur apponentibus stabilitentum. Hinc D. Gregorius considerat luxurie pugnam, qua quidẽ animus deiectione eleuatur, Aaron & Hur, id est fortitudine & igne adherentibus. Quando enim animus carnis cupiditatibus depressus, ad ignis tartarei meditationem descendit, mox adiectione varijs cogitationibus stabilitentum. Ne ergo (inquit Patet) manus lassescant, Aaron, & Hur lapidem apponant. Aaron quidem mons fortitudinis, Hur ignis vascatur. Quam apte ignis igne extinguitur, hostis proprio mucrone superatur! Si quidem luxurie ignis a tartareo deriuatur flamma, dicente Chrysofotomo Magdalenam a Demoniacâ luxuria coeelli fuisse potentia liberatam. In comaruni prima illa mundi clade, Arca feruatur super aquas Gen. 7. Ad quem loentur D. Cyril. Alex. Conemplatur corruptam carnem mortuorum tartareo obij abijffo, iato res homines super aquas deferri. Quare superlites homines capaces adhuc luxurie incendij super aquas ferantur. Vbi carnem tartareo abyffo obrutam valeant contemplari, unde ab immundissimo igne liberetur. Paulus, *Datus est mihi superulus carnis meæ.*

Paulus, Datus est mihi superulus carnis meæ.

nis mea Angelus Satanae 2. Corin. 12.

August. in Psal. 5. & 130. Vbi Aug. per stimulum carnis concupiscentiæ motus, per Angelum Satanæ cruciatus quali gehennæ interpretatur. Quam benignè à Domino, ut datus carnis stimulus Apostolo ad probationem, ad examen, simul tartareus ignis ei est ad præsidium obiectus; ut luxurie flamma æterni ignis meditatione superetur.

77. Exo. 15. De miseris enim voluptuosis à terra deuoratis salutare conficitur hominibus medicamen. *Extendisti manum tuam, (canit Moyses) & deuorauit eos terra.* Exo. 15. Ad supplicium hominum carnalium transfert Orige.

Orige. *Si quem uideris luxuriam carnis, & voluptatibus corporis deditum, in quo animus nihil ualet, sed totum libido carnis obtinuit, dicito & de hoc, quod deuorauit eum terra, ne pè infernus.* Haud aliter contulerat hinc à terra cura deuorari, qui luxurie flammis accenderis. Quo fructus? Additus patebit omnino, ut ab exitiali barathro egrediaris, sicut Ionas in ventre ceti, seu in corde terre constitutus liber ascendit. *Ne etiam (adiicit ad hæc Orige.) penitus desperandum est. Possibile namque est, ut rursum possit eum, sicut Ionas.* Ille uidelicet, qui æternas luxuriosas preparatas sibi flammis obiect, uti equidem hostis proprio mucrone feriat. Canebat Menander

Menan. *Plurimū Venenis non habet nox abyssis.* Quia ubi æternæ noctis tenebræ peruolant, haud potest voluptas ueneris commorari.

Diuitiæ suffocant possessores.

Diuitiæ suis met funibus flagellanda, suffocanda.

Ad Illud: 78. A diuitiarum flagello percussus auaritiam odio prosequere.

79. Auaritia dat laqueum auaro.
80. Idem hæc ac funiculus ad flagellum, ad laqueum.
81. Aurum potius laqueus suffocationi, quam cibis nutrimento.

Vidimus Stellâ.

78. **A**uaritiæ denique iam rutilant arma. Profecto diuitiarum potentia sua ipsarum fallacia debellabitur. Quot curæ quot molestiæ diuitias comitantur, dum acquiruntur, dum conseruantur: tot uerbentibus miser diues percutitur. Christus ut templum suum à prophanatoribus liberaret, cum fecisset quasi funiculum de funibus, queis mercimonie illigabantur, eos è sacratissimis ædibus deturbauit. Ioa. 2. Non ne funibus hisce merces ad custodiam accinguntur? Profecto ipse diuitiæ magnis perceptis laboribus custodiendæ dant flagellum, quo percuti possit hostis petulantiæ. Quid dico flagellum?

Dant proculdubio laqueum, exitium miserabile auaritiæ. Absalonis comæ publicum sanè auari animi pondus. At miserandi auari adolescentis laquei nouissimæ calamitatis extiterit. 1. Reg. 18. Pulchre Drogo Hostiens. *Absalon crimes suos ponderabat perdere publico; unde in eodem crime suspensus.* En auaritia laqueum præbet, quo auarus suspendatur, non equidè post ueritum in abyssis, non ut auarus puniatur sine re merito; sed ut adhuc dum superstes est, puniatur. Ideo Absalôn non illic ac suspensus, perijt, donec Ioab pectus confixit, ut ostenderetur auaritia suspensum, ab auaritia torqueri uiuentem. En auaritia laqueos præbet, ut auarus suspendatur. Ipsi ergo auaritiæ curas suspèdi curemus, dum menti obijcimus diros auaritiæ exitus, fallaciam diuitiarum.

79. a. Re. 18. Drogo de Sacro Palsio.

Huc

80. *Ioseph cum Iosue. Locuti sunt filij Ioseph ad Iosue, & dixerunt: Quare dedisti mihi possessionem sortis, & funiculi unus, cum sim tantæ multitudinis, & benedixerit mihi Dominus? Ios. 17. Hereditatis fors funiculi nomine adnotatur iuxta litteram, quia funiculo mēsurabatur; iuxta spiritū autem, quia ipsa hereditas & est funiculus ad flagellationem, & funes ad suspensionem, & exitium. Quot sortes, tot funiculi. Vnde ille textus. Et ceciderūt funiculi Manasse decem. Ibid.*

81. *Quando non ad suffocationem, ad laqueum mundiales diuitiæ? Testor Regem midam totius Phrygiæ potentissimum sibi vni lautissimum cōuiuuium apparantem. D. Ambrosium audite. Ferunt certe gentiliū fabula, fuisse Regem quendam, qui quidquid tan-*

gebat, aurum fiebat. Nam & cibus in ore crepitabat, ferens non alimenta, sed vulnere; & in guttore potus hārebat, nec penetrare facilis, nec redire. En aurum minime nutrientem, proculdubio suffocantem; laqueum præbet, non alimentum. Dignā (adijcit Pater) beneficia votis, dignā tanto munera peccatore, dignā liberalitas conferente. Talia sunt idolorum beneficia, ut cum videntur prodesse, plus nocent. Quā apte Dauid! Misit saturitatem in animas corū. Psal. 105. Ex Heb. æo, & Græco potest transferri. Misit maciem. Quia macies exitij, seu suffocationis saturitatem diuitum comitatur. Quis non à diuitijs flagellatus, suffocatus, exurgat, ut ipsam flagellis percūriat, & strangulet? Hostem equidem (vti aiebat D. Chrisol.) proprio mucrone turbare, singulare est insigne virtutis.

Psa. 105.

Ambr. L. 6. in Luc. c. 9

SECTIO QVARTA.

Herodis, ac Ierofolymæ turbatio.

TEXTVS.

Verf. 3. *Audiens autem Herodes Rex, turbatus est, & omnis Ierofolyma cum illo.*

Verf. 4. *Et congregans omnes Principes Sacerdotum, & Scribas Populi, sciscitabatur ab eis, ubi Christus nasceretur?*

Verf. 5. *At illi dixerunt ei: In Bethlehem Iudæ: sic enim scriptum est per Prophetā:*

Verf. 6. *Et tu Bethlehem terra Iudæ, nequaquam minima es in Principibus Iudæ; ex te enim exiet Dux, qui regat Populum meum Israel.*

COMMENTARII ET ILLUSTRATIONES.

¶ Undenam Herodes turbatus?

S. I. *A*udiens autem Herodes Rex, turbatus est. Plures huiusce turbationes causas ex Patribus collegi. Turbatione afficitur, propter magnam ex Magorū præconio, ex Stellæ que apparitione nati Regis obiectam sibi potentiam, cui quidem crescenti-

Sex Herodiana turbationis causæ. Abul.

bus in dies signis minimè resistere valeret. Ex Abulēsi. Perturbatus fuit, quia nullus facilius commouetur, quam in celso fastigio constitutus tunc præcipuè, quando iniustè possidet. Non ne Herodes Regnum Hyrcani violenter inuasit? An non adolescentem

Chryf.

Pasch. Iescentem filium Hyrcani iam summum Sacerdotem occidit? Ex Chrysofotomo. Conturbauit Herodem non Regis inclamatio, qui ab Octauiam non non fuisset constitutus. Prohibitum enim à Romanis fuerat, ne aliquis vel Rex, vel Deus sine eorum licentia vocaretur. Ex Iudæorum id collige concilio. *Veniunt Romani &c.*

Grego. Commotus vehemèter est Herodes Magorum conspectu; quia terrena altitudo confunditur, cum celsitudo cœlestis aperitur. Ex Gregor. Hælit

August. Herodes, uti Iesu iudiciaria potestas peccatoribus formidabilis innotesceret. Ex August. Obturbatus Rex, ut deiectio Diaboli per Christum acubraretur. Ex D. Leone. Sed quid plura congero infirmitatis Tyranni indicamenta? An non imbecillis tyrannidis est vel tunc cum terret, concuti timore? Apposite Claudia.

Claud.
4. Hon.

* *Qui terret, plus iste timet. sors ista Tyrannis.*

Conuenit, inuideant claris, fortesque trucidant,

*Muniti gladijs viuât, septique venenis,
Ancipites habeant arces, trepidique minentur.*

Profecto timor hic tyrannidis supplicium. Quid vnum non timeat Tyrannus, si (Publio Mimo auctore) multos timeat necesse est, quem multi timent.

2. Attamen nos ideo existimamus tyrannum Herodem disturbatū, quia timuit à Regno deturbari. Alienigena ipse, Regem Iudæorum natum audiebat. Sic Caietan. *Idumeus erat, & propterea audita natiuitate Regis tam desiderati à Iudæis, timuit perdere Regnum.*

Caiet.

Chryf. Expendit magis id Chrysofotomo. *fatus. Turbatus est Herodes, quia audiens Regem natum Iudæis ex genere Iudæico, cū*

esset ipse genere Idumeus, ne Regno reuoluto iterum ad Iudæos, ipse à Iudæis expelleretur, & semen eius post ipsum præsunderetur a Regno. Equidem à tali eū disturbance, & suspitione D. Fulgentius liberare curans, ait. Quid est, quod sic turbaris Herodes? Quoniam natum Regem Iudæorum audisti, turbaris, suspitionibus agitaris, inuidia stimulis inflammaris, & ob hoc natum Regem occidere conaris. Inanis est ista turbatio tua, & vana prorsus cogitatio tua. Rex iste, qui natus est, non venit Reges pugnando superare; sed moriendo mirabiliter subiugare. Nec ideo natus est, ut tibi succedat; sed ut in eum mundus fideliter credat. Venit ergo non ut pugnet viuus; sed ut triumphet occisus. Inaniter inuidendo timuisti successorem, quem credendo debuisti querere Salvatorem. Quia si in eum creares, cum eo regnares. Et sicut ab illo accepisti temporale Regnum, acciperes etiam sempiternum. Puer, qui nunc à Magis dicitur Rex Iudæorum, idem creator est, & Dominus Angelorum. Qua propter cuius times infantiam nascentis, magis timere debes omnipotentiam iudicantis. Noli ergo timere eum Regni tui successorem; sed time infidelitatis tuæ iustissimum damnatorem. Hactenus ille, cuius vel particulam piaculum duxi præterire.

Fulgen.

¶ Quare turbata Ierosolyma?

ET omnis Ierosolyma cum illo. Quæris, num verbum illud: omnis totius Ciuitatis viros, ac fœminas adeo complectatur, ut nullus fuerit ciuis, qui audito hoc nuncio, perturbatus non fuerit? Respondeo de Scripturarum more in presenti parte usurari pro toto, uti ait Lyrant. Neque enim

3.
Nō omnes turbati.

tyra.
cum

enim Simeon disturbatus est, neque Anna prophetissa turbatione affecta; neque plures iusti Messie aduentum expectantes potuerunt non vehementer latari, audito noui Regis præconio. *Cum veritate igitur horum verborum (loquor cum Caieta.) stat, quod multi viri iusti latati fuerint; quoniam omnis Ierosolyma non comprehendit singulos sigillatim; sed populum in communi.* Sicut illud Geneleos. 6. Omnis quippe caro corruperat viam suam: nõ complectitur singulos. Si quidem Noe minimè fuerit faueus corruptione.

Caiet.

Gen. 6.

4. Auctoris expositio.

Lyran.

5. Turbationis causa.

Chryf.

Abul.

6.

plecteretur, adhuc causa turbationis iusta vel iustis viris, ac mulieribus suppetit. Deo enim omnes turbati, quia licet Messias aduentasset, non sine graui Populi clade Herodem ablegaturus, sedemque Regiam occupaturus esset. Accepi ex Chryso-
Sicut ventis contrariis, unda concutitur: sic Regibus inuicem contrariis, populus conturbatur. Et ideo ex hoc timuerunt, scilicet ne presente, & venturo Rege ad inuicem certantibus ipsi perturbationibus, inuoluerentur.

Chryf.

Vera hæc; sed aliter iudico totius Ierosolymæ turbationem iustificandam. In cuius expositionem præmitto duplicem turbationem. Vna est admiratio ex re insolita, licet illa prope sit. Credebat Iacob Iosephum iam fuisse à fera pessima trucidatum; cum vero audisset eum omni Ægypto dominari, quasi de graui somno euigilans, nullatenus credebat. *Et illa (inquit Abulen.) est turbatio. Altera turbatio est quedam passio proueniens ex alicuius aduersu enuntiatione, seu cognitione. Turbati igitur sunt ciues Ierosolymæ vniuersi, non quod Magorum præconium aliquã populo aduersitatem protenderet, quæ vel odium, vel timorem exciteret: sed propter eius nouitatem, sunt rapti in admiratione, & stupore correpti, mox equidem in gaudium conuertendo.*

7. Iustitue barur Ierosolyma.

Abul.

8.

Cum illo. Quam tyranicè Rex trahit populares affectus! Turbata est enim illo (ait Caietan.) Ierosolyma, ut ostendat, quod imitando Regem Herodem in his Ierosolyma turbata est. Tanta vis praui exempli Magistratus. Quanta etiam semel (Strab.) populari faueat, quos sustinet crudeliter. Plura in Ægypticis.

8. Regis exemplum sequuntur subditi. Caiet.

¶ *Sacerdotes & Scribæ aduocantur.*

cauens simul, ne omnino à tyranno recederent. Si enim dixisset: Vbi natus est, vereri poterat, ciues illicò ad præstandum nouo Regi Iudæorum obsequium accessuros. Regis ergo venturi memoria explorat, (vndè Strab. bus ait) *an latos faciat eorum Rex.* Vt ex externo affectu, quouammodo se erga tyrannū haberent, dignoiceret.

9. **E**T congregans omnes Principes Sacerdotum, & Scribas populi. Quoniam modo plures Sacerdotum principes, si vnus tantummodo Princeps Sacerdotum fuit, vti ex pluribus scripturæ locis comprobatur: Mat. 26. Mar. 1. Luc. 22. Actor. 4. Vocantur multi Sacerdotum Principes, siue capita familiarum Sacerdotalium, siue præstantiores inter illos, qui Sacerdotali munereungebantur.

¶ *Prophetiam Michææ de Dominico aduentu expendo, ac cum Matthæi textu comparo.*

10. **Q**ui nam autem populi Scribæ? Remig. *Scribæ dicti sunt, non tantum ab officio scribendi, sed potius ab interpretatione Scripturarum; erant enim legis Doctores.* Ideo Herodes hos adit, vt locum Dominicæ natiuitatis requirat. *Quia volebat (inquit Lyran.) Christū perdere, ideo voluit de loco natiuitatis eius diligenter inquirere ab illis, qui scripturas Prophetarum nouerant de Christo, & genealogias descendentes à Dauid sciebant.* Proh hominum foecordia: Ad crimen horribile patrandum doctos adis, ad crimina abluenda stultos requiris Sacerdotes!

AT illi dixerunt ei: In Bethlechem Iudæ. Iuda dixit, ad differentiam alterius Bethlechem, quæ sita erat in tribu Zabulon, vti superius adnotauimus. Sic enim Scriptum est per Prophetam Michæam scilicet.

11. **S**ciscitabatur ab eis, vbi Christus nasceretur? Sciscitari idem est, ac palam inquirere. Vbi nasceretur? Siue, vbi esset nasciturus Dominus. Vbi Christus. Cum Mægi Regem Iudæorum quærerent, cur Herodes non de Regis, sed de Christi requirit natalitio? Num quia Christus idem est, ac vnctus, nouerat autem Herodes Reges Iudæorum solitos inūgi? Sic Remig. Quare autem quæsiuit, vbi nasciturus esset, & non potius, vbi nam esset natus? Hoc callidè factum existimo cum eodem Remig. Vt scilicet posset agnoscere, si de Rege nato latarentur, præ-

Et tu Bethlechem terra Iuda, &c. Ad huiusce loci expositionem, integrā Michææ sententiam accipite. Et tu Bethlechem Ephrata, paruulus es in millibus Iudæ: ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio, à diebus æternitatis. Cap. 5. Iam apparet pugna inter Prophetam & Euangelistam. Matthæus, *Et tu Bethlechem terra Iuda. Michæas, Et tu Bethlechem Ephrata. Matthæus, Nequaquam minima es. Michæas, Minima es, siue paruulus es. Matthæus, In Principibus Iudæ. Michæas, In millibus Iudæ. Matthæus, Ex te exiet Dux. Michæas, Ex te mihi egredietur. Matthæus, Qui regat populum meum Israel. Michæas, Qui sit dominator in Israel.* Adijcit Vates, *Et egressus eius ab initio, à diebus æternitatis.* Quod omnino silentio pressit Euangelista.

Remig. *cum eodem Remig. Vt scilicet posset agnoscere, si de Rege nato latarentur, præ-*

Quænam igitur tantæ pugne causa? Opinor cum Hier. Euangelistam

Strab.
12.
Cur dicitur, Iuda?
13.
Pugna Michææ & Matthæi expeditur. Mich. 5.
14.
Vndè pugna non exorta?

non quid Propheta dixerit, sed quid Sacerdotes, & Scribæ responderint, narrare voluisse. Difficilior quæstio, Vtrû sacerdotes ex ignorantia, an ex malitia Michææ verba infideliter recitarint? Doctorû alij Sacerdotes malitiæ incussant, alij arguunt ignorantia. Ego illos cum Lyrano ab ytraque nota libero. Herodes enim erat alienigena, & scripturas Prophetarû ignorabat. Vnde scribæ respõdentes, aliqua verba in Prophetæ testimonio immutauerûnt, vt planius Regi loquerentur. *Tamen* (inquit ille) *eadem sententiã tenuerunt.*

Singula percurram. *Et tu Bethlehẽ Ephrata: & tu Bethlehẽ terra Iuda.* Idẽ prorsus. Hæc enim Bethlehem olim fuerat vocata *Ephrata*, postea autem propter superuenientem fami panis abũdantiã *Bethlehẽ*, siue *Domus panis*, incupari cæpit, cuius Herodes histore minime erat cõsciũs. *Nequaquã minima es: Minima es, siue Paruulus es.* Non dissidẽt. Quia secundũ Hieronimus. talis est sensus. Licet paruulus es viculõ respectu milliũ ciuitatũ Iuda, si murorum ambitus espectetur: at propter Regẽ nasciturũ inte, non inter minimas vrbes, sed inter maximas debes caput attolere. *In Principibus Iuda: in millibus Iuda.* Idẽ principes & millia. Quia Hebraicẽ dicitur, *In ducibus Iuda.* Duces autẽ idẽ sonat ac millia, vti mox confirmabo. *Ex te exiet Dux, qui regat populũ meũ Israel: Ex te mihi egredietur, qui sit Dominator in Israel.* Parum in verbis, in sensu nihil dissident.

14. Vtriusque
lectio
nis idẽ
sensus.

15. Cur sacerdot
es suppri
munt Prophe

Enim verò indicare oportet, cur sacerdotes particulã illã suppresserint? *Et egressõ eiõ ab initio à diebõ aterni tatis.* D. Chry. in crepat Iudeos, quod non totã Prophetiã Herodi protule

rint. *Adhuc* (inquit) *ipsã Prophetiã præcidentes, interficiendorũ paruulorum facti sũt causa.* Si ergo integrã Prophetiã intulissent: obijciens sibi Herodes Regẽ, cuius dies à diebõ sæculi, in tantũ furorẽ minime exarsisset. Profectõ neque hinc sentio carpendos Iudæos, quia illud non attinebat ad responsionẽ. Interrogati enim sunt: *Vbi Christus nascetur: non autẽ, Vtrũ esset æternus Filius Dei, nec ne?*

Ad hæc circa Prophetæ locũ triplici ad huc dubio satisfaciam. Cur Michæas non dixit, *Rex vel Filius Dei*, sed *qui regat*. Respondet Chr. *Nõ dixit: Ex te exiet Filiõ Dei, sed Dux, qui pascet populũ.* Oportebat enim in principio condescendere, vt nõ scandalizarentur. Qui regat Christus ne rexit Populũ Israel totũ? Minime, quia non omnes crediderõ. Attamẽ iuxta eundẽ Chryl. *Hic dicit eos, qui crediderunt ex Iudæis.* Si autẽ nõ omnes Christus rexit, eorũ est accusatio. Per finedoche igitur aliquos regens, Populũ dicitur gubernasse. Quare denique nulla de Gentilibus fit memoria? *De gentibus* (respondet idẽ Pater) *tauit, ne scandalizaret Iudæos.*

¶ Quid significet: *In Principibus Iuda*, siue *in millibus*. Vbi de prælati, ac subditi idem titate.

17. Principes, siue Præfules idem ac Millia, siue subditi.

18. Omnia membra seu subditi, instar capitis, afficiuntur.

19. Consolatione potiri Regem, idem est, ac subditos ad consolationem allicere.

20. In Herode omnis Ciuitas, capitis in morem, nutauit.

Vidimus Mathæum scripsisse, *Et tu Bethlehem terra Iuda nequaquã minima es in Principibus Iuda.* Michæã autẽ pro Principibus, seu Ducibus posuisse, *In millibus Iuda.* Maldonatus noster, *Nomen* (ait) *Hebraeum* vtriusque signifi-

16.

Triple
questio

Chryl.

Quam
idẽ præ
latus ac
subdi
tus?

ad
illud.

Ne-

qua

quam

mi ni-

ma es

in Prin

cipibus

Iuda.

17.
Maldo:

significat, & duces & mille: quia duces plerumque mille hominibus præerant. Dux & mille idem prorsus? Num idē videtur subditos nominare, quā prætulim? Num idem est, Bethlehē magnam esse in Ducibus, in Principibus ac in millibus, seu subditis propter Principum ac subditorum identitatem, morum similitudinē? Ita plane.

18. Ifai .1. *Omne caput languidum,* (inclamat Isaias) *a planta pedis usque ad verticē capitis non est in eo sanitas:* Cap. 1. Quænam capita ista? Reges, iudices, prælati, queis contingit regimen Israelis.

Hugo. Card. Sed Hugo Cardin. particulam illam: *Omne caput vniuersalē ad omnes etiā subditos extendit.* Vnde capitis verticem appellat Principem, Præsulē, iudicem; reliquū vero capitis subditos esse, quis dubitet? *Omne caput languidū, non est sanitas in eo,* capite scilicet, *a planta pedis capitis usque ad ipsius verticem.* Quare ergo ciues subditos etiā capita sicuti Præsules appellauit? Quia mēbra omnia tam sunt frequenter circa bonos, prauos que affectus suo similia capiti: vt omnia illa quodāmodo capita existāt. Cū *caput dolet* (inquit Hugo) *cetera membra dolēt:* ita quia *Principes infirmi sunt, ablatā est a populo medicina,* & hoc est: *Omne caput languidum.* Ac si diceret. Dolēt membra, sed in morem capitis; quia tam capiti assimilantur membra: vt capitis appellatione designētur. Expressit ingeniose Demosth. huiusmodi identitatem, fatus, *Respublica potius societatem Rerum publicarum, quam Principē colūt.* Ac si Princeps nil aliud quā Rerū publicarū seu subditorum societas existat.

19. 2. Reg. 12. Propter Davidis peccatum Deus per Nathā adulterino filio mortem est minitatus: *Ieiunauit David ieiunio,*

& ingressus seorsum, iacuit super terrā. At mortuo infāte, *Surrexit David de terra, & lotus, unctus.* 2. Reg. 12. vbi D. Ambr. Filio (inquit) egrotante, *David fleuit, humi iacuit, ciliu se operuit, & iunauit. Vbi mortuū cognouit, surrexit, lauit, canauit, alios cōsolatus est.* Quosna alios est cōsolatus? De Bethsabæe cōsolatione affecta per Davidem? Iacet Textus, *Cōsolatus est David Bethsabæe uxore suam.* Nil de alio trāgit cōsolatione. Quos igitur alios cōsolatus est? Profecto capitis verticē, Rege scilicet languido, marētē omnes ciues sūt cōfecti languore, marore. Vnde ad lentiā Rege vocato, simul omne caput, languore ablegato, cōsolatione afficitur. Quid exprimeret Textus, quod per se ita patebat? *Regū (subdit Pater) lapsus pœna populorū est. Sicut enim eorū virtute seruamur, ita etiā errore periclitamur.*

Turbatus est (ait Math.) Herodes Rex, 20. *Omnis Ierosolyma cū illo.* Cap. 2. Cur illa particula: *(cū illo,* superaddita; An nō sufficeret posuisse: *Et omnis Ierosolyma?* Recte inquit, *cū illo.* Quia in capite omnis ciuitas, capitis in morem nutabat prauī exempli efficacitā. *Videbātur* (inquit D. Thomas.) *quod deberent gaudere:* quia videlicet tā ex-pectati Regis instabat aduētus. Quæ nā igitur causa turbationis? Ad caput hæc mēbra pertinebāt, ideo turbato capite, *cū illo,* ue in illo omnia membra, capitis in morē, turbantur. Pulchrè magn⁹ Albertus. *Causa turbationis ciuitatis fuit in Principib⁹.* Quia in Principib⁹, siue in capite, nō instat mēbrorū: sed in morē partū ipsius capitis integratiū ob similitudinē actionum cū tā ciuitas quodāmodo residebat. Tanta boni, aut prauī Præsulis in subditos influxio.

OBSERVATIO. I.
MORALIS PANEGRICA
CIRCA LITTERAM.

Herodes & quia Rex, & quia tyrān⁹
in Iesu conspectu contremiscit.

- Maiores 21. Turbatus est Herodes, quia Rex.
petestas 22. Rex in alto constitutus debet illigari: ne
maiori turbato capite, excidat.
subijci- 23. Promissionem Regni sequitur formido.
tur ti- 24. Non potest non timere, qui super alium
mori. statuitur.
Ad 25. Vel ipsi Seraphini metum ineffabilem al-
illud: to ex vertice declarant.
Au- 26. Timet Rex, quia habet quid custodiat.
diens 27. Caritas Iesu nos curat a temporaria po-
tētia in cōmōdis dimouere, quia benigna est.

autem
Heros, tur-
batus
est.
21.
Chrif.
22.
Quid turbatis Herodes, quid timore concuteris? Magi loquuntur, non denudant enses. Profecto timet Herodes, quia Rex. *Herodes Rex turbatus est.* Quia (vti scribit D. Chrysol.) *semper gradis potestas maiori timori subiecta est.* Et adiiciens rationem ait. *Sicut enim rami arborū in excelso positarum, et iam si leuis aura flauerit, mouentur: sic & sublimes homines etiam lenis nunciū fama cōturbat.* Rex turbatur ad Magorum vocē aurā leuem? Imo ideo leui aura cōmouetur, quia Rex. Quare tyrānum Herodē Euāgelista Regē appellauit? *Audiens Herodes Rex.* An nō accomodatius scripsisset, *Audiens Herodes Tyrānus.* Si quidem tyrāno timor adnatus? Certe ut timorē intestinum Herodis exposuisset, eum Regē appellauit. Augusta enim potestas maiori timori subiecta est.

In loco quis excelsus colloceatur? A deo igitur cōtremiscet, vt indigeat funibus illigari, ne corruat agitatus a vento. *Coma capitis tui sicut purpura Regis vincta canalibus.* Cant. 7. *Transferunt Lxx. Coma capitis tui purpura, Rex ligatus in transcursibus.* Vt sit sensus. Reges, capillorū in morē, supra mū in capite Ecclesie locū obtinent.

Si autem quæras, cur Rex ligatus in rerū vertice appareat? Ratio est in prō Cant. 7.
ptu: quia eo ipso, quod celsū teneat locū, indiget funib⁹ illigari, ne leuis eum aura conturbet. Dicebat seneca, *Quod Regnū est, cui nō sit parata ruina: Illud enim tibi statui thronū, idem est ac ruinā ex turbatione capitis præparari, aura noui alicui⁹ nūcij cōturbate*

Hūc verba Dominica tendūt. No 237.
lite timere pusillus grex, quia complacuit Luc. 12:
Patri vestro dare vobis Regnū. Luc. 12.
Quānā causa timoris? Quia sumus a Patre Regni gubernationi destinati; nec nobis cōstat, nū temporaliter an spiritualiter hęc adimplēda sint? Proh homines spiritus abieci! Quid Regno illustrius? quid iucūdius, quid lecurius? Imo potius quid instabilius? quid molestius? quid dignius timore? Quā iustē totis artibus cōtremiscūt qui suscepturi erant tēporarij Regni (sicuti forte existimabant) gubernationē! Elegāti Chrysol. sentētia cōfir Chryso
mat. Dominus seruorū mētes tali voce cōfirmat, ne eos repēt, na promissi Regni profertat auditis. Regnū audire periculū, et metitas nō timere. Si soli Regni auditio periculū; quid Regni administratio?

Haud potest sine timore adesse celo 24.
silitudo. *Cum aduētū essēt ad Iosue quin Iosue
que Reges, qui fuerant obscuro antro 10.
inclusi, vocauit omnes filios Israel, & vocauit Principes exercitus, qui secū erāt. Ite (inquit) & ponite pedes super colla Regū istorū.* Qui cū pererexissent, & subiectorū colla pedibus calcarēt, rurū ait ad eos. *Nolite timere, nec paucatis, cōfortamini, & estote robusti.* Cap. 10. Superius Dominus ad Iosue. *Ne timeas eos, in manus enim tuas tradidi illos.* Iam quæstio suboritur. Si liberauerat Deus Ducem, & milites a timore ante de bellationē, ac subiectionem Regū illo:

illorum, cur post quam militū pedibus conculcantur, quando nulla ad est formidinis suspitio, milites victores curat Dux à formidine, à timore eripere. *Nolite timere.* Ex Abulensi pulchre, ratio presentis timoris militum erat victoria. Ac si diceret. Nullatenus timere debebatis, quando Reges illi vobis superiores erant; at nunc super celsorum Regū colla constituti quid no paueatis? Quia *Sublimes homines* (loquor cū Chrysof.) *etiam leuis nunciij fama conturbat.* Sublimitas enim & celsitudo nunquā non est perturbationi obnoxia. Ostendere intēdens Tul. regiam potestatem minimē posse esse diurnā belle ait. *Nalla est Imperij tanta vis, qua tanto premēte metu possit esse diurna.* Ac si non aliud sit quem Imperatorē esse, quā maximo premi timore.

Tul ad
Quin
frac.

25.

Ifa. 6.

Chryf.

Nec mirū homines timere in gradu celsiori collocatos, si quodammo do pauent Seraphini. *Vidi Dominum* (Isaias inquit) *sedentē super soliu excelsum, & euenatū. Seraphim stabant super illū, sex ala uni. & sex ala alteri, duabus velabant faciem.* Cap. 6. Ad examen voco Seraphinorū supremo loco cōstitutorū speciē; velant enim oculos, subiectis alis. Quare? Ut referāt obediētā tāto Numini. Dixerim potius vt hac exageneratione innuant, quā sit *periculo* excidendi obnoxia loci superioris Maiestas. Hanc suo auctori

26.

Quid nō timeat, qui præter quam quod loco cello cōstitutus est, habet

præterea quod custodiæ: Isaias cum diuitibus sermonē texens, ait. *Tunc videbis, & affluēs.* cap. 60. E supremo vertice, diuitū more, oculos cōijcies vti greges, arua possis considerare, *Multa* (inclamās) *bona habeo.* Quid in, de Lxx. Pro illa particula, & *affluēs* transferūt, & *timebis.* Quid non timeat qui supremo gradu collocatus affluit, habens quod debeat, nec facile possit custodire. Vnde illud ipsum affluere, timere est. En timoris, acurbationis Herodianę ocaasio, *I dum aus erat* (cū Caiet. loquor.) *Et propterea audita natiuitate Regis tā desiderati à Iudeis, timuit perdere Regnum.* Et quidem ille timet perdere, qui habet aliquid custodiæ deputatū. Quantę curæ, quot molestiæ sequūtur diuitias! Quis vnquam diues non, instar calami, pauore commouetur?

Ifai. 60.

Septua

Filij Zebedæi cum speciali Christi amore prosequerentur, temporariū principatū (in quorundā opinione) à Christo efflagitant, *Dic vt sedeant* (inquit Salome) *hi duo filij mei vnus ad dexterā, & vnus ad sinistram in Regno tuo.* Mat. 20. Queis Magister, *Non est meum dare vobis.* Non est tuum? Regem sequimur, qui nos Regno nō possit donare? Quā se se hic Christi charitas ostēdit immensal (*charitas* (inquit Paulus) *benigna est.* Christus autē dissimulat ius ad Regnum temporarium elargiendum hominibus, ne non benigna Charitas videretur. *Non est meum dare vobis.* Nū meæ feruidæ in vos charitatis facinus, vobis amicis, cognatis, discipulis, dare Regnū temporariū, quod equidem tot timoribus, tot curis scatet animi vermicibus: quod ipsum Regnū continet diuitias, includit vrbes turandas, ciues custodiendos? Ambr. *Noluit his,*

27.

Mat. 20

Ambr.
de fide.

3.

quos

quos diligeret, videri quod peterent dene-
gasse. Sanctus & bonus Dominus, qui ma-
luit aliquid dissimulare de iure, quam de
charitate deponere. Charitas enim benigna
est. An non charitas quasi innata ob-
blita benignitatis, seuera potius ostē-
deretur, id elargita Discipulis, quod
maximo timore, incredibilibus cu-
ris erat custodiendum? si cuiusvis Re-
gis propria passio timere, quid tyra-
ni? Si Christi Regis pacifici dignum
facias quos cumque Reges veros a
potestatis iugo liberare, quid tyran-
num? O quam salubriter o Herodes,
Rex natus tibi incussit timorē, inui-
tauit ad requiem, sed tu potius elegi-
sti tyrānidis curis magis implicari.

testatem, de qua Herodes tanquam terre-
nus timebat. Iudiciaria itaque Christi
potestas aperitur, iudiciū horribile
obijcitur Herodi noui Regis præco-
nium audiēti. Quia post veritatis præ-
conem iudex adest.

Regem præsentē, & venturū Ioa-
nes annūcians, inquit. *Post me veniet* 29.
vir, qui ante me factus est. 10a. 1. Ac si
diceret: Qui ante me factus est iudex
vuiorum & mortuorum veniet post
me præconē veritatis. Pulchrē Ansel. Ansel.
prædicta verba sic interpretatur. *Post*
præconem Iudex. Vt scilicet qui prædi-
cationis voci nō opteperauit, terri-
bili subiaceat iudicio. Subit enim iu-
diciū, qui prædicatione non præ-
stat obsequium.

Cōpletis prædictis diebus, factus 30.
est de caelo sonitus. & apparuerūt disper-
ta lingua tanquam ignis. Act. 12. Vn-
denim sonitus ille procedebat? Alin-
guis reor processisse sonū. Cur verō
ignis linguas comitatur, sonū sequi-
tur vocis, si fulminis in morē sonitus
sequi deberet coruscationē? Equidē
post prædicationis præconiū ignis a-
dest iudicij. Subdit Lucas, *Sedit que su-*
pra singulos. Ignis sedet? Quare dicitur
sedere ignis? Egregiē Hugo Car-
din. *Sedit que, quod est Regie potestatis;* Hugo
Card.
sive (vri ipse addit) *sedit in morē iu-*
dicis, iuxta illud Sap. 7. Iudex iudicibus Sap. 7.
nullo ab eis crimine effugandus. En iu-
dex post prædicationis sonitum, ful-
men post tonitru.

Psalmista inelamat, *Intonuit de caelo* 31.
Dominus, & Altissimus dedit vocē suā, Psa. 17.
grādo, & carbones ignis. Psal. 17. Vbi n-
eog. *Ponitur clara veritatis prædicatione.* Incog.
Intonuit de caelo Dominus, & Altissimus
dedit vocem. sed quid sequitur ex tali
manifestatione? Grando & caruones ig-
nis. Hinc prædicationis voces relo-

OBSERVATIO. II.

Turbatur Herodes, quia Magos
noui Regis præcones necessa-
riū sequitur iudicij formido.

Post
prædi-
cationis
sonitū
adest iu-
dicij ful-
men.
Ad

Illud:

- Abul. 28. Herodes post acceptū Dominici aduentus
sonitū timet horribile iudiciū.
diens 29. Post præconē veritatis Ioanem iudicium.
autem 30. Post tonitru prædicationis iudicij fulmē.
Hero- 31. Res tibi eam hinc, si ad sonum prædicatio-
des tur 32. Despara post aduentus Iesu futuri præco-
batus 33. Beneficium Manne peccatoribus in ver-
est. mem vertitur arguentem.

28. Alber. **R**eddens Magnus Albertus cau-
sa huiusce turbationis, ait, *Magi*
bonū nunciū apportantes, lata putabant
nunciare Regi, & civitati, personantes no-
uitatem noui Regis. Malignitas autem He-
rodas in malo accipiebat auditū. Ideo ti-
met Herodes. Quia nūquam non ve-
ritatis præconiū sequitur Iesu iudi-
caturi aduentus. Abulens. Hoc congrue
bat, ad significandū Christi iudiciaria po-

Abul.

nant, illinc examinis fulmina micāt. O quanta afficior formidine, dū resonante tonitru præconis, timeo, ne propter desidiā exequendi, fulmine percūtiar indignationis.

32.

Luc. 1.

Ad vocem Archangeli Deipara turbata est. Ex specie ne, an ex sermone? Turbata est in sermone eius. Luc 1. Putarem magis ex virili specie disturbandam Deiparam, quæ virginali erat verecundia condecorata.

Chryf. ser. 140

Quærit Chrysol. Quid est, quod personā videt, & de sermone turbatur? Respondet. Quia venerat Angelus blandus in specie, mitis in habitu, in sermone terribilis, humana proferens, Diuina repromittens. Unde & Virginem, quam leuiter visus sollicitauerat, nimium turbauit auditus. Quare ex auditione turbatur?

Quia Angelus, concionatoris in morem, humana proferebat, repromittebat Diuina. Hoc est, Christi natiuitatem prædicabat, Diuinam Regis nascituri euulgabat hominibus magnificentiam. Non equidem fugiebat Deiparam sapientissimam, prædicationē esse (peccatoribus utique quorum curam iam suscipiebat.) tonitrum quod diuini iudicij fulmen lequeretur. Vnde pulchrè adijcit Chrysol. Quid plura? Mox sensit in se supremum suscipi iudicem. Conturbor propter vos o miseri ad tribunal aduocandi, vestrā vicē dolere incipio.

33.

Ex. 16. Orige.

Manna illud, quo Hebræi vescerantur, scatere capit vermibus, atque computruit. Exo. 16. Vbi Origen. Si manna verbum Dei, quomodo vermes facit? Non te hic turbet auditus. Audi Prophetam ex persona Domini dicentem, Ego sum vermis. Ipse est ergo sermo Dei, qui iniquorum mētes arguit, qui & ignis efficitur. Ideo peccatoribus nec vermis arguēs moritur, nec ignis restinguens aliquā

do restinguitur. In iudicem enim verbum ipsum conuertitur, vt arguat, & puniat. Audite proindē filij, Magorū præconium, ac simul Regis iudicaturi timorem edocemini.

OBSERVATIO. III.

Docent Herodem Magi muneribus exhibitis, iudicē emollire.

34. Eleemosyna Deum iudicem emollit.
 35. Lata suscipit muneribus cumulātū Christum sponsa, cui ante munera non audeat aperire.
 36. Balthalari iudex manum porrigebat, vt muneribus impletet.
 37. Fugit a ventura ira qui pauperi succurrit
 38. Manus eleemosynam accipiens, operam dat misericordis liberationi.
 39. Iudicem placat munera mundi offerentis.

Eleemosyna Deū iudicem emollit. Ad illud: Et venimus

adorare re cum.

Profecūdo Magi præconio veritatis deterrentes Herodem; dum iudicaturi Domini obijciunt tribunal, simul vulnere medentur, innuentes, quonā modo sit tā horribilis Iudex leniendus. Vidimus (inquiunt) stellā eius, & venimus adorare eū. Nolter Barradius, & alij (ex quo codice nescio) addūt, Et venimus cum muneribus adorare eū. Ac si indicent, vndenā possit vēturus iudex emolliri. Expendo verba illa: Et apertis thesauris suis obtulerūt ei aurū, thure, & myrrhā. Auro Regē, thure, Deū, myrrha hominē Magi sapiēti cōsilio donauere. Christus enim velut Rex venturus erat iudicare iuxta illud: Tunc dicet Rex; Tamquā Homo, secūdum id: Cum venerit Filius hominis in sede maiestatis suæ. Vti Deus, dicēte Propheta: Iudicamē Deus. Magi ergo cōgruē aurū Regi, incēsum Deo, Myrrhā homini præferūt iudicaturō; vt Deus, Homo, Rex iudex ante inflictionē sentētie emolliatur. Venimus (inquiunt) cum

34.

Barr.

Mat. 2.

muneribus adorare eum, qui tam terribiliter ò Herodes, tibi minax existet vt edoceamus, quonam eum astu valeas, inflectere.

35. Iudicaturus accedit Spôsus, pulsat. *Can. 5. Gre go. ho. 13. in Euâg.* *Aperi mihi. Cât. 5. Repugnat iudican da. Spoliavi me tunica mea. D. Grego. manifestû ad hûc locû innuit respec tû, dû ait. Et vos similes hominibus ex pectâtibus Dominû suû, quando reuerta tur à nuptijs; vt cû venerit, & pulsaue rit, confestim aperiât ei. Luc. 12. Venit (inquit) Dominus, cû ad iudiciû properat. Aperire enim iudici pulsanti nō vult, qui exire de corpore trepidat. At pijsimus Dominus vnde trepidatio cesset, ostendit, manû immittēs per foramē. Dilectus meus (clamat spôsa) misit manû suâ per foramē, & venter meus intremuit ad cactû eius. Surrexi, vt aperirē Dilecto meo. Ibid. Vndenâ, ablato timore, ad aperiendû, surgis? Ad excipien dû iudicē gestis? Misit manû suam, quasi eâ porrigens, ad munus accipiendû: ei exhibui munera: iâ iudiciû minime timēdû, sed omaino est redditû expectabile. Ad rem D. Ma ximus. *Maxi. fer. 7. de Eleem.* *Nihil enim iudicē timeamus, qui antè iudiciû manû porrigit: Nihil iudicem metuamus, qui recipere non recusat.**

36. Balthasari apparet: *Quasi manus hominis scribentis. Dan. 5. Quid portēderet manus si requiras? Dei, & ho minis iudicantis, ac scribentis capi talem sententiam, prorsus innuit tri bunal, vt placet Doctõribus. Datur misericordiæ locus? Recordare obsecro quidnâ Nabuchodonosori Da niel. Consiliû meû audi Rex, peccata tua elemosis, nis redime. Cap. 4. Num non tibi hanc mentem ipse iudex iniecit? Quid necessû reuelari consiliû? Non ne vides Deum ante iudiciû manam hominis porrigentem? Nihil timeas*

iudicem, qui antè iudiciû extendit manum; quia vt recipiat, procul du bio expãdit. Ergo si consiliû (inquit Au gust.) est hoc, non simus pigri in tam bono consilio. *Da, laturario tuo das, ad cælum portat An excidit tibi: Venite benedicti. Pa tris mei; esuriui enim, & dedistis mihi māducare. Quid sentētiã manus illius meis plenæ muneribus formidabo? Manus plena iustum adducit: Venite.*

37. *Luc 3. August. cit.* *Precurfor in clamat. Genimina vi perarû, quis vobis ostendit fugere ab ira ventura? Facite ergo fructus dignos penitentiæ. Luc. 3. August. Qui sint isti fructus, ipse consequēter ostendit. Nam post hæc eius verba interrogabāt eum turba di cētes: Quid ergo faciemus? Respōdens au tem, dicebat illis: Qui habet duas tunicas det vnâ non habēt: Et qui habet escas, similiter fatiat. Hisce ergo fructibus prolatis, à iudicij vēturi rigore libe raberis. Quid denique (adiicit Pater) sonat quod superius ait; Omnis arbor non faciens fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur; nisi quod sinistri auri sunt: Ite in ignem æternum: esuriunt enim, & nō dedistis mihi māducare. Ma nus vacua ablegat impiû: Discedite.*

38. *Ge. 19. Chryf. fer. 42.* *Quomodo potest nō esse propitiã ad liberationis scribendã sententiã manus illa, quæ quidem obsequium accepit in paupere. Cõpulis. Loth pe regrinos oppidò, vt diuenteret ad eû, in gressis que domû illius, fecit cõuiuû. In stãte autē iudicij horribilis exitio, cogebāt eû Angeli, dicētes: surge. Dissimulante illo, apprehēderunt manû eius. En manus prius apprehensa à Loth, vt muneribus cumularēt, eum apprehendit, vt ab imminente eriperet iudicio. Benè Chrysol. Loth, quia hospitio suscepit Angelos, iudiciû prauent. Ne que enim manus, quæ cogeban tur repugnans ad hospitium po terat*

terat non manum benefactoris cogere ad liberationem.

40. Admonuerim tamē illa Iudicem munera placare, quæ ab offerente mundo exoriuntur. Magi prius pro cidentes, adorauerunt mox autem, apertis thesauris suis obtulerunt munera.

Gen. 4. Sit tibi Herodes hodie Cain, Magi autem in offerente Abele designentur. Vterque frater obtulit. At Deus Respexit ad Abel, & ad munera eius, ad Cain autem, & ad munera eius non respexit. Gen. 4. Prius Iudex integer rimus respicit munera afferentem, quam ipsa munera, num cordis iudicie condecoretur. Apprimè Grego.

22. Mor. c. 11. Mundari debet prius animus, qui elemosynā præbet. Quia omne, quod datur Deo, ex dantis mente pensatur, & iram Iudicis placare nescit oblatio, nisi ex munditia placeat offerentis. Neque enim in sacrum eloquium tatum dicit, quod respexit Dominus ad munera Abel, & ad munera Cain non respexit; sed prius ait, quod respexit ad Abel, deinde subiunxit: & ad munera eius. Ex dantis quippe crede id, quod datur, accipitur.

OBSERVATIO. IV.

Sanari nō vult aulicus luxuriosus, iracundus, adulator, ac ex consuetudine delinquens.

Turbatur Ierosolyma, audito noui Regis aduentu, quia induratus peccator odit medicamen.

- 40. Turbatur peccator in medici conspectu.
- 41. Non vult sanari aulicus.
- 42. Medi cum odit luxuriosus.
- Ad 43. Iracundus fugit remedium.
- Alud: 44. Adulator amat aegritudinem.
- Et om 45. Qui adulatoribus acquiescit difficilere surgit a crimine.
- nis Ie- 46. Ex consuetudine delinquens non vult a Iosoly. miseria recedere.

41. Miror turbatam Ierosolymā ad cœlestis medici aduentum, cuius in pennis sanctitas; sed magis me rapit in admirationem causa ab Euthy. reddita. Excacauit (inquit) eos inuidia. Audientes turbati sunt, quasi timentes, ne forte salutem consequerentur. Eo cordis humani malitia deuenit, vt ipsa salus sit ei causa perturbationis. Quæquidem dementia præcipue tenet aulicos, luxuriosos, iracundos, adultores, ac ex consuetudine delinquentes.

42. In primis fauor apud Principes reddit hominem ita propriæ miseriam addictum, vt doleat vehementer, si quando ab eiusmodi sit tenebris eriuendus. Cuius equidem cæcitatē miseriam Dominus exprimit apud Isaiam. Et eduxit am cæcos in viam. (An Isai. 42. Aniel. Id est in Christo, qui est via.) Quis cæcus, nisi qui venundatus est? Cap. 42. Illorum scilicet morem secutus, qui venditur lætas, vt miserè absideat remigio. Remiges profecto illos appellarim, qui, vt aucupentur Principum fauores, nolunt à transtris dimoueri. Huiuscemodi homines, ne dicam mancipia, turbatione afficiuntur in tanti liberatoris conspectu. Deplorans D. Pascha. hanc Ierosolymæ imo Israelis calamitatem, fatetur. Dei quondam Populus, ob fauoris gratiam turbatus dicitur, dolens repromissum iam cœlitus aduenisse.

43. Deinde carnis illecebre adeo mentem afficiunt, vt nullatenus velit luxuriosus à volutabro dimoueri, suaque nuditatem operiri. In quem sensum expendo Adami & Eue nuditatem. Cum que cognouissent se esse nudos, conserunt folia ficus, & fecerunt sibi perizonata. Gen. 4. Id profecto foliorum viriditas efficit, dū vulneribus insident,

insident, quod nullatenus eis medeantur, sed conferuent. Folijs igitur Protoplasti vulnera operiunt, ut carnis illecebras possint mysticè æternare. Ambr. *Iacit Adam supra se folia, qui culpam velare desiderans carnis præcedit illecebras. Nō curat vulnere meri, sed vulnus studet conferuare.*

Ambr. L. de Pa rad. c. 3

44. Præterea ire perturbatio, ac vindictæ desiderium odit plerūque medicamina. Postquam Cain fratrem desiderio interemit, medici presentiens aduentum, tristitia afficitur, dicente Domino. *Quare iratus es, & cur concidit vultus tuus? Quia vulneris al ligaturam fugio, in medici conspectu afficior mærore. A facie tua (inferius) abscondar.* Gen. 4. Quare? D.

Gen. 4.

Ambr. de Abe. *Abscondit se, qui velare vult culpam, & tegere peccatum. Amat enim tenebras suorum, & latibula peccatorum. Si tenebras amat, graue certe illi ad lucem reuocari.*

45. Ad hæc, adulatio amat suam miseram conditionem, nec vult à collo tam graue iugum excutere. Id ostendit Paschas. in Ierosolymæ ciuibus læto illo nuncio perturbatis. *Eis Ierosolyma fauet iniuste, quos, Dei iusto iudicio, crudeles sustinet oppressores: neque ihs metuit adulari, quos Dei in se met quotidie voluntati conspicit reluctari.*

Mat. 2.

Pasch.

L. 2. 11

Mat.

46. Quid adulatorem dico? Verūm nec qui vana improborum adulatio ne nutritur in sceleribus suis, ad vitam facile reuocatur. Adolescenti Dominus, *Sine, ut mortui sepeliat mortuos suos.* Luc. 9. Christus Filiam Archisynagogi suscitauerat, Viduæ filium Adolescentem ad viuentes attulerat, Lazarum vocauerat à Sepulchro. Euseb. Emif. *Per hos tria mortis genera significantur. Moritur homo praua, & illicita cogitando; moritur ma-*

Emif.

serm. de

Laza.

le operando: moritur in peccatis persuerando. Cur igitur quartum hūc defūctum parentem illius adolescentis nō suscitauit? Porro in quarto defūcto designatur qui peccatorū habitu illigatus adulatorū vitio in suis sceleribus nutritur, cuius difficilis valde resurrectio. D. Grego. *audite. Quartum mortuum Redemptor noster, nunciante Discipulo, agnoscit, nec tamen suscitatur; quia valde difficile est, ut is, quem post usum mala consuetudinis, etiam ad ultimum adulantium linguis excipiunt, à mentis suæ morte reuocetur.* Nec mirū Herodem ad adorandum Iesum minimè accessisse, sed potius ei mortē fuisse meditatam, si mortuus erat à mortuis sepultus adulatoribus.

Grego. 4. Mor. c. 25.

Denique tunc maximè peccator medicum effugit, ne ad sanitatem reuocari valeat, cum, additis criminibus, praua cōsuetudine tenetur. Cū primi Parentes audissent vocē Domini, sub hominis specie, ambulantis in Paradiso, ad auram post meridiē: *Abscondit se Adam, & uxor eius à facie Domini.* Gen. 3. Chryl. *Quanta (inquit) hoc est insipientia, quod à Deo, qui ubique presens est, qui abscondita scit, qui fingit sigillatim corda hominum, & nouit omnia opera eorum, qui scrutatur corda, & renes, qui etiam ipsos cordis motus cognoscit, abscondere se tētant? Et quare fugiunt? Ne mireris, dilectè; talis horum peccantium consuetudo est, ut tametsi occultari non possint, occultari velint. Si nō possunt occultari, cur occultari volunt? Non possunt occultari Domino aspicienti, sed volunt occultari Domino medicanti. Perspicatius adhuc D. Grego. *In qua occultatione non se Domino, sed Dominū abscondit sibi. Ne videlicet vulnere medeatur. Sic peccandi consuetudo**

Gene. 3. Chryl. ho. 17.

Grego. 12. Mor. c. 9.

hominem à salutis dimouet desiderio.

OBSERVATIO. V.

Principum ex-
plum ci-
ues se-
quuntur.

Turbato Rege Herode, subdita Ierofolyma consequenter incidit in turbationem.

Ad
Illud:

- Et omnis Ierofoly-
ma cum illo.
47. Cum Rege subditi turbati.
48. Orationes fiunt pro pacando Rege, ut omnes simul pace fruamur.
49. Turbamur cum turbato Rege, non gaudio afficimur cum exultante.
50. Ministri iudices imitantur.
51. Falsi testes non inueniunt falsum testimonium contra Iesum, quia iudices non inueniebant.
52. Caput languidum? Ergo nulla incuria sanitas.

47. **E**N exempli Principum, ac Magistratum vis. Omnis Ierofolyma, quæ diu expectauerat Regem Iudæorum, haud cum excipit gaudio perfusa, sed merore perturbata: quia suum Principem imitata est. Caiet. *Turbata (inquit) est Ierofolyma cum illo, applaudens Herodi. Propter quod Euangelista addit: Cum illo. Significans, quod imitando Herodem, omnis Ierofolyma turbata est.* Turbatio igitur aut pax ciuium à Regis vel pace turbatione exoritur.

48. Paulus Timotheo, *Obsecro primum fieri obsecrationes, postulationes, & gratiarum actiones pro Regibus.* Quare tantum petitionum, obsecrationum, nec non sacrificiorum præsidium? Ingrunt hostes? Imminent bella? terra, marique insonat armorum strepitus? Respondet. *Ut quietam, & tranquillam vitam agamus.* 1. Tim. 2. Fiant itaque pro nobis huiusmodi obsecrationes, non pro Regibus, si nostræ

sic paci consulitur. Imo quia nostræ utilitati studetur, pro Regibus orandum est. Quia Rege absque perturbatione incolumi conseruato, ciuitas vitam ducet pacificam. D. Ansel. *Ansel. Obsecrationes fiunt, ut vitam quietam agamus, ut gentiles non audeant inquietare nos: sicuti Herodem inquietauerunt, & cum illo omnem Ierofolymam. Quia scilicet Regis affectus subditos rapit expectatores.*

Obijcis, si turbamur cum Rege, cum eodem lætamur: Regem sequimur & curis affectum, & gaudijs redundantem. D. Cypri. *Turbatur cum Rege maligno Ierofolyma, non lætatur.* Regis profecto errore perimus, nequaquam eiusdem gaudio subleuamur. Eius igitur fugiamus principatum, qui nescit communia efficere gaudia, sicuti molestias, & incommoda efficere nescit: illi hæreamus Principi, qui sibi seruans bella, nos facit veræ pacis possessores.

Verum ad iudiciariam Herodis curiam doctrinam hanc allicit Dion. Carth. *Turbata est omnis Ierofolyma, conformantes se Domino suo; quia ut dicitur in Ecclesiastico, secundum iudicem populi, sic & ministri eius.* Vbi nutat caput, iustitia perit ob prauitatem ministrorum. Iudex etenim corruptus ministros inficit corruptella.

O quam assolent ministri iudicibus conformari! *Principes sacerdotum, & omne concilium quærebant falsum testimonium contra Iesum, & non inuenerunt, cum multi falsi testes accessissent.* Mat. 26. Vbi D. Paschasius acutam excitat questionem. *Quid igitur non inuenerunt? Numquid non inuenerunt falsum testimonium contra Dominum, quod quærebant? Et quia falsi testes erant, qui accesserunt, quomodo non inuenerunt falsum*

sum

sum testimonium, quod querabant. Mirum plane iudices iniquos falsum testimonium querere, & cum accederent falsitates, non inuenire. Nā si testes falsi sūt, qui accedūt, quomodo falsum testimonium non inueniunt, quippe cum à falso testimonio qualito & inuento falsi testes denominentur? Attende non dixisse Euangelistam iudices inuenisse falsum testimonium contra Iesum, sed quæsiuisse. At tanta est inter iudices & ministros conformatio, ut vel ipsi testes falsi non inuenirent falsum testimonium, sed tantum quærerēt: ut iudicibus quærentibus, nec tamē inuenientibus conformarentur. Inueniant iudices, quod requirunt, mox falsi testes procul dubio quæsitum falsum testimonium inuenient.

52.

Pasch. cit.

Pro. 25.

Hugo. Card.

Contemplatus item Rathbertus Abbas caput Republicæ tentatum iniustitia, membra corruptione deprauata, inclamat cū Propheeta. *A planta pedis usque aduerticem capitis non est in eo sanitas.* Et adijcit. *Ex eo patet, quia à planta pedis usque ad uerticem capitis nulla in eo populo erat sanitas, sed una iniquitas in omnibus una que intentio.* Quis scilicet caput populi sacerdotes, omne que concilium aduersum Iesum erat deprauatum. Quid mirum totum corpus infici corruptella, si caput languidū, si iudex corruptus? *Aufer* (inquit Sapiens) *impietatem a vultu Regis, & iustitia firmabitur thronus eius.* Pro. 25. Vbi Hugo Card. *Aufer iniquitatem a vultu prælati, id est auaritiam; & iustitia firmabitur potestas, & officium eius.* Sive ij, qui circa eius potestatem, & officium munus exercent. Plura alibi.

OBSERVATIO VI.

Sacerdotum circa Domini natalitia non fidelis responsio.

Herodi sciscitanti: Vbinam Christus naceretur? respondent Sacerdotū proceres in Berthehem nasciturum iuxta Prophetę vaticiniū. In cuius expeditione arguuntur sacerdotes, (loquor cum magno Alberto) *scriba de tribus. De prodicione, de ignorantia, de malitia.* Singula capita percurram.

53.

Albert. hic.

Caput primum.

Sacerdotes ij de prodicione, siue arcana iniusta reuelatione arguuntur.

54. Sacerdotes Ierosolymæ Regis cœlestis vulgarunt arcana.
55. Piaculū arcana cœlestia peccatori aperire.
56. Qui indigno secretum celeste reuelat, ante porcos projicit Margaritum.
57. Magi hunc thesaurum, seu arcana aperiant coram Iesu non in Herodis conspectu.
58. Licet impræbus tibi sic coniunctissimus, non ei cœlestia aperies arcana.

Indignis reuelanda non sunt Regis cœlestis arcana. Ad illud: *At illi dixerunt In Bethlehem.*

De prodicione arguendos sacerdotes sic ostendit Albertus. *De prodicione, quia secreta Dei consilia de liberatore prodiderunt impiissimo cani Herodi contra illud, quod dicitur Tobia* 12. *Sacramentum Regis abscondere bonum est. Et Mathi. 7. Nolite sanctum dare canibus, & Margaritas nolite projicere ante porcos.* Piaculum profecto Regis cœlestis arcana indigno reuelare.

54.

Albert.

Hinc Regius Vates, *In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi.*

Psal.

Psalm. 118. Tibi inquam Regi, cuius
 secretum thesauri iactat, in agro est
 pectoris custodiendum. D. Ambro-
 sic locum interpretatur. Propterea
 ergo mysterium Regis bonum est abscon-
 dere. Peccat enim Deo, qui comissa sibi se-
 creta mysteria putaverit indignis esse vul-
 ganda. Thronos Georg. Venet. queis
 Sacerdotes figurari affirmat, cum Sa-
 turno componit, ut doceat, quam sa-
 cerdoti ad natum sacra mysteria,
 quando opus est silentio custodire.
 Nam Saturnus (ait ille) silentio, & so-
 litudine delectatur. Unde Saturni eius in
 se collecti silentio arcana Dei perscrutan-
 tur. Ut videlicet tenaciter (vni Vene-
 tus inquit) apud precordia reti-
 neant.

56. Sententia illa: Margaritas nolite
 projicere ante porcos. Quia Albertus in
 sui argumenti confirmationem uti-
 tur, illustranda est. Margaritarum
 namque vocabulum ad thesauri per-
 tinet ditionem. Magister sic. Simile
 est Regnum caelorum thesauro abscon-
 dito in agro. Mat. 13. D. Ambro-
 sic exponit. Utique non aurum, non ar-
 gentum, non pecunia comparari potest
 Regno caelorum. Sed eloquia Domini elo-
 quia casta, argentum igne examinatum.
 Hunc ergo thesaurum sapientia & cog-
 nitionis absconditum in agro, in quo planta-
 ta sunt verba scripturarum caelestium,
 cum inveneit homo, abscondit illum in
 corde suo, nec divulgat eum; sciens, quia si
 divulgaverit Babylonis thesaurum Dei,
 magnam offensam contrahet. Cave ergo,
 ne divitias tuas perfidis prodas, & si ami-
 citiam simulent, non illis aperias interiora
 domus tuae, non referes thesauros Regios,
 quos Babylonis scire non debent. Hoc est,
 quod in Evangelio dicit Dominus, No-
 lite mittere margaritas vestras porcis.
 Quid Alberti testimonio, Sacerdo-

tumque commisso accomodatius?

Id certe confirmat mystica the-
 saurorum diei huiusce referatio. Et
 apertis thesauris suis, obtulerunt ei mune-
 ra, aurum, thus & Myrrham. Mat. 2.
 Vbinam hi thesauri aperiuntur? Nū-
 in Herodis conspectu? Minime, sed
 coram Iesu. Hanc Galfridus movet
 questionem. Quid necesse erat scribere-
 tur, quid thesauros aperiant? Respon-
 det. Ferte vobis eadem sermone hoc rōde-
 bitur commendatum, ne quis thesaurum
 suum publice ferat; sed intra conscientia
 claustra a tegeat, ut illi lesa scilicet, soli
 aperiat. Si magis datum Regem Iuda-
 ram inclamant, fidium Dei contueor
 Angelorum Principem. Si visam à se
 stellam indicant, se Spiritus sancti igne
 illa innotatos, accatos que dissi-
 mulant. Hoc quidem in praesentia
 Herodis pravi Babylonis Regis. At
 in conspectu Iesu thesauros aperiunt
 auro, incenso, ac myrrha Regem,
 Deum, hominem haud pronunciare
 duvitauerunt.

78. Tr (inquit Iesus) faciente elemosy-
 nam, nesciat sinistra tua quid faciat dex-
 tera tua. Mat. 6. Vbi dextrae nomine
 opera exprimentur, quae ad coelestis
 beatitudinis consecutionem expe-
 ctant. Quid autem sinistrae appellatione
 significatur? Respondet Ambro.
 Unanimis tuus, frater tuus, quod facis
 nesciat. Adde sinistrae nomine non
 solum unanimum ac fratrem, sed vna-
 nimum fratrem sinistram, siue pecca-
 torem de signari. Quid de operum
 dexteritate certior facis sinistram,
 qui Iudam sinistram imitatus, obij-
 ciat, Ut quid perditio haec sine ad ope-
 ris dexterae perditionem insurgat, si-
 cuti Herodes nati Regis est exitium,
 perditionemque meditatus.

Pl. 118.
 Ambro.
 Venet.
 Cant. 1.
 Ton. 4.
 c. 5.

56.

58.

57. Mat. 2.

Galfr.

58. Mat. 6.

Ambro. l. 1. off. c. 30.

Caput secundum.

Ignorantia de decet Sacerdotes. Ad 59. Ierosolymæ Sacerdotes ignorant. Illud: 60. Paulus Sacerdos futurus ad scholam facris imbuendus inmittitur. At illi dixerunt in Bethlehemi Juda. 61. Vel gentilibus hæc peruia doctrina. 62. Non est leuiter intruendus Sacerdos. 63. Christus Apollolos non repente sed ex doctrinæ profectu effecit fieri piscatores. 64. Sacerdos in doctus sibi ipsi letalis. 65. Sacerdos, & doctus debent identificari. 66. Sdiote ministri Christi persecutores.

59. **Q**uoniam modo de ignorantia Sacerdotes illi sint arguendi, idem ostendit Albertus, dum ait. *De ignorantia autem; quia nescientes verba Prophetarum, non adducunt scripturam sicut iacet. Cum tamē nihil notandum sit in sacro eloquio. Iob. 29. Verbis meis nihil addere audebant: sed stillabat super eos eloquium meum. Hi igitur ignorantes, Sacerdotes, non minus, quam Herodes, Christum sunt persecuti.*

60. Valde necessaria sacerdotibus sapientia. Constituit Iesus Saulum nouæ legis ministrum, cui Dominus, *Surge, & ingredere ciuitatem, ibi dicetur tibi, quid oporteat facere.* Eum mittit ad Ananiam nouæ legis mysterium edocendum. Bern. *Os sapientia, vniuersa suauiter disponens! Eum, cui tu loqueris, erudiendum mittis ad hominem, ut edoctus per hominem, discat & ipse secundum datam sibi gratiam, hominibus subuenire.*

61. An non Sacerdotium Regnum? *Qui fecit nos Regnum, & sacerdotes. Apo. 1. O quanta sapientia sacerdotalis Regni administratores polleant necesse est? Affirmat Venet. quod Saturnus typus sacerdotum, lannū docuerit sapientiam, & partem Regni ei cessisse. In hoc inuenis sapientia refertum maximam partem habere ad hoc Regnum*

obtinendum. Nec tamen leuiter hic instruendus. Sunt qui vix latinum callentes sermonem, se somnio præsumunt illuminatos. Vidit Saulus (quasi per metus excessum, quem D. Bernard. somnium appellat) virum Ananiam nomine, introeuntem, & imponentem sibi manus, ut visum recipiat. Non allumendus ad sacerdotium is, qui se videntem seu doctum somnauit, sed qui verè videns est. Ideo Ananias repugnavit, id obijciens. Audiu à multis de viro hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis. Nemini proinde (ait Apollolus) cito manus imponas. Id quod adnotauit Bernar. fatus. Iubetur Ananias manus imponere Saulo: sed tanquam bene eruditus, non continuo acquiescit. Vide enim si non Paulus ipse doctrinam hanc tradidit Discipulo, Nemini (inquiens) cito manus imponas. Hac dico (subdit) quia vereor, ne forte quis sit inter nris, qui falso se somnio præsumat illuminatum esse, nec iam equanimiter patiatur ad manus trahi; sed doctorem se se profiteatur alienum. Ne igitur cito ó Presul, cui manus imponas. Nec enim sacerdoti leuis sufficit scientia. Sapientissimum esse oportet (loquor cum Chrysost.) & perspicacem in omnibus sacerdotem, & mille ex omni parte oculos habentem; quippe qui non solum sibi: sed etiam populo viuunt.

Sacerdotum Christus studens electioni, sic Petro, & Andræ. *Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum.* Id est, nouæ legis sacerdotes. Mat. 4. Cur non dixit, Faciam vos piscatores sacerdotes: sed faciam fieri? Ansel. *Frustra laborat Doctor, nisi Deus faciat ut proficiat.* Non vtiliter doctores Petrus & Andræas mox constituerentur, nisi prius à Iesu ad scholam mitte-

Act. 9. Bernar. cit.

63. Mat. 4.

Ansel.

mitterentur, profecturi & Ideo ait, *Faciaturis fieri* id est, institui, edoce
ri, ut sacerdotale munus conuenien-
ter obire possitis.

64. Eleganter D. Greg. Nazian. *Anti-
Naziân.* *fles, siue sacerdos, facile inuenitur, non
ora. 20.* *elaboratus; sed recens quantum ad digni-
tatem simul satus, & editus. quemadmo-
dum Poeta Gigantes fabulantur.* Num
non audisti de Cadmo draconis à se
interfecti dentes seminasse, unde sta-
tim Gigantes pullularunt à capite
vsque ad fœmur armati, qui eodem
die inito prælio, se ipsos mutuis vul-
neribus confecerunt? Sacerdos si-
mul satus, & editus somnio gigas, nõ
vere, sibi ipsi interimẽdo, sibi exitia-
lis & armatus existit, minimè Domi-
nico gregi tutando, dirigendo.

65. Ratio est, quia distingui vix po-
test inter Sacerdotem & doctum; vn-
de priusquam sacerdos quis consti-
tuatur, doctus efficitur. Inde Hiero.
Hier. ad Agg. *Sacerdotis est scire, & ad interrogatio-
nem respondere de lege. Sacerdotis (in-
quit) est.* Ac si diceret, ad Sacerdotis
essentiam quodammodo pertinet sa-
pientia. Sic olim Legislator. *Anima
cum peccauerit per ignorantiam.* Ad vni-
uersum populum lex huiusmodi ex-
pectat, quippe cum populus capax
sit ignorantie. At de Sacerdotibus.

*Si Sacerdos, qui vnctus est, peccauerit,
offeret pro peccato suo vitulum immacu-
latum.* Leu. 4. Cur non similiter adie-
cit Textus: *per ignorantiam?* Respon-
det acutè Origenes. *Observandum sa-
ne est, quod in peccato Pontificis, seu Sa-
cerdotis, nõ addidit Legislator, quia per
Orige. hom. 1. in Leu. ignorantiam, aut non voluntate peccauit.
Neque enim cadere ignorantia potest
in eum, qui et ceteros doceret pronectus
est.*

66. Concludit Albertus. *Ignorantes*

*Sacerdotes non minus quam Herodes,
Christum sunt persecuti.* Saulo ad legis
Molayæ tuitionem Christianique
nominis abolitionem festinanti Do-
minus, *Saule, Saule, quid me persequeris?*
Act. 9. Domine Iesu, quonam modo
te Saulus persequitur, quem adhuc
non nouit? Non ne ignorans te, in-
terrogauit? *Quis es Domine?* Imo quia
me ignorat, me persequitur. Sacer-
dotali munere fungi curat Saulus,
dum legem defendit, proximos tu-
tatur; sed persecutionem indicit Ec-
clesiæ, qui Christum, eius que igno-
rans mytheria, ad animorum salutem
(vti existimat ipse) festinat. Tam pul-
chrè quam breuiter D. Bernardus.
Ignotum persequeretur. Hoc est, Ideo
persequitur, quia ignorat. *Ignorantes
enim Sacerdotes Christum sunt persecuti.*
Ideo Gigantes illi (de quibus Na-
zianz. simul) sati & editi, armati ap-
parent, vti scilicet Ecclesiæ inferant
persecutionem.

Act. 9.

Bernardus
vbi.

Caput tertium.

¶ *Sacerdotes hi taxabiles effecit malitia.*

- 67. Ierosolymæ Sacerdotes sacrorum testi-
moniorum truncatores.
- 68. Bifrons à sacris cõmentarijs deturbatur.
- 69. Truncantes testimonia contionatores.
- 70. Qui sacram abscindunt doctrinam, abs-
cinduntur.
- 71. Non solnm concionator arguat, sed ob-
secret.

Sacer-
dotum
seu con-
cionato-
rũ mali-
tia in-
truncan-
dis scri-
pturæ
testi-
monijs
reprehẽ-
ditur.

Ad
illud:

DE malitia denique arguendos *At illi
Sacerdotes illos, sic Albertus dixe-
demonstrat. De malitia arguuntur, quia runt In
hoc tantum de Prophetia inducunt, quod Bethe-
potuit prouocare Herodem: & tacent hoc lehen
quod mitigare poterat ferocitatem eius. Iuda-
Non enim dicunt nisi id, quod loquitur
Prophe-*

Propheta de temporali natiuitate, de qua turbatus fuit Herodes; & de aeterna tacent, quod sequitur: Et egressus eius ab initio a diebus aeternitatis. Quod si addidissent, cogitasset Herodes, quod aeterna, sunt, quae dicuntur, & non temporalia Regna; requireret Christum, & mitigatus fuisset, & cessasset persequi. Duplex igitur Sacerdotum Ierosolymitanorum malitia. Nam & truncarunt, siue absciderunt Prophetae testimonium, & tacerunt id, quod lenire poterat Herodem audientem, id solummodo proferentes, quod vulnus acerbaret.

68. In Primam Sacerdotum malitiam expendo, & confirmo. Pravi Sacerdotes, dum magis adulationi, quam praedicationi vacant, abscindentes sacra testimonia, quod securitatem peccatoribus offert, praedicant: quod timorem incurrit, supprimunt. Quid David? Dulcis & rectus Dominus. Illi dulcem euulgant, rectum esse conticent. Miserator, & iustus. Inclamant miseratorem, iustum autem esse nulatenus affirmant. Ingeniose Venetus innuit Saturnum (quem cum Sacerdotali statu componit) a se Ianu bifrontem ablegasse. Nec enim bifrons, qui idem obiectum potest respicere, & non respicere: ex sacraque sciencia ad vnam periodum oculos tendere, noxie que alteram post tergum ad aeternitatem attinentem non lustratam relinquere: debet ad sacerdotum coerum pertinere. Sic Sacerdotes hi priora respicientes (Ex te enim exiet dux) post se dies aeternitatis non ad spectant.

69. Quorum certe sacerdotum supplicium te faciet in huiusmodi culpe venire cognitionem. Iudei prauis Discipuli, concionatoris iniqui ad

memoriam reuoca exitium. Crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius. Act. 1. Vbi Caiet. Vt poena tanti sceleris diuino iudicio intelligatur. Deu enim iudicis est peccatores poena delicto simili punire. Poena hic Iudaei abscisio, omnium que visceru effusio, simile igitur peccatum. Quod nam? Accessit ille ad Iesu hostes, factus. Quid tuis mibi dare, & ego eum vobis tradam? Quem eum? Num dixit, Hominem eum ac simul Deum vobis tradam? Illud equidem aperuit, quod mouit ad comprehensionem. (Ex te exiet dux) illud tacuit, quod procul dubio reuocaret a crimine, (Et dies eius a diebus aeternitatis.) Abscidit veritatem, lustrum igitur abscinditur: Crepuit medius. Non omnem protulit circa Christum, cognitam doctrinam? Merito ergo omnia ipsius viscera diffusa recesentur: Diffusa sunt omnia viscera eius.

Paulus, Utinam & abscindantur, qui vos conturbant. Gal. 5. Id est, utinam culpe consonum supplicium experiantur! In cuius expositionem quaeris, qui nam hi Ecclesiae conturbatores? Superius paulo dixerat. Qui autem conturbat vos, portabit iudicium. Vbi Caiet. De Pseudo Apostolis dicit. Qui autem conturbat vos, portabit iudicium. Qui cumque est ille absque exceptione punietur procul dubio a Deo. Pseudo Apostolos certe (secutus Doctorum expositionem) illos appello, qui non integram aperiunt auditoribus veritatem, qui que praetextu proferendae veritatis aliqua praecidunt ad fidem pertinentia, aliqua in proximorum incommodum sicut haeretici asolent, reticere non verentur. Cum igitur huiusmodi prauis concionatores procul dubio a Deo puniendi sint

Act. 1
Caiet.

70.
Gal. 5.

Caiet.

fiat absque exceptione. *Utinam* (inquit Apostolus) iam *abscindantur* hi, qui vos conturbant, nec ulterius permittantur Ecclesiam perturbare. Abscindendi enim sunt PseudoApostoli, uti culpe pena respondeat. Qui enim abscindunt, Iudæ in morem, sacre doctrinæ testimonia, dulcia aperientes, operientes amara, in ipsius morem PseudoApostoli Iudæ, oportet abscindi. Adestote animis concionatores; (Heu fuisis id memoro lacrymis) nū instituti vestri testimoniorum sacrorum si non noxiè, inutiliter tamen, ac indecenter periodos refecare? Cauete ne & vos abscindamini è vite.

Alteram Sacerdotum malitiam breuiter aperio, & illustro. Tacuerunt ij id, quod lenire poterat He-

rodem, solummodo referentes id, quod dolorem vulneris auxit. Virū que præstare deberet Sacerdos, & dulcia, & amara proferre. Paulum audite. *Argue, obsecra.* 2. Tim. 4. Thi. 4.
 Postquam argueris, postquam acriter obiurgaueris auditorem, obsecra, eundem videlicet consolari cura. Medici exemplo id ostendit Chrysol. *Medici primo imponunt cataplasmata magis efficacia, deinde, rupto vulnere, ea, qua leniunt.* Sicut patres filios suos videntes in compositis moribus, prius verberibus corripunt, deinde admonent, & solantur. Ita & concinator post increpationem, consoletur auditores. Haud sic Sacerdotes illi, de Prophetia (cum Alberte loquor) inducunt, quod potuit prouocare Herodem; & tacent hoc, quod mitigare poterat ferocitatem eius. Chryf. hom. 7. in Gen. Alber.

SECTIO QUINTA.

Magorum in Bethlehemum immissio.

TEXTVS.

Verf. 7. *Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis.*

Verf. 8. *Et mitens illos in Bethlechem, dixit: Ite, & interrogate diligenter de Puerro, & cum inueneritis, renunciate mihi: ut & ego veniens, adorem eum.*

Verf. 9. *Qui cum audissent Regem, abierunt; & ecce stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos, usque dum veniens, staret supra, ubi erat Puer.*

Verf. 10. *Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valdè.*

COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES.

¶ *Cur Magi sunt clam ab Herodo vocati?*

S. I.
 Particula
 Clam in
 malum
 accipi-
 tur.

Tunc Herodes clam vocatis Magis. Particula *clam* in malum frequenter accipitur, sicuti adverbium *Secretè* in bonū. Id quod ad notauit

Abulè. hisce verbis. *Clam* sonat in malū: si dixisset, *Secretè*, poterat in bonum interpretari; sed *clam* ad malum est. Ita dicit Ecclesia matrimonia clandestina, quæ occultè sunt facta propter aliquod malum.

Cur igitur clam Magi vocantur? 2.

Alij

Varie
ratio-
nes.

Alij dicunt, ne Magi cogerentur a-
liquid de secretis suis coram multi-
tudine manifestare. Occulté quæsi-
uit, vt ad respondendum soli Regi
faciliores redderentur. Respondent
alij Herodem per accidens adduxisse
Sacerdotes, & scribas, quia sine il-
lorū consilio minime poterat Magis
respondere. Nunc autem nō erat illo-
rū necessaria peritia, aut ministeriū,
vt Stellę ortus indicaretur, quod e-
quidem ad solos Magos pertinebat.

3.
Aucto-
ris mēs.

Ego autem ex præmissa aduerbij
Clam lignificatione respondeo, He-
rodem nihil aliud moliri, quam ne-
sciam Infantis, ideo clā Magos vocat,
ne Iudæi, quos alienigena ille habe-
bat suspectos, Regem suę gentis amā-
tes, & eius proderent consilium, &
executioni obstaculum adhiberent.
Possent enim (vti Stra. adnotauit) *Cri-
stum futurum sibi Regem occultare*. Obij-
cis. Cur ergo à Iudæis quæsiuit de lo-
co natiuitatis Iesu? Quia vti Magis
satisfaceret, quæsiuit, vade nullahinc
contra Herodem suspicio gigni po-
terat: secus si corā Iudæis circa Stel-
lę exortum periculum faceret. Id ita-
que, quod occultum esse Herodes
curabat, clam erat peragendum.

Strab.

Regia
est arca
ni custo-
dia.

Herodes Rex, consequenter se-
creti custos, clam Magos ad-
ocauit.

Ad

- Ilud:
Clam
uoca-
tus Ma-
gis.
4. Regale secretum inter paucos.
 5. Christus Rex sponsæ in sinu quiescenti ar-
cana sine necessitate non reuelat.
 6. Pastor Saul secreti custos, quia inunctus in
Regem.
 7. Ionathas Regis filius augustam hanc pro-
prietatem ebiuit.
 8. Hanc Regi Lygimacho amicus imprecatur.

4.
Albert.

CAusam reddit Magnus Alber-
tus paucis illustrandam. Quia
quod inter plures dicitur, facilius manife-

statur. Volebat autem Herodes hoc ver-
bum esse occultum, ne per famam publi-
cetur. Illud pondero: Volebat au-
tem Herodes hoc verbum esse occultum.
Tum, quia oportebat ad propositi
executionem minime euulgari; tum
etiam quia Regalis prorsus cuiusuis
secreti diligens obseruatio.

Cuius Christus Rex exemplū præ-
buit, dum vel Ecclesię Sponsæ in sinu
eius quiescenti haud sine vrgēti cau-
sa arcana reuelat. Postquam sponsa
Christū Regis nomine nobilitari cu-
rat, *Dū esset* (ait) *Rex in accubitu suo*, id
est in lectulo suo: *narus mea dedit o-*
dorem: mox huiusce lectuli Regij des-
cribit proprietatem, fata, *Lectulus*
oster floridus. Cant. 1. Vbi apposite D.
Amb. transfert, *Lectulus*, id est, *acclina-*
tiō nostra oppida. Propter arcanorū sci-
licet (vt ipse exponit) opertionem.
Non equidem Regium nomen sa-
tis explēuisse videretur Sponsus, si
vel Ecclesię sponsæ in sinu eius
quiescenti facile quoduis arcanum
reuelaret.

52

Cant. 12

Ambry

Saul à Samuele audiuit asinarū in-
uētionē, audiuit & Regni vaticiniū,
imo vnctus fuit in Israelis Principē.
Et dixit ei patru^s suus: Indica mihi quid
dixerit tibi Samuel? Et ait Saul ad patru^m
suam: Indicauit nobis, quia inuenta es-
sent asinae. Adijcit notanter Textus.
De sermone autem Regni non inducauit
ei. 1. Reg. 10. Quam equidem pru-
dentiam, (verius continētiam appel-
larim) non satis miratur Dionysius
Carthusi. dicens. *Secretum illud tam*
congruē siluit, nec proximis suis aperuit,
quod illis valde potuit exhilarare, &
de se admirationem inducere. Quid pa-
stori rustico cum tam accurata ar-
cani custodia? Profecto id præsti-
tit (me iudice) Saul non ex quo ca-

63

1. Re. 10

Cartho

pite rusticus erat; sed ex quo caput Israel, pastor gregis Dominici, Rex electi populi fuerat inuictus. Regalis quippe conditio diligens secretorum obseruatio.

7. ^{1. Re. 14} Quid non Regia proles huiusmodi condecoraretur proprietate? *Accidit quadam die, ut diceret Ionathas Filius Saul ad adolescentem armigerum suum: Veni, & transeamus ad stationem Philistinorum. Patri autem suo hoc ipsum non indicauit. 1. Reg. 14. Consilium de aggrediendis Philistheijs Patri non indicas? Profecto res gerenda illis tantum, sine quorum auxilio geri nequit, aperienda est. Id omnibus commune. At peculiarius Ionathæ Regis Saul filio inseparabilis conditio arcanum custodire. Non enim sine causa addidit Textus, *Filius Saul*. Indecens quippe esset Regis filio vel Patri sine occasione, quod gerendum strenuè erat, manifestare.*
8. * *Philippidi Atheniensi, (verbis vector Plutar.) qui ob virtutem charus, ac per quã familiaris Lysimacho Regi erat, Lysimachus cum dixisset, Num quid rerum suarum expeteret? ille respondit Solum ò Rex, ne arcanorum tuorum quidquam mihi credas. Nihil æque Regiæ dignitati absouum adiucauit, quam secreti peruulgationem. Vnde Regi charus per quãque familiaris gratiam refert, dum id imprecatur Regi, per quod Regia valdè dignitas illustratur.*

¶ *Herodes à Magis tempus discit Stellæ, eosque deuotionis pretextu callidus in Bethlehemum immittit.*

9. ^{Cur à Magis discere voluit Hero-} **D**iligenter didicit ab eis tempus Stellæ. Primo quærendum, quare à Magis Herodes Stellæ tempus discere curauit? Respondeo Herodem

intendisse Messiam interimere, ne per ipsum Regno priuaretur. Ideo cognoscere curauit Stellæ, ac consequenter tempus natiuitatis, ne ob ætatis ignorantiam alium loco Iesu occideret. Enim vero cognoscens Stellæ tempus, ætatem Pueri omninò callebat; quia Stella tunc apparuit quando Messias exortus est. Id probat & Stellæ ministerium: erat enim nunciatus Saluatoris natiuitatem; & Magorum præconium fantium: *Ubi est qui natus est Rex Iudeorum? Vidimus enim Stellam eius.* Ac si dicerent, Ideo quæritum venimus, & natum prædicamus, quia coetaneam eius aspeximus Stellam. Huiusce mentis est Haymo. *Stella (inquit) tempus didicit, quia timebat, ne Magi non reuerterentur; ex Stella autem expiscari poterat Messias ætatem, ut illum occideret. Tunc enim natum putabat, cùm Stella est nata.* Hunc sequuntur Remigius, Abul. & alij.

Rogas 2. Cur nõ id quæherit Herodes à Iudæis? Quia fortè id certò ex Scripturis minimè coniectari poterant. Sic Doctores. Ego autè respondeo, quia licet Iudæi scirent, aut coniectari possent Messias natiuitatis tempus determinatum, haud Herodes à sibi suspectis sine cogente necessitate rogaret. Ideo arbitror ab eis de loco natalis Dominici quæsiuisse; quia vt Magorum interrogationi satisfaceret, per alios tunc minime certificari poterat. At nunc de tempore natiuitatis Messias certior effici poterat per Magos, per Stellam. *Diligenter itaque didicit ab eis tempus Stella, vt in personæ cognitionem, qui dignouerat locum natiuitatis, facilius veniret.*

Et mittens illos in Bethlehem. Misit Magos Herodes in Bethlehem, ac si

des Stel
la tem
pus?

Haym.

10. Quare non id requisit à Iudæis?

Cur mit-
tit Hero-
des Ma-
gos in
Bethle-
hem?

affirmaret ex Sacerdotum & scri-
barum responsione ibi natum Regē
commorari. Non ne ab Stella diri-
gerentur? Quid igitur opus fuit Ma-
gos ab Herode immitti? Putabat, me
iudice, Rex Stellam amplius nullate-
nus aspiciendam.

12.

Quare
de Pue-
ro inter
rogare
iuben-
tur?

*Dixit, Ite, & interrogate diligenter
de Puerō. Vbi Magn. Alber. Non di-
cit: Interrogate quis, vel ubi sit Puer?
Sed de Puerō, ut omnes circumstantias,
quae de Puerō erant, inuestigaret. Interro-
gate (inquit) de Puerō. Cur non de
nato Rege Iudaeorum? Alterius Re-
gis nomen os tyranni Herodis non
capiebat. Chrysofto. Quia nec princi-
patus nomine eum Vocari sustinebat.*

13.

Mentitur
pietate
Herodes.
Plato
apud
Stob.

*Et cum inueneritis, renunciate mihi,
ut & ego veniens, adorem eum. Quam
apposite vel Gentilis fatur! Tyranni-
ca calliditatis est, simulare se ijs consultiō
velle, quibus struunt insidias. Mentitur
versū pellis pietatem, occidere, non
adorare volebat. Contumax (ait Chry-
sol.) seruus Domino nascenti parat la-
queos, non honorem; mortem preparat, ut
careat seruitute. Sanguis (D. Fulgent.)
Innocentium, quem crudeliter effudisti,
attestatur, quid de hoc Puerō voluisti.*

Sub de-
uotio-
nis spe-
cie non
semel
malitia
latitat.

Herodes inter deuotionis obse-
quia facilius aduersus Iesum
gladium ex acuit.

Ad
Illud:
Ut &
ego ve-
niens
adore
eum.

9. Sub deuotionis specie quandoque malitia.
10. Quinam in veritate non seruiant?
11. Impuras manus leuat, qui simulans deuotionem, Deo vulnus infligit.
12. Qui temporalia aucupari curat, non orator, sed occissor.
13. Indignè cōmunicans Herodi per similibus.

14.
Chryf.

D. Chrysofto. ad hęc, Prætendit
Herodes deuotionis causam, fa-
tus; ut & ego veniens adorem eum, ut

inter deuotionis obsequia gladius facilius
acuitur. O quotiens sub deuotionis
habitu vis latet meretricia, sub obse-
quio superbia, sub eleemosyna auaritia!
*Vulpi esurienti somnus obrepit. Pro-
uerbij loco vulgariter circumfertur.
Vulpes, urgente fame, somnium si-
mulat, vt allectas venetur aues, ac de-
uoret. Herodes urgente Regni cu-
piditate, simulat adorationē, vt Chri-
stum comprehendat, ac occidat. Cru-
delissima (inquit Chrysoft. Herodes)
venationis avidus, multo cura ambitu ten-
dit insidias.*

*Timete Dominum, (Samuel incla-
mat) & seruite ei in veritate. 1. Reg.
12. Deo etenim in veritate non ser-
uit, qui exterius adorans, Domini vo-
luntati aduersatur. Vnde D. Grego. Grego;
Qui in veritate (ait) Deo seruire cupiunt,
totum cor in diuinis obsequijs ponere in-
bentur; ut sic quae Dei sunt, agant: ut in
mente aliquid, quod contra Deum sit, non
retineant. Ne vulnus operiant deuotionis
simulatione.*

O periculosa, ac exitialis deuotio,
verius dixeris, deicidium! Ado-
rationis prætectu genua curuas, ma-
nus leuas; sed ad vulnus proculdu-
bio inferendum potius, quam ad o-
randum. Paulum audite. *Volo ergo vi-
ros orare in omni loco, leuantes puras ma-
nus sine ira, similiter & mulieres. 1. Ti-
mot. 2. Quid puras manus sine ira
leuare? Cum ira manus extollit in
oratione, qui deuotionis ac obse-
qui simulatione, Deo vulnus infligit.
Appositè Tertulian. Tertul.
Qua ratio L. de o-
est, manibus quidem ablutis, spiritu rat. c. 11
sordescente, orationem obire? quando
& ipsis manibus spirituales mundiciae
sint necessario, vt a cade, & sententia
pura allentur? At qui cum humilitate
adorantes, commendamus Deo pre-*

ces nostras. Et quidem cade ac læuitia manus maculatæ sunt, quando in proximum exurgentes, ipsi Deo persecutionem excitamus iuxta illud: *Salue, Salue, quid me persequeris?*

Act. 9.

Act. 9.

17.

Disceptare quidem cum Deo (ne dicam pugnam instituere) visus omnino, qui deuotæ adorationis obiectu, (vti Herodes) aut quæstus temporarios, aut honores, aut voluptates acquirere molitur. Rursum Pauli testimonium expendo ex cuiusdam (quam suppressi) particulæ enodatione. *Leuantes puras manus sine ira, & disceptatione.* 1. Tim. 2. D.

1. Tim. 2.

Ambr.

Ambrosij expositionem secutus, disceptatio eum significat, qui non oraturus; sed disceptaturus, siue pugnaturus accedit. Quærens namque ex oratione aut diuitias, aut honores, aut voluptates, non orat, non adorat; sed cum Deo disceptare, ac quodammodo pugnare infligendo vulnus, accurrit. *Nunc* (inquit Pater) *de Disceptatione videamus. Plerumque negociator venit ad orationem, aut auarus de pecunia cogitat, alter de lucro, alter de honore, alter de cupiditate: & putat, quod Deus eum possit audire. Et ideo, quando oras, diuina humanis præferre te conuenit.*

18.

Particulam illam: *Similiter & mulieres*, expendamus. Si quando enim mulierculæ captandi honoris cupidæ ad sacram Eucharistiam accedunt: vereor ne Herodi similes Regum appetenti, non tam adorent, quam trucidare Iesum meditentur. *Cauere* (inquit Chrysostomus) *ne Herodi efficiaris similis, & dicas: Vt & ego veniens, adorem eum. Cumque veneris, interimere coneris. Huius enim similes sunt, qui abutantur communione*

Chryf.
hom. 7.
in Mat.

mysterij. Timeamus igitur, ne quando speciem supplicum, atque adorantium geramus, opere verò existamus inimici. Hæc Doctor.

¶ De Stella remeantis obiectu.

QVI cum audissent Regem, abierunt; & ecce Stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos. Stella totius viæ dux prope Ierosolymam disparuit. *Ut relictæ ab Stella*, (loquor cum Imperf. Auctore) *cogrentur in Hierusalem interrogare de Christo, simul & manifestare de illo: iterumque se se dedit aspiciendam.*

19.

Antecedebat eos, quo usque staret supra, ubi erat Puer. Quæsierant Magi, Ubi est, qui natus est Rex Iudæorum? Vti videlicet Iudæorum responsio Stellæ indicaturæ, si abscondita non fuisset, gereret vices. At Stella suo muneri satisfaciens, in ipsum descendens tugurium, radijs que speluncam illustras, certius quam ludæi, respōdit, Hic est, qui natus est Rex.

20.

Stella indicat, vbi esset Puer, certius quam ludæi.

Num necessarius Stellæ ducatus postquam Magi erant de Christi natiuitate facti certiores, in Bethlehemi que profectum instituerint? Conuenientē fuisse hisce causis Doctorum affirmant. Primo ad consolationem Magorum; eam enim rursus aspicientes, gaudio magno perfusi sunt. Secundo, quia Stella data fuerat Magis totius itineris comes, quod si ob speciales causas disparuit, debuit postea munus sibi iniunctum perfectè complere. Tertio ad tollendam Magorum suspiciōem, num propter aliquod eorum commissum cœlesti fuissent inbare privati?

20.

Num Stellæ ducatus necessarius.

Quar-

Quarto, quia ſi Stella non rursus apparuiſſet, forte in Magorum mentem aſcenderet, Deum iam eis nolle Regem natum manifeſtare, Quinto, vti duplici teſtimonio & Iudæorum & Stellæ totaliter Magi certificarentur.

21.
Aucto-
ris mēs.

Nos autem ideo conueniens, imo neceſſarium fuiſſe Stellæ reditum putamus, quia ſine illius ductu minimè certificarentur. Id oſtendo. Ex Sacerdotum reſponſione ſolummodo planum effectum eſt Chriſtum in Bethlehem naſci debuiſſe. Vnde non planè cognoſcerent Saluato-rem, ſi multi pueri nati fuiſſent in Bethlehem, quorum quiſnam eſſet Rex natus in tanta rerum inopia non facile diſtinguerent; imo à tugurio Regem requirentes, omninò ablegarentur. Hinc colligitur Stellam neceſſariò apparuiſſe, vti rutilans *ſuprà ubi erat Puer*, plane Magi natum Regem cognoſcerent, & adorarent.

22.
Quomo-
do Stei-
la Magis
occul-
ta
batur,
& appa-
rebat?

Quæris, Quomammodo Stella Magis occultaretur; & quando apparebat, num ab omnibus, vel à ſolis Magis videretur? Primæ quæſtionis parti ſatiſfacio. Stella potuit diſparere dupliciter, vel reddita inuiſibilis, vel non viſa, ex aliquo viſantis defectu. Item potuit fieri inuiſibilis, ſi deſineret omnino eſſe, vel ſi manens acquireret inuiſibilitatis conditionem. Reſpondeo igitur Stellam haud omninò fuiſſe annihilatam, ſeu nube opertam (ſicuti quidam interpretantur) ſed defectu Magorum viſam non fuiſſe. Hic autem defectus minimè fuit aliqua oculis Regum impreſſa qualitas impediens Stellæ fulgorem, ſed impoſſibilitas ob diſtantiam. Puto

enim Stellam ſubitò eleuatam ad locum valdè celſum, in quo non poſſet videri, licet ſecundum ſe maneret viſibilis. Non ne Stella iuxtà terram peruolabat? Certe vti hærens terræ Magos dirigit, paruum corpus ſufficiens erat; quod ſi verſus lunæ cælum valdè eleuaretur, iam propter ſuam paruitatem non poſſet aſpectari; quia ita exiguum cauſaret angulum, vt ſub illo nequireret oculus immutari. Hoc modo exiſtimo occultatam Stellam, exiſtentibus Magis in Ieroſulalem, queis de Ieroſolyma exeuntibus ad locū priorem circa terram redicta rursus apparuit.

Alteri autem parti quæſtionis reſpondent quidam nullis Stellam niſi Magis apparuiſſe, quia alij haud erant digni tam ſœlici conſpectu. Alij aſſerunt omnibus apparuiſſe, dum eam Magi intuebantur. Exiſtimo cum Abulenſi potuiſſe Stellam à Magis videri, quin ab alijs aſpiceretur. *Quia poterat* (inquit ille) *turbare oculos aliorum, vt nullam non viderent, quod ſcriptura vocat percutere eos cecitate, ſicut dicitur de Sodomitibus. Gen. 29.*

Et gauſiſi ſunt gaudio magno valde. Gaudet ne quis ſine gaudio? Cur ergo addidit, gaudio? Strabus, Gaudio gaudet, qui propter Deum gaudet. Qui gaudet propter mundialia ſine gaudio lætatur. Verum modus loquendi Scripturarum, *gaudio gaudere, ſicuti, morte mori. Gaudio magno.* Quia ſcilicet de magno gaudebant, ſecundum Strabum. *Valde, id eſt maximo gaudio afficiebantur.* Frequens Hebraiſmus, *Ficus bonas, bonas valde, & ficus malas, malas valde. Optimas, peſſimas. Ier. 24.*

23.
Num ab
omni-
bus vel
à ſolis
Magis
Stella videretur?
Abul.
9.41.

24.
Quid
gaudio
gaude-
ret?

25. Vndenam huiusmodi magnū gaudium exortum? Opinor Magos maximo gaudio affectos, nō quia ad Ierosolymæ exitum, Stellam viderunt; sed quia illam stantem suprâ, vbi Puer commorabatur, intuiti sunt. Latantur itaque, quod Christum, quem requirebant, inuenerint, sine voce intus Stella inclamitante, *Hic est, sicuti ait August. Vel, Hic est Puer, hic est Rex ille magnus, qui venit cælesti imperio Regnum sociare terrenum. Ut cū D. Maximo loquar.*

Vasena exortū gaudiū huiusmodi
August. Maxim.

OBSERVATIO. I.

MORALIS PANEGRICA CIRCA LITTERAM.

Conuenienter suadet Herodes Magos diligenter siue sæpè de Iesu interrogare.

Qui sæpe grætiæ de fiquit, sæpe curret affectuose pœnite-
re.
Ad illud: Interrogate diligenter de Puer.

- (?)
- 26. Magi sæpe delinquentes sæpe de Iesu interrogant.
- 27. Davidis sæpè interrogantis imitatores.
- 28. Sæpe negans Petrus sæpe de resurgenti Domino interrogat.
- 29. Multiplicetur inquisitio Domini amissione multiplicata.
- 30. Latio semel de Rege propter angustias temporis solummodo interrogauit.

26. QUID, diligenter interrogare? Non semel, sed sæpe sæpius requirere, vbi nam Deus? Magi sæpe interrogent, quia idololatriæ criminibus sædati, sæpe arrepta fuga, longe à Deo recesserant. Chrysológus, *Diligenter interrogate de Puer, Quasi Magos semel interrogare non sufficit. Qui in paucis offendit, qui vix semel Deum amisit, licet per singula momenta deberet de amisso bono dili-*

Chryf. ser. 158.

genter interrogare: at non tam anxie requirere tenetur, ac ille, qui vix vnquam est in Dei conspectu commoratus. *Diligenter* ergo, id est, sæpe interrogate de Iesu insignes peccatores, vti queat à vobis inueniri. Quod si iam inuentum credatis, adhuc interrogate, quasi non dum inueneritis; sæpe vt requiratur à vobis, qui sæpe fuerit amissus.

Non leuiter delinquens Dauid, grauitè curauit pœnitere. *Fuerunt (inquit) lacryma mea panes die, ac nocte, dum dicitur mihi quotidie: Ubi est Deus tuus? P sal. 41. Super illa verba: Dum dicitur mihi, excito quæstionem. A quonam hæc dicuntur, aut iactitantur? Num ab hostibus Dei inimicis insultantibus? Cassia. Causa barum lacrymarum insultatio prauorum. Aptius dixerim huiusmodi interrogationem fieri ab ipso Davidis spiritu sæpe à Deo elongato. Sic Hugo Victor. Fuerunt lacryma mea panes, vt interim requiram fletibus, vocem suspirijs, quia abest, quod desidero. Lacrymis ergo quotidie pro quotidiano pane vtor; quia quotidie interrogo de Iesu amisso, Ubi est Deus tuus? (inquit Incogn.) Inde sunt lacryma, quia à Deo elongatum me video. Si elógatus à Deo propter graua commissa, quid mirum me, Magorum instar, sæpe de tanto Rege interrogare? Ubi est Deus tuus?*

27.
Psal. 41.
Cassia.
Hugo Victor.
Incogn.

Resurgente Domino, sic Angelus ad Mulieres. *Iesum quæritis Nazarenum crucifixum, surrexit, non est hic. Sed ite dicite Discipulis eius, & Petro, quia præcedet vos in Galileam. Mar. 16. Anselm. Mulieribus dicitur, vt nūciant Apostolis. Num superflue addita illa particula: Et Petro? expendo. Cum Angelus ait, Dicite Discipulis eius, & Petro,*

28.
Mar. 16.
Ansel.

Petro,

Petro, non semel, sed bis annunciarum Petro vult resurrectionem. Semel hoc Petro annunciate inter Discipulos commoranti, *Dicite Discipulis eius.* Rursus ipsi Petro sigillatim mysterium aperite, & Petro. Quare audivit saepe? Quia (uti ait Hieronymus) *ter negaverat Magistrum.* Gravius ceteris deliquit, unde poenitens, non semel, sed saepe saepius de amisso Domino interrogavit, *Ubi est Deus tuus?* Unde saepe interroganti de Magistro saepe debuit responderi.

Hiero.

29. Saepe Deum amittenti non equidem sufficiat oportet semel requirere, semel de tanto bono interrogare. Multiplicati debet huiusmodi

Ioan. 20. di inquisitio. *Maria Magdalena*, e cuius pectore septem Demonia fuerant a Domino deturbata, *venit mane, cum adhuc tenebrae essent, ad monumentum, & vidit lapidem revolutum.*

Quod cum Dominum ibi requisitum minime inuenisset, socijs nunciavit. Rursus amore Saucia accessit ad Sepulchrum. *Dum ergo fletet, inclinavit se, & prospexit ad monumentum.* Ioannis 20. An non semel aspexisse sufficiebat? Quid rursus aspectavit sepulchri vacuitatem?

Grego. apud D. Thom.

Respondet Gregorius, *Amanti semel aspexisse non sufficit; quia vis amoris intentionem multiplicat inquisitionis.* Saepe similiter Magdalena delinquenti semel aspexisse, semel quaesivisse non sufficiebat, quia vis doloris intentionem multiplicat inquisitionis. *Nimium enim dolebat, uti ait*

August. ibid.

D. Augustinus. Quid mirum eam, e qua septem Demonia recesserant, toties Deum amittentem saepe accedere requisitum?

30. Latronem obijcis aduersus praedicta in novissima vite periodo se-

mel de Domino, si non tunc nato (uti Magi) de morienti Rege interrogantem. *Memento mei Domine, dum veneris in Regnum tuum.* Luc. 23. Non ergo proprium insignis delinquentis saepe de Domino Rege amisso, in morem Magorum, interrogare. Respondeo semel tantum interrogasse de Rege Latronem propter temporis angustias. *Considerare* (inquit Arnoldus Carnot.) *neceesse est, quid possit poenitentia; quando bonus Dominus tribulato corde clamantem ad se, servum suum etiam in ultimo peccati puncto non negligat.* Tunc equidem ut supplere poterit frequentis interrogationis Certatem, vberitatem dico, non defectum; quia nihil de fait ad essentiam poenitentia; semel enim verè doluisse satis ad gratiae consecutionem; sed vberioris doloris affectus delictorum multitudini, ac gravitati aptissime respondebat. Spiritus sanctus accessit, cuius repente vis ostenditur, unde semel solum interroganti illico responderetur. *Multa, antiqua que peccata (adiicit Pater) illico aboler gratia; nec processu, mora que temporis indulgentia limat, corroditque culpa rubiginem; sed ubi repente Spiritus sanctus illabatur, quidquid immaduerat peccati tace, siccat.* Proh cordis humani pigritia! Vtinam verè de Domino amisso saepissime, semel interrogemus cum Latrone; si non cum sponsa per plateas, & foros clamantes saepe iterata interrogatione incesserimus, *Nūquid diligis animam meam vidistis?* Bellè Plut. *Cū ubique sit loquax amor, nunquam is verborum profusior, quam in requirendo.* Si forte confortis laborat absentia. Quid non diuinus ardor nos excitet saepe de Püero interrogare,

Luc. 23.

Arnol. de verb. Dom. i.

Plut. in Phz.

quem sapere non sumus vetiti amiffille?

OBSERVATIO. II.

Magi iubentur interrogare de Puero, non de viro. Vbi maturitas pœnitentiæ commendatur.

Periculofum, in futurum tempus pœnitentiæ differre

Ad illud:

Interrogate

diligenter de

Puero.

31. Magi de Puero interrogant, non de viro.
 32. Agnus siue Puer Iesus de præfenti crimina tollit.
 33. Instat illicò pro peccatis offerri.
 34. Peccatorum abolitionis moras non sustinens.
 35. Iudæ properam pœnitentiam suadet.
 36. Prodigum de præfenti pœnituit. Contritionis vis.

31. Adhuc diligenti de Puero inquisitioni insisto, de qua Chrysolostomus. Hic pœnitenti suadetur maturitas. Que quidem conuenienter cum vocabulo illo: De Puero, adhærescit.

32. Ecce Agnus Dei (Ioannes ait) ecce qui tollit peccata mundi. Ioa. 1. Vbi interl. Non dixit: Tolle; sed, Tollit. De præfenti tempore loquitur, non de futuro promittit. Quare? Agnus est, qui tollit peccata, mox instans immolari. Huiusce Agni proprium, de præfenti peccata tollere. En quam conuenienter diligentia, siue maturitas pœnitentiæ cum Puero Iesu, seu cum Agno sine macula copulatur.

33. Non semel es contemplatus Abrahamum extenso brachio Filium conatum vulnerare, quod fuisset executus, nisi Angelico monito in tempus futurum sacrificium protraheretur. Mox adest Agnus inter vepres, qui illicò se se dedit immolandum. Gen. 22. Quid hoc? Cur Isaac minimè percusso, Agnus percutiendus offertur? An non Isaac & Agnus Christi simu-

lachrum? Ita plane. Profecto Agnus siue aries ille Christi Agni typus instat illicò pro peccatis offerri, quia Agnus peccata tollit. Non dixit: Tolle; sed, Tollit. De præfenti sanè tollit Agnus, siue Puer Iesus, tollit ru: sum verus Isaac vir dolum pro nobis in cruce offerendus.

Confimationis loco quæris, vndenam Agnus ille, qui ab Abrahamo apparuit immolandum? Respondet Lyran. Dicunt Hebræi, quod ibi fuit paratus ab initio creationis mundi, scilicet sexta die, in qua formauit Deus animalia. Sed hoc nec ratione, nec Scriptura habet apparentiam; & ideo reputandum est fictitium. Propter quod dicendum, quod fuit ibi adductus ministerio Angelico. Quæris, quare ratione apparentiam non habet? Quia (inter alias causas) cum Agnus ille Pueri Iesu typus existeret illicò mundi peccata tollentis: incongruum esset per tot sæcula Agnum, Puerum Iesum figurantem, sine nos sanante vulnere commorari.

Accessit Iudas osculo Filium hominis traditurus. Cui Iesus, Iuda, osculo Filium hominis tradis? Luc. 22. Consideranda duplex dictio, Iuda, & Tradis. Vna enim Iuda scilicet, idem est ac confessio: altera, nempe verbū tradis in præfenti tempore, confessionis maturitatem refert ad memoriã. Ac si (spiritali sensu) diceret. Nunc, quando Filius hominis traditur, oportet hoc confitearis flagitiū. Haud differas in tempus futurum. Crediderim, hanc cogitationem D. Cyrilli Ierosoly. auctorem fortissimè. Hoc uero ipsum dicit, admonens eum per nomen appellati nem. (Iudas enim idem, ac confessio.) Intellige. Accepisti argentum, confitere cito. Ita vt confessionis admonitio respiciat Iudæ appellationem;

Ansel.

34
Gen. 22.

Lyra.

35.

Luc. 22.

Cyril.
cat. 22.

illud

illud autem aduerbium *Cum* præsens temporis inuariat maturitatem. Ne videlicet hoc præsens tempus futurum fiat, dum, & si *penitentia ductus* peccatum confitearis, non tamē proficiat ad salutem. Nec enim (forte quia distulisti in futurum tempus) rite & integrè flagitia denudasti.

36.
Luc. 15. Obijcies Prodigum Adolescentem futuri temporis commendans securitatem, dum ait. *Surgam, & ibo ad Patrem meum, & dicam, Peccaui.* Luc. 15. Aptius vere pœnitentis commendaturus conditionem, inlameret: *Surgo, eo, & dico: Peccaui.* Respondendum. Prodigum præsenti tempore doluisse, perque contritionis actum Patri Deo fuisse reconciliatum, & si ad futurum confessionem distulisset. Vti accidit eis, qui grauer de linquentes, conteruntur illicò de peccato, confessionem autem protrahunt in tempus, quo iuxta Ecclesie morè, vel propriam deuotionem, conscientia denudanda est. Proh contritionis vis! Cum non se se offert confessionis occasio, per contritionem Patri cœlesti reconciliari cura; fac futurum confessionis præsens per contritionis actum. Tunc enim confessio præsens adest in contritione per votum ipsius in illa inclusum. *Surgam, & ibo, & dicam: Peccaui.* Appositè Hugo Card. Videtur (inquit) temeraria deliberatio istius, qui deliberat se dicturum Deo. Sed non temerè deliberat. Quia & si precedat in penitente motus contritionis, adhuc tamen expectat Deus vocem confessionis. Temeraria certe deliberatio esset absque cōtritionis actu premissio, totum pœnitentiæ negotium in futurum tempus differre, ac se dicturum: *Peccaui* promittere.

OBSERVATIO. III.

Magi ad annunciatum Saluatorem accedentes, necessario Herodi Sathanae renunciant.

Nō morantur in vna sede Deus & Diabolus, virtus & voluptas.

37. Renuncia Diabolo ad Iesum accedens.
38. Iesus & Diabolus haud simul cordis habitatores.
39. Fugit Diabolus Iesum Dei habitaculum.
40. Vti Deus tui sit pectoris habitator, inimicus sit tibi Serpens.
41. Ingrediente Deo, Diabolus seu peccatum exulat.
42. Ad Dei recessum, Diabolique ingressum venialia disponunt.
43. Noli igitur locum huiusmodi leui commisso dare Diabolo.

Ad illud: *Cum inuenertis, renuncia tibi.*

D. Petrus Chrysol. sic à litterali abstinens sensu, spirituali locum accommodauit. *Coruenienter dicit: Renunciate mihi. Quia semper Diabolo renunciat, qui peruenire festinat ad Christum. Christianus futurus à Sacerdote non audit? Renuncias Diabolo? Respondet, Renuncio. Propriè ergo Herodes Magos sibi renunciare debere dicit, qui se Diaboli sciebat tenere locum, Sathanae nouerat implere personam.* Nec enim bene conueniunt, neque in vna sede morantur Iesus & Sathanas, virtus & voluptas, gratia & peccatum Deo grauer auersans.

37.
Chryf. ser. 158.

Hugo Card. Videtur (inquit) temeraria deliberatio istius, qui deliberat se dicturum Deo. Sed non temerè deliberat. Quia & si precedat in penitente motus contritionis, adhuc tamen expectat Deus vocem confessionis. Temeraria certe deliberatio esset absque cōtritionis actu premissio, totum pœnitentiæ negotium in futurum tempus differre, ac se dicturum: *Peccaui* promittere.

38. Homini cor nonquam à duobus simul hospitibus occupatum est. Deus hospes, Diabolus exulat: Diabolus habitator, Deus excluditur. *Cum in mundus Spiritus (inquit Iesus) exierit ab homine, ambulat per loca arida, quaerens requiem, & non inueniens; tunc dicit, Reuertar in domum, unde exiui, & inuenit eam vacantem. Tunc vadens, assumit septem alios Spiritus nequiores se, & intrantes, habitant ibi.* Matth. 12. En

Mat. 12.

Diabolus, intrante Deo, à domicilio cordis expellitur. Rursum accedit Deo non, domo excipitur, quia Deo recedente, vacat habitaculum. Sentio cum Caieta. *Ex hoc (inquit) quod domus vacat habitatore, mutat ad habitandum. Describitur Dæmon more humano expulsus, & rediens ad propriam domum, inuenit eam preparatam, ad hoc, ut habitetur, sine habitante. Cauens, ne iterum inde expellatur, assumit socios peiores se, ad habitandum ibi.* En cordis humani conditio haud potest simul Deo & Diabolo patere.

39. Arca olim fœderis templum Dagonis intrante, idolum corruere necessum fuit. Vni namque habitatori domus preparatur humana. Si templum Domini est, non potest ibi Diabolus quietis locum reperire. Semel, ac iterum Sathanas Christum tentaturus accesserat, & toties victus non recesserat hostis. Inclamat post hæc Vincens, *Vade retrò Sathana; scriptum est enim, Dominum tuum adorabis, & illi soli serues.* Mat. 4.

Mat. 4. Discessit importunus muscarum Princeps, adijciente Matthæo, *Tunc reliquit eum Diabolus.* Quid est Dæmon, quod fugeris? Cur importunè adhuc non peristis? non deludas certamini? Tam cito renuncias triumphos? Quid audisti, quid oculis aspexisti aduersans victorie? Credo, quia sententia Christi omnino concludebat. Cum enim vni solummodo hospiti debeat habitaculum preparari, dum Deus primus occupans adoratur ibi, non potest Diabolo patere locus. *illi soli serues.* Vnde conuictus discessit, relinquens eum usque ad tempus. Usque ad tempus scilicet passionis, quo domum illam, (iuxta domorum sub statutum tēpus mutationes.) va-

cantem inuenturum se falso putabat, primo habitare recedente.

Adeo hominum Princeps exclusus fuerat à Procoplastorum cordibus, ut inclamarit, *Adam, tibi es: Verum, ut rursus humanę habitationis fieret incola, indicit. Immunitas ponam inter te, & mulierem.* Gen. 3. Vultis iterum cordis vestri recipiar habitaculo? Hostis propulsetur, nullatenus, amici in incertum, corde est hominum hospitaturus. Nec enim morari simul possunt, qui sibi hostiliter aduersantur. In quæ sensum D. Chryso-
fatus, *Nunquam cum hoste concordia iungitur, nisi Imperator proprius offendatur.*

Doctor Iesus. *Pater noster. Et Adueniat Regnum tuum.* Mat. 6. Quid Deo Regnum ad nos aduentare? Chryso-
stomus, *Deus regnat in nobis, nosse sit Imperator, precordia in habitat.* Num domus tartareo patet etiam habitatori? Adijcit Pater, *Quatenus in nobis desinat mors regnare, desinat regnare peccatum.* Cum Hierode enim olim regnante concordia (ut loquar cum Chrysostomo) iungitur nisi natus Imperator proprius offendatur. Gentili putchre. *Immunitas in infernum abeunte homo perfectus & purgatus cum Deo habitabit.*

42. Quæris, an requiratur omnimoda adeo renunciatio, ut etiam à venialibus abstinere, qui Deum cupit cordis habitaculo morari, animique dominari ditiones? Profecto peccata venialia nec Deum excludunt, nec Diabolum admittunt habitarem, attamē valde est confortium huiusmodi periculosum. Forde hoc mire intendunt illi, de quibus facit Textus *Ascendit Naas, & pugnare cepit aduersus labes Galaad. Dixeruntque omnes viri labes ad Naas, Habeto nos fœderatos, & serue-*

Caiet.

Gen. 3.

Chryf. term. in hæc verba.

41. Mat. 6. Chryf. ter. 70.

Plutar. in Phed.

1. Re. II.

Et seruiemus tibi. 1. Regū 11. Porro Naas idem ac *Serpens*, quocum percutit fœdus homo tibi omnino periculosum. Audiendus Dionisius Carthugi. *Desine nos tentare de mortalibus vitijs, ne penitus à Deo separemur; Et seruiemus tibi in venialibus culpis, quas et si singulas, omnes tamen vitare non valeamus.* Nunquam non veniale commissam ad læthale disponens murorum infirmatione. Deum excludere conatur, hostemque tartareum admittere; quare omnino fugiendum.

43 Eph. 4. Paulus ad Ephesios. *Nolite locum dare diabolo.* cap. 4. Vbi Caiet. de venialibus transgressionibus exponit. *Motus iræ (ait) humana est passio, cum diuicijs pretenditur, locum parat Diabolo ad suggerendum, que consona sunt iræ. Et sic paulatim ad principandum in animo. Et quod dicit de ira intellige de alijs passionibus.* Noli igitur Diabolum huiusmodi apud præcordia locū obtinere. *Omnes ergo rimæ, (Cypri: ait) ne dicam portæ, claudenda diabolo sunt, ne per unum foramen castra omnia penetrantur.*

OBSERVATIO. IV.

In Herodis Vrbe via cœlestis operitur, Christi pauperis aperitur in domo.

44. Ambr. **I**N Vrbe Herodiana absconditur Stella, in domo ostenditur Bethlehemitica. Quare? Ambrosius, *Hæc Stella via est, et via Christus est. Quia secundum Incarnationis mysterium Christus est Stella. Vnde, ubi Herodes est, non videtur; ubi autem Christus rursum videtur, et viam ostendit.* Bipartitam

reddo Doctoris sententiam.

Caput tertium.

¶ *Ubi Herodes est, non videtur Stella.*

- 45. Temporariorum abundantiaæ pedi sequa deuiatio.
- 46. Non facile diues viam terit mandatorum.
- 47. Vel rectæ acquisitæ diuitia pergrauant. Vtere diuitijs ad refectionem, non ad defectionem, viator.

Diuitiaæ viam cœlestem abscondunt. Ad illud: *Ecce Stella antecedebat eos.*

O quam longe abest à salutari via urbana temporariorum bonorum abundantia! *Panem nostrum* (inquit Iesus hominum gerens perionam) *da mihi hodie, et dimitte nobis debita nostra: et ne nos inducas in tentationem.* Matt. 6. Ac si diceret, Præta temporalium redundantiam, nil nobis deficit: & simul nobis ignosce ob debitorum transgressionem, ne aberrantes, ne viam dimittentes, in tentationem inducamur, in malum, siue in Abyssum deturbemur. Abundantia etenim homines assolet à viâ cœlesti deturbare. Accipite Caieta. *Da nobis. Non vende non accommoda: sed da. Et dimitte, id est, gratuito condona nobis debita nostra. Et ne nos inducas in tentationem. Consequenter petimus custodiri à periculis imminenti bus.* Pende illam particulam: *Consequenter.* Quænam consequenter post munerum temporalium elargitione pericula imminet? Erroris fortasse, dum ob abundantiam temporariam non semel à viâ debitorum nostrorum discedimus.

Hinc Sapiens, *Beatus diues, qui inuentus est sine macula, et qui post aurum non abiit.* Quis est hic? Eccl. 31. D. Amb.

Quis

Ambr. *Quis est hic? Quasi cognitus esse non potest, cum sibi a se considerat demonstrari.* Non
 1. de Nab. c. 13. ne rarum omnino diuitem viam diuitiarum arripientem ipsum aurum ducens non sequi tendens sapius ad exitum: sed sine macula inueniri, viam que simul arripere salutarem? Raro equidem inuenitur diues, qui per viam mandatorum incedat.

47. *Ascendit Abraham de Aegypto.* Ge. Gen. 13. Hiero. 13. Addit Hiero. *Grauat, liberatus.* Grauat quidem ex adnato diuitiarum pondere, quod mundialibus expeditioni ad Patriam affolet esse impedimento. Porro *liberatus* ascendit, Neque enim diuitiarum mancipium effectus est, sicuti plurimi mundialium, qui omnino fecit & diuino obsequio, & familiae necessarijs sumptibus diuitias deservire.

48. Quonam modo diuitijs vtendum in via constitutis? Profecto eo modo, quo viatores vtantur hospitio, quomodo Magi Ierosolymam ingressi opulentissimam, quasi ad refectionem deflexere, non ad defectionem.

Psal. 34. *Fiat via illorum tenebrae, & lubricum.* Psal. 34. Ad diuites dirigit carmen, qui diuitijs vtantur pro via, non pro hospitio. Appositè equidem D. August. *Tota ista vita, & omnia, quibus vteris in ea, sic tibi debent esse tanquam stabulum viatori. Memento peregrisse te aliquid, reflectisse te ad refectionem, non ad defectionem.* Dum stabulo hæres, ambulare vis? Talis igitur qui amas diuitiarum, stabulum, stercus efficit viam.

Pauper
 ras viam
 cœlestē
 manifestat.

Caput secundum.

¶ *Ubi Christus est, rursum Stella videtur.*

49. Angeli depudant sponsam, vt securè tendat ad Christum.

50. Elias non poterat cū pallio cœlos scâdere.

51. Quam velociter hanc viam percurrit paupertas?

52. Peruolat expeditus.

Ad
 illud:

Ecce

Stella
 antecedebat
 eos.

49.

NVM Stella ad Deum inueniendum præstat ducatum? Vbi Dominica paupertas, nuditas, præsepiū, ibi, ex Ambr. mente, iter latissimum patet ad cœlum. Audiamus spōsam. *Tulerūt pallium meum mihi custodes murorum.* Cant. 5. Quinam murorum custodia incumbunt? Angeli, me iudice, cœlestis milites exercitus, Ecclesiæ dimicantis duces. Num Angelis facinus dignum sponsam vestibus spoliare: an potius latronis? Quam presse, tam pulchre D. Amb. *Bene (inquit) tollitur ei pallium, que ad Christum propinquat.* Bene, inquam, quia in morem illius, qui erronem viam edocet, ablatio illa pallij, Angelorū pio ministerio, animam, ad Christum inueniendum, constituit in via.

Cant. 5.

Ambr.
 L. 3. de
 Vi-gi.

Refer in memoriâ Eliam curru igneo præceptum, nec antea cœlestia limina ingressum, quam se se pallio exueret. 3. Reg. 2. Vbi Hiero. *Elias ad cœlorum Regna festinans non potuit ire cum pallio.* Communiter vsurpatur hæc sententia à modernis, vt attruât pondus diuitiarum, vel difficilem diuitum salutem ostendant. Ego autem illam pendo particulam: *Non potuit ire.* Quare Elias cum pallio ire non potest? Percontatus Chilon (loquitur cum Ant.) quid essent diuitiæ, respondit, *Thesaurus malorum calamitatis eterna viaticum.* Aptius illas viam æternæ calamitatis vocitaret. Siquidem frequenter per viam diuitiarū incedentes, (Seneca ait) ** Scyrgias obtrò quarimus undas.* Si temporarium bonorum

50.
 3. Re. 2.

Hiero.
 L. 1. in
 Gen.

44

adm

bonorum abundantia via est frequēter ad tartarum, sicuti ad cœlum nuditas: potest ne aliquis ire sine via: vel per viam tartari potest ad cœlum prosperare? Minime. Elias igitur non potest ire cum pallio; quia sine via, seu per viam alienam incedebat. Ei adimitur pallium, sicuti sponsæ: ut viam ineat salutarem. Qua exaggeratione innuitur, non facile diuites mundiales in cœlum deferri. Proh præpes ad Superos penna paupertatis! Quid Apostolus?

51. *Nihil habentes, & omnia possidentes.* Quod exponitur ex Isaia testimonio. *Sustollam te super altitudinem.* Cap. 58. Quonammodo? Præbendo ne mundialis Regni principatum? Te paupertatis spiritu donabo, uti agilis plane omnium rerum constituaris in vertice. D. Gregor. *Nihil (ait) in hoc mundo appetens, videbar mihi in vertice stare. Super enim altitudinem sustollitur, qui & ipse quæ alta, & gloriosa videntur sæculi, per mentis despectum calcant.* Haud volare potest, qui à mundi gloria diuitijs nempe non surgit expeditus.

52. *Illud adhuc cõfirmatur ex Iacobi recessu.* Nam cum ad Patriam auolare contenderet, se se collegit. Quam significatione? Tanquam qui à mundialibus se curis expediret, se à presentis sæculi diuitijs eriperet. Tunc futuras ipse transcendit etates, dum filios de futuris euentibus fecit certiores. Gene. 49. Quorsum illud? Ut ostenderetur tunc immortalitatis hominem donari munere, cum se se à mundialium diuitiarum curis se curat explicare. Appositè ad hæc D. Ambr. L. 2. de Iacob. c. 9. *Ille oculorum impeditus munere, ille defatigatis corporis viribus in lecto, tanquam in sepulchro corpus relinquens, as-*

surrexit in se, atque intra semetipsum se se colligens, presentibus se rebus subduxerat; & nouissimorum dierum futura miscebatur etati. Tanquam ille plane, qui dignosceret necessario hominem debere se à mundialibus expedire, ut Superos scandere valeret.

OBSERVATIO V.

Magna valde Magorum lætitia, Iesum Stella ostendente, quia de magno valde bono concepta.

53. Ex Stellæ aspectu lætitia Magorum.
 54. Lætitia desponsationis mundialis ipso in limine terminatur.
 55. Petit David eis indeficientibus, queis Magi apud præsepium, gaudis repleti.
 56. Ut spirituali gaudio beemur?
 57. Vnde nam lætitia Magorum.
 58. A Creatore, non à creatura.
 59. A gaudio minimè deficiente.
 60. Huiusce gaudij magnitudo.
 61. Exulta in Deum viuum, cuius lætitie magnitudo nescit occasum.

Spiritalis ex Deo voluptas ac lætitia valde magna.

Ad I. Iud: *Gausi sunt gaudio magno valde.*

53. **O**stendimus Magorum gaudium non ortum duxisse ex Stellæ iterato conspectu, sed de Iesu ab Stella manifestato. Stabat enim luminare illud supra, ubi erat Puer. Ideo Magi *gaussi sunt gaudio magno valde.* Neq; enim cœlestia gaudia vile sunt obnoxia exaggerationi. Nullus verber sermo, nulla fecunda laus, ad supernam inuenendam lætitiã. Exponit sic locū Strab. *Gaudium gaudet, qui propter Deum gaudet, qui est verum gaudium. Addit autem &: Magno, quia de Magno gaudebant.*

54. Breui cursu minutissima huiusce sæculi gaudia terminantur, sola sine terminatione gaudia cœlestia, non dico

10a.2. dico illa solummodo, quibus beati fruuntur in Patria; sed queis vel hic iusti donari solent. Ad Chanà nuptias Dominus inuitatur, absident mense, lætantur merito conuiuæ; quia dies desponsationis, dies simul lætitie est: Quid plura? Vinum intempertuè deficit, aperiende Deipara. *Vinum non habens.* Pondera, quæso, quando nam defecit mundialis lætitie vinum? In medijs nuptijs. Caiet. *Vinum non habent. Iunge hac tempore deficientis vini.* Desponsationis ne hora amaritudinis inchoatio? O gaudia secularia, hoc habetis, quod deficitis: hoc estis, quod mox non estis. Quid mirum lætificans verè merum defecisse, si Christi non dum venerat hora? *Nō dum venit hora mea.* Solus Christus lætificans vinum propinat, quod neciat consumi. D. Gauden. sic gaudiū describit vtrumque. *Ad miseros (inquit) conuiuas venit, vera gaudia allaturus Terrena enim gaudia in medio conuiuio deficiunt, vinumque lætificans in nuptijs desinit.* Quis sibi persuaderet nuptialium dierum immunitatem, in uadente tristitia, violandam, si dies desponsationis dies simul lætitie vocitantur?

55. Redde (ait Dauid) mihi lætitiā salutaris tui. Psal. 50. Eā videlicet, quæ inuento salutaris tuo, solet comparari. Aliter. *Gaudium, quale habent sancti, redde mihi.* Quinam sancti? Quale tres illis sanctissimi Heroes Christū quærentes habuere, aspicientes nimirum Stellam domum Bethlehemicam complementem fulgore, quando Deus, amissa prius cœlesti lætitiā, illis reddidit vniuersi orbis lætitiā salutarem. Glossa. *Rem magnam peto, Domine, quia magnus es. Parua, id est, temporalia petens, iniuriam tibi facit. Ideo*

peto à te magna, quia magnus: scilicet lætitiā salutaris tui, qui est Christus Iesus. Unde alia littera habet: *Iesus tui, quem promissisti.* Quid mirum Magos gaudio magno affectos, si magni Dei salutaris sunt munere donati?

Annam testor inclamantem, *Exultauit cor meū in Domino.* 1. Reg. 2. Exultare, idem ac extra saltare. Significat valde magnam lætitiā, quæ intus se non capiat; sed foras erumpat. *Est (inquit D. Ambr.) Saltatio, qua tripudiat animus, & corpus eleuatur.* In valde magnæ lætitie documentum.

Quam verè Magi tanta donati lætitiā cōcinunt, *Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum uiuum.* Psal. 83. Exultant in Deum, à quo veniam criminum acceperunt, *uiuum*, ex cuius cognitione veritas reuelatur, Diuorum mortuorum error pro pellitur, vnde Deo Patri reconciliantur. Expressit hoc Tertul. fatus *Quid incun- dius, quam Dei Patris & Domini reconciliatio, quam veritatis reuelatio, quam errorum recognitio, quam tantorum retrō criminum venia?* Nō ne Magi per aliā viam incedentes, de priori itinere mundiali fastidierunt? *Quæ igitur maior voluptas, quam fastidium ipsius voluptatis?* Num non Herodis insidias depexere? *Quæ tandem maior voluptas, quam mortis timor nullus?*

Aiebat Bernar. *Illud verum, & solum est gaudium, quod non de creatura, sed de creatore concipitur.* Magorū gaudium, non ortū habuit ex Stella rursus ex oriente, sed ex creatore ab Stella indicato. Stellæ quippe nō fuisset aut magna, aut constans lætitiā, cū eis fulgor illius quandoque sub Ierosolymę ingressu dormitauit. At nūquam dormiret gaudium conceptū à Creatore. Elegans Chrysol. *Ambulante*

Gaud. hic.

Strab.

56.

1. Re. 2.

Amb.

L. 6. in

Luc. 27.

57.

Psal. 83

Tertul.

L. de ex

pecc. c.

27.

58.

Bernar.

Epi. 114

bulante Mago Stella ambulat, Mago dormiente excubat Stella. Quid inde? Stellam iam non Deum credit; sed iudicat esse conseruam. Quia fulgor Creatoris non dormitaret, neque dormiret. Nunquam equidem superna lætitia nouit occasum.

A primè Dauid, *Fundatur exultatione. vniuersa terra mons Sion Ciuitas Regis magni.* Psal. 47. Aliter. *Dilatans exultationes vniuersa terra mons Sion. Vndenam mons Sion habet dilatare exultationes, siue magnas efficere lætias vniuersæ terre? Quia Ciuitas Regis magni. Solus enim magnus Rex nos potest magna exultatione donare.* D. Ambro. *Sæculi lætitia temporalis est; perpetua autem lætitia eius, qui gaudet in Domino.*

60.
Psa. 47.

Ambr.

61.
Psal. 83.

August.
L. 50.
Hom.
hom. 33

59. An non lætitia illa magna, quæ redundat; exigua, quæ deficit? Quam è Deo gaudium oriens redundans, quam è mundiali voluptate deficientis! Helisæus fons olei indeficientis vasa replet adhuc plura, si essent, repleturus. Fatuarum virginum oleum paruo in sumitur temporis interstitio. 4. Reg. 4. Mat. 25. Porrò lætitiæ oleum, de quo Dauid, *Unxit te Deus oleo lætitiæ.* Psal. 44. ortum ducens à Deo pe renniter durat: vnde gaudium magnum valste profectò; exiguum vero mundiale gaudium tam leui termino circumscriptum. Victori. Hugonem audite. *Habet oleum Deus, habet oleum & mundus. Ad oleum Dei vasa deficiunt: oleum mundi in vasis deficit, oleum mundi delectatio presentium. Illa sufficit, ista deficit.* Non certe magnum, quod deficit in vase; sed illud, ad quod vas cordis humani non sufficit.

Iam Magus cum Rege Dauid, *Cor meum (rursus clamat) & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* Psal. 83. Qui dijs mortuis præstiti obsequiũ, Deum verum requisitum à me inueni: ideo exulto, quia de magno Deo nũquam morituro; vt gaudium magnum de magno inuento bono semper viuat. *Non exultauit (inquit D. Augustin.) in hoc mundo, non in luxuria Venere, non in ebrietate Bacho, non in vanitatibus Ioue, & Iunone mortuis, & citò cum omni suo amore moriturus; sed in Deum viuum.* Equo scilicet ortum gaudium tam magnum est, vt minimè intermori queat.

Hugo Victor.
L. 1.
Misc.
c. 51.

SECTIO SEXTA.

Adoratio, & Oblatio Magorum.

TEXTVS.

Verf. II. *Et intrantes domum, inuenerunt Puerum cum Maria Matre eius, & proidentes adorauerunt eum: & apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera aurum, thus, & myrrham.*

COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES.

S. I. Apce spelunca domus appellatur. Num Iesus in præsepio, an in domo aliqua adoratus à Magis? **E**T intrantes domum. Non me excitat domus vocabulum ad quæstio

nem, sciens Scripturam nidum Herodij domum appellare. Psalm. 103. quo more congrue præsepium, aut spelunca domus, vocaretur. Et Doctorum

torum diuersitas, & rei congruentia huiusce Disputationi ansam præbère.

2.
Caiet.

Dubitat Caieta. circa resolutionem. *Incertum (inquit) est, an Mattheus præsepium appellet domum, an forte cessauerit hospitium multitudo in illa domo diuersoria, & sic Virgo ex præsepio hospitata fuerit in domo diuersoria, in qua non fuerit illi locus cum peperit?*

3.
Affirmas sententia receptior.

Receptior sententia eandem speluncam, quæ Iesum natum accepit, eum uidisse à Magis adoratum. Habet auctores Iustinum, Chiristomum, Imperfecti Autorem, Augustinum, Nyssenum, Rabanum, D. Thomam, Euthymium, Bernardum, Interlin. Magistrum histor. & Ecclesiæ authoritatem canentis, *Hodie Stella Magos duxit ad præsepium.* Nec puto inconueniens Virginem usque ad purificationem in spelunca commoratum, quam ex Iesu natiuitate Regum palatijs longe nouerat præcellentem. Hanc sententiam non facile rejiciam licet cognoscam Doctores prædictos magis circa hoc se concionatores; quam expositores ostendisse.

4.
Negans uerofimilior.

Attamen existimo Magos non in præsepio, ubi tunc, cogente necessitate & mysterio, fuit repositus Puer; sed honestiori loco Christum inuenisse. Id suadet Mariæ ac Iosephi pietas. Quis enim dubitet Iosephum in propria Patria uel nõ requisisse, euacuata tam à profitentibus Vrbe: aut non inuenisse domum (si propria deficiebat) ubi Mater cum Iesu habitaret. Nec meæ sententiæ de est, quæ nitatur, authoritas. Adest D. Epiphanius, Iâsenius, & Theophylactus pro omnibus fatus, *Multa concurrente multitudine, ut censeretur, non habebant ad tempus domum, sed in spelunca natus est*

Christus; deinde inuenta domo, uisus est ibi à Magis Dominus. Ecclesia ne abnegat hoc dum canit, *Stella Magos duxit ad præsepium?* Minime. Stella enim Magos duxit ad Bethlehem paruulam Ciuitatem, ubi spelunca erat, & præsepium, parum equidem distans à quacumque domo, ubi ex Stellæ ducatu Christus à Proceribus esset adoratus.

Inuenerunt Puerum, quem scilicet requirebat. Undenam Magi dignouerunt illū esse Messiam tot à se exathlatis periculis requisitum? Certe Stella, me iudice, sufficienter Puerum Iesum designabat; ideo enim gaudio magno fuerunt affecti, quia ex Stellæ ducatu ad Pueri requisiti cognitionem se putabant demum aduenisse. Patet, quia Stella Magorum duxit usque dum staret supra, ubi erat Puer. *Ex quo manifeste apparebat (inquit Abulentijs) quod Puer quæsitus ibi esset, quia alias Stella falsè designaret, manendo fixa super illam domum, & non se determinando ad aliam nisi ad illam.*

5.
Undenam Magi cognouerunt Puerum esse Messiam?

6.
At valde rationabiliter affirmo aliud præterea signum apparuisse, ut omnis possibilis dubitatio tolleretur. Siue enim Magi interius immutati fuere ab Spiritu sancto inueniente illum esse, quem requirebant; sicut Simeon ab eodem Spiritu edoctus Puerum adorauit. Siue aliqua dignitas supra humanum modum in vultu Pueri apparuit, eum ostendens esse Messiam adorandum. Quando Iesus, factò ex funiculis flagello, è templo egressus, & uidentes deturbauit, an non eis qualitate aliqua vultui heretici incussit timorem? Quando iuxta mare commoraretur, & Petrū, ac Andream ad hominum captionem euegit, num non aliquē specialē Christus fulgorem

fulgorem allicientem offerebat?

*Tollen
da suspi
tionis
occaf-
sio.
Inuene
rit Pue
rum cū
Maria

Puer cum sola Maria inuentus est, absente Iosepho, vt tolleretur suspicionis occasio.

6. Tuum est ansam dete suspicandi alijs non exhibere.
7. Deipara sola in deserto constituitur, ne gentes suspicentur Iesum ex Iosepho pro- genitum.
8. Fuge foeminae Societatem, vt prauę suspicio- nes eliminentur.

6. **C**VM Maria Matre eius. Cur Iosephi memoria non fit? Certę aut forte tunc non aderat domi, cum accessere Reges, licet strepitu audito, mox aduentaret; aut mysterio (quod magis probro) affuit. Ne forte Magi, siue eorum ministri Iosephum Christi patrem arbitrarentur, e communique consortio ortum sibi persuaderent. Raban. *Diuini natu factu est, quod aberat Ioseph; ne aliqua mala suspicionis occasio daretur gentibus.* Exponit amplius D. Vincen. *Ne forte putaretur Pater Pueri.* Et Strab. *Ne aliqua mala suspicionis occasio gentibus daretur communis generationis.* Quippe cum Iosephum Marię Sponsum videntibus seu Magis, seu ministris fortasse veniret in mentem Christum e communi consortio ortum duxisse. Quam quidem suspicandi occasionem auerti oportebat gentilibus nec dum fidei prima ad octis rudimenta. Hinc edisce, quam procul abigenda sit malę cuiusquam in nos, aut proximos causa suspicionis.

7. Mulier illa Apocalypseos enitens Infantem, Deipara est, Bernardo auctore. Deum parit cęlis gaudium, hominibus salutem. Quid plura? Mox adest Draco magnus, Magi videlicet gentiles apprimę in serpentibus de-

signati (vti scribit Lauretus) quidem non persecutores accedunt, vt Herodes, Infantem interfecuri; sed illum allaturi ad Patriam, si non pręcipuę tunc Iudęos Deus hoc munere donasset. *Et data sunt Mulieri Apoc: ale due aquila magna, vt volaret in deserto, vbi alitur a facie serpentis.* Cap. 12. Cur ad desertum Deipara rapitur? Cur sola in conspectu gentilium Magorum itatur? Iosephus Sponsus vbinam commoratur? Profecto in deserto, siue sola apparet, quę vel nis gestat Infantem in conspectu Magorum, seu a facie serpentis. Ne scilicet videntes Iosephum cum Sponsa, natum infantem e communi consortio suspicarentur.

Tanti momenti est, ad suspensiones tollendas tibi o foemina virorum, tibi o vir foeminarum fugere societatem Solus cum sola de cęlestibus (ais) mysterijs in eo sermonem. Non inficior; sed nec audebo affirmare, hinc aspicientibus non dari causam suspicionis. Vnde D. Ambros. *Solus (inquit) cum sola non sedeas, tantaque confabulandi fiducia sit, vt, intrante alio, non pāueas, nec erubescas. (aucto omnes suspensiones. Haud (inquis) ad rapinam a domesticorum societate recessi. Facile credam, sed ansam prębes suspicandi te furto maculatam.** Lyfan der militem (loquor cum Erasmo, qui de via deflexerat, castigauit. Ei L. 6. A. dicenti ad nullius rei rapinam se ab agmine recessisse: *Ne speciem quidem (inquit) rapturi prębeas volo.* Deipara cum Iosepho mentibus gentilium poterat immittere communis consortij suspensionem? Quid innupti cum innupta, quid alieni cum aliena vxore tam frequens tam diuturna aspicientibus confabulatio,

Raba.

Vincen.

Strab.

8.

Ambros.
Regul.
Monach

Eras.
L. 6. A.
pot.

bulatio, commoratio? An non Pasto-
 cautum Iosephum recedere, ne Pasto-
 res Puerum cum Iosepho & Maria
 dicuntur inuenisse? Luc. 2. Cur igitur
 tunc haud cautum Iosephum re-
 cedere, ne Pastores in eandem inci-
 derent suspicionem? Quia plus rus-
 ticani illi pij admodum, sancta erant
 sinceritate donati; vel quia Iudei cū
 essent, non poterant de virginitate
 Matris Messie dubitare, etiam in spō
 si conspectu.

9.

Abnl.

Num Deipara timuit propter
 Filium, homines incognitos, &
 grandi aspiciens apparatus? Aliqui
 Virginem à timore liberant, quod
 in conspectu Dei commoraretur.
 Respondet tamen Abulensis ques-
 tioni. *Si non timeret Virgo de Puerō,
 non esset sollicita nutriendo eum, obseruās,
 ne quid deesset, cum nihil mali posset ac-
 cidere ei: & tamen ipsa erat valde so-
 licita circa ipsum, & anxio abatur, & ti-
 mebat, & dolebat: ut patet, quando ip-
 sa, & Ioseph, perdiderunt eum.* Quam
 aptè Deipara timet, ne puer Iesus,
 quem peperit, recens natus ab hoste
 diripiatur, qui quidem pariturę te-
 tendit insidias. Apo. 12. Timere dis-
 ce, ò fidelis, si spiritum salutis pepe-
 risti, ne hostis Deum à te efficiat ab-
 legari.

10.
Eccles. 1.

Nazian.
Ora. 21.

Initium sapientia timor Domini. Ec-
 cles. 1. Siue, timor, ne recens natus
 Dominus à nobis non custodiatur
 tyronibus, vnde in exitium animæ
 nobis eripiatur. Nazian. timorem ap-
 pellat primum quoddam animæ in-
 cunabulum. Vbi scilicet Puer Iesus re-
 cens natus exceptus, custodiatur.

¶ De Magorum muneribus.

ET procidētes adorauerūt eum. Id est,
 flexis genibus. Abul. Modus com-

muniō adorandi est, flectendo genua, &
 hoc vocamus nos procidere.

12.

Et apertis thesauris suis. Thesaurus
 locus est, vbi aurum reponitur, quē
 locum cum secum minimè Magi por-
 tauerint, quoniam modo dicuntur the-
 sauros aperuisses? Respondet Lyrani.
*Non intelligitur, quod tunc aperuerunt,
 quin prius aperuerant, quando scilicet de
 Patria recesserant, & munera secum de-
 tulerant.* Præpostera valde fuisse hu-
 iusmodi thesaurorum referatorum
 commemoratio. Aptius arbitror the-
 sauros hīc pro arca, siue vase, quo au-
 rum, myrrha, & thus custodieban-
 tur, sumi ab Euangelista. Quid enim
 thuri, ac myrrhę cum Thesauris? So-
 lum aurum in præsentī ad materia-
 riam thesaurum videtur pertinere.
 Vnde thesauri teca auri ac reliquorū
 munerum repositoria.

Lyrani.

Obtulerunt ei munera. Vetus nam-
 que consuetudo fuit (loquor cum
 Haym.) *ut nullus intraret ad Regem si-
 ne muneribus.* Regina Sabha munera
 attulit ad Salomonē. Et Iacob filios
 in Ægyptum mittens, *Sumite (inquit)
 de optimis terra fructibus, & deferte vi-
 ro munera.* Celsus sic. *Lectum est, lege
 apud Persas esse sancitum seruatum quo
 que pertinacissimè, et quandocumque in
 Persas pergat Rex, pro facultate vnus-
 quisque cum muneribus, quæ honoraria di-
 ci valent, aut aduentitia, salutariam eat.*
 Hunc profecto morem Magi serua-
 uerunt ex eadem orti progenie Per-
 sarum. Strab. *Obtulerunt munera, quia
 Reges Persarum nunquam sine muni-
 bus adorant; quo more & isti Reges mu-
 nera obtulerunt.*

13.
Quare
munera
obtule-
runt?

Caelius
L. 13. c.
16.

Strab.

Munera. Quæ quidem ab Abra-
 hamo filijs, quos ex Cethura susce-
 perat, fuisse relicta, & à Magis post
 ea Iesu oblata affirmat L. Epiph. *Fi-*

14.
Num ab
Abrahā
mo hæc
Magi
munera
accep-
erunt?

lysi

lij's Cethura dona erant aurum, & argen-
tum, ac vestitus. Et in mysterio conclu-
sio Abraham in peris thus, & myrrham,
& aurum Regum Sodomorum. At ve-
ro in Christi adventu, cum ijdem filij A-
braham habitassent in partibus Arcanis
Migdalia, (putat Pater Migos à Mi-
godia Regione nominari.) Magi qui
ex successione seminum illorum descen-
derunt, eadem dona in participationem
eiusdem spei, Christo in Betlehemi obsole-
runt. Magis piam, quam veram hanc
veneratione sententiam prosequor.

15.
Singuli
triplex
munus
obtule-
re.

Aurum, Thus, & myrrham Num sin-
guli tria munera obtulerunt? Respo-
det Lyranus post Remig. singulos
tria, licet Beda scribat Galpatē thus,
Melchior em aurum, Balthasarem ve-
ro myrrham obtulisse. Lyran. sequi-
tur Megister Hist. Strabus, Cathuf.
Abul. & D. Ansel. qui quidem. *Que-
ritur* (inquit) *an singuli Magi singula
munera, an unusquisque tria obtulerit?*
*Sed magis fatendum est, quod congruente
mysterio, scilicet quod singuli tria. Pro-
bo, quia & si aurum solum modopri-
cipis viri donum esse potuisset, sola
myrrha, aut solum thus diuite homi-
ne dignum munus non est; oportuit
ergo myrrham & thus auro illustra-
ri, ac nobilitari. Vnde D. Bonau. Qui
libet* (ait) *obtulit dona tria in maxima
quantitate, precipue de auro. Deinde
quia (vbi inuimus ex D. Ansel.) id
congruit mysterio, Unusquisque enim
(adijeit) Regem, & Deum, & passibi-
lem eum esse credebat.*

16. Inest enim hisce donis sua occul-
ta significatio. August. Lyra, D. Tho.
& ferè omnes idem ac D. Ansel. my-
sterium inculcant. Pro omnibus Iu-
uencus, cuius sententia maximopere
placuit D. Hieron. fanti. *Munerum
sacramenta pulcherrime Iuencus Pres-*

byter uno versiculo comprehendit.

* Thus, aurum, myrrham Regique, Ho-
minique, Deoque.

Dona ferunt.

D. Bernardus, Aurum ad paruu-
lis sustentationem, thus contra fetore
stabuli, (quod non approbat Abu-
lenus) myrrham ad membra infanti-
lia consolida. Incerta est (ait Ca-
Caier. ieta.) litteralis ratio, que mouit Magos,
ad offerendum potius hac, quam alia Con-
stit autem, quod aurum congruit Regie
potestati, thus tum Deitati, tum Sacerdo-
tali dignitati; myrrha tum infantilibus
membris, tam fida sepultura eius.

Sentio equidem cum prædictis
Patribus. Aurum enim maxime per-
tinet ad Regis ornamentum; thus,
quo in sacrificijs olim Sacerdos vte-
batur, rectè exprimit Deitatem, myr-
ra que, qua mortuorum corpora
aduersus corruptionem præparatur,
congruè exprimit Christum mortu-
rum. D. Patcha. audite. *Obtulerunt
aurum, thus, & myrrham. Per aurum
quippe quod maxime Regum est ornami-
tum, Regis insignia declarantes: per thus
vero, quia in sacrificijs antiquitus pone-
batur, eum venerantes, Deum intelli-
gere fatebantur; per myrrham, qua mortuo-
rum corpora passim condiebantur, eum te-
stati sunt velat ex presagio humanitus
meritorum.*

Patres in mystica munerum inter-
pretatione multi sunt. Aurum (ait
Gregor.) offerimus, si sapientia lu-
splendemus; thus, si orationis studior edo-
lemus; myrrham, si carnis vitia mortifi-
camus. Strab. Offerenda primum fides
Christo, deinde oratio, tertio operatio.
Legendi Petrus Damian. Lauren-
tius Iustin. Hugo Cardi. Dionisius
Carth.

Num. Deipara recepit munera 19

Deipara munc
ra Magorum re-
cepit.

Magorum? Respondet Simon Cas-
sian. *Pia Mater eius paupercula in pe-
regre posita, donaria illa suscepit ad fi-
dem piam offerentium in designatione
Pueri, in designatione mysterij.* Quid de
nique Virgo de auro tibi prædito?
Num referuauit in exilij subleuatio-
nem? Quidam affirmarunt. Magis
opinor cum Bernardo, & Vicentio
vel pauperibus à Dæipara aurum o-
blatum, vel sacratum templo.

OBSERVATIO. I.

* Rega-
lis uirtus
humili-
ta. Quo
quis no-
bilio-
rior, eo hu-
mili-
or.
Ad
I. lud:

MORALIS PANEGYRICA
CIRA LITTERAM.

Reges erant proculdubio, qui
procidentes Infantem adorant,
quia humilitas Regibus cog-
nata.

- Et pro-
cidentes
adorau-
erunt
eum.*
20. Reges adorant, quia Reges.
 21. Probatum Magos Reges iuisse, quia humi-
liter adorarunt.
 22. Reges exultare, idem est, ac procidere, &
humiliari.
 23. Ideo Christus post Ioannem venit, quia
Rex ante illum factus est.
 24. Primi in honoribus, primi ad obtempe-
randum.
 25. Nouissimo in loco collocatus, Rex appa-
rebit.
 26. Minimi consequenter Regis fratres com-
pellantur.
 27. Animum humilitas Regum, prolem ma-
nifestat.
 28. Regi seruire adnatum.

20.
Simon.
Cassian.

Simon de Cassia sic. *Adorant Re-
ges Regem Regum, & Dominum Dæ-
minantium.* Reges adorant? Reges
procumbunt? Imo, & si mihi alia nõ
subesset ratio, vnde Magos Reges
fuisse faterer: non dubitarem de Reg-
no, dum hi viri in Pueri conspectu
humiliter prostrati meis oculis obij-
ciuntur. Regibus enim cognata hu-
militas & reuerentia præcipue in Do-
minatoris aspectu.

Regem vatem præmitto pra-
tem. *In spiritu uehementi conteres nau-
es Tharsis.* Psal. 47. Vbi Incog. per
naues Tharsis Reges intelligit illos,
qui Infanti Deo munera obtulerunt.
Per Spiritum sanctum, (inquit) *qui est
spiritus uehemens, ponitur omnis super-
bia Magorum.* Vnde probas in Spi-
ritu sancto Magos fuisse humiliatos?
Probo! (ait) *Nam isti Magi erant Re-
ges; & vnde, quoniam Spiritu sancto in eis,
vel Christo nato, humiliati, omnem super-
biam deposuerunt; vnde procidentes, a-
dorauerunt eum.* Cur non dixit, Quia
procidentes adorauerunt, ideo con-
stat eos deposuisse superbiam? Plus
probat, me iudice, dicens: Humilia-
tur, quia Rex est, quam: Humiliatur,
quia adorat. *Isti Magi* (subdit) *erant
Reges, vnde nato Christo, procidentes, a-
dorauerunt eum.* Haud equidem Regi
indecorum in conspectu altaris pro-
cidere: imo Regiæ dedecus dignita-
tis, non mente, non corpore omninò
deici. Quia procidere coram altari
Reges, sedere proculdubio est.

In conspectu Agni sacratissimi
apposito altari apparent Reges. Se-
cundum quidem, & in capitibus eorum co-
rona, At loquentibus quatuor ani-
mantibus, procidebant viginti & qua-
tuor Reges, & mittebant coronas suas an-
te thronum. Apoc. 4. Quæris, quando
nam prociderent seniores, suas co-
ronas ante thronum mittentes? Quã-
do clamabant quatuor animalia. In-
stas, & quandonam quatuor anima-
lia clamarent? *Animalia* (respon-
det Textus) *non habebant requiem
die, ac nocte, dicentia: Sanctus Sanc-
tus, Sanctus.* Si igitur Reges proci-
debant, & mittebant coronas, quo-
ties animantia illa clamorem emit-
tunt: sæper procidunt Reges, semper
pedi-

pedibus Agni dicant coronas; quia scilicet sine requie vlla die ac nocte inclamant animalia. Quis dubitet? Hinc difficilis suboritur questio. Si semper procidunt Reges, ac coronas immittunt, quia semper clamant animantia: quando nam potuere apparere sedentes, & in capitibus eorum coronæ? Quonammodo Regibus statuitur requies, si requiem non habebant animalia, quorum cantus interminabilis haud intermissibilis submissio Regum erat? Vicoactus argumenti Richardus Victor. ad sen sum mysticum accurrens, (nam & omnia illa mystica erant) sic tradit solutionem. *Sane coronati illi sedent, qui ante diuini Agni thronum prostrati coniacent.* Ipsum enim illud procidere, est sedere: idem illud coronam submittere, coronari est. Videant Reges, quam sine maiestatis præiudicio Deo præstent reuerentiam. Procidunt igitur quando sedent, quando regnant; quia sedere, regnare, seu Reges existere, idem est ac deiici, & humiliari. Tam adnata Regno in conspectu Altissimi submissio.

23. Quando non submissio cognata
Ioan. I. Regno? Baptista sententiã de Regũ
Principe recensebo. *Post me veniet
Vir, qui ante me factus est; quia prior me
erat.* 10a. 1. Vbi Ansel. vim illius par
ticularæ expendit: *Quia. Post me veniet
Vir, qui ante me factus est. Cur veniet
post te, qui ante te factus est? Respon
det, Quia prior me erat.* Ac si diceret.
Ideo Christus post Ioannem venire
dignatus est, quia prior erat Ioanne.
Prioritas enim, prælatio, & excellen
tia non Christum extulit, vt eleuaretur,
Ioanni que præficeretur; sed il
lum seruo supposuit.

24. *Ioab filius serua erat super exercitum.*

*Banaias filius Iaiada supra legiones Ce. 1. Par. 18
rethi, & Phelethi Porro si y David primi
ad manum Regis. 1. 4. 18. Ad quẽ
locum Hugo Card. Filij David sacer- Hugo.
dotes erant. sed & hic primi. & ibi Sacer
dotes dicuntur, propter nobilitatem, &
prioritatem. Hinc surgit questio. Vbi
nam hic primi dicuntur filij David?
Hic primi dicuntur. Porro Ioab & Ba
naias dicuntur primi, quia huius su
per Cerethi, & Phelethi exprimitur
potestas; illius autem regimen super
exercitum adnotatur. At filiorum Da
uid, qui Sacerdotali in super digni
tate fulgebant, primatus, siue excel
lencia hic non exprimitur, potius sub
iectio indicatur, cum *ad manuum*, si
ue ad obedientiam Regis promptos
Textus depingat. Profecto filij Da
uid hic primi planè dicuntur, & osten
duntur verè primi, dum *primi ad ma
num Regis* declarantur. Ille namque
primus ostèditur inter primores, qui
primus est ad subiectionem, paratior
ad obsequium. *Nam qui primi* (in
quit Lyran.) *erant in honoribus, primi* Lyran.
ad Regis nutum obtemperabant. Hec pri
oritas filiorum Regis, primos te ostè
dere in obsequio, ad præcipientis
que nutum, manuum imitar, obtem
perare.*

Audi Veritatem. Si inuitatus fue
ris ad nuptias, recumbe in nouissimo loco. Luc. 14.
Luc. 14. Vulgaris apparebo, inno
uissimo loco collocatus. Imo osten
deris Rex. Alliciendus D. Bern. ad
hunc sensum. *Recumbe* (inquit) *in nouissi
mo loco, vt solus scilicet omnium sedeas.* Ac
si diceret. Vt nouissimo loco cõstitu
tus, tu solus sedeas, tu solus throno
dignus appareas, cæteris potius ad
stantibus, quã sedentibus, in nouissi
mo loco recumbe. Ille etenim appa
ret dignus sede sola, & absolutus, qui
omni-

omnibus se se efficit nouissimum.

26. Rursum Iesus. *Quod fecistis vni ex minimis fratribus meis, mihi fecistis.* Mat. 25. Vbi Caieta. *Quamuis Rex in sede maiestatis tanta, non dedignatur appellare fratres suos pauperculos.* Regis fratres, lemen Regium proculdubio estis. Si fratres Regis, o Domine, cur eos minimos appellas? Sed D. Chrysof. fatius committere questionem. *Si fratres (rogat) tui sunt, quomodo minimos eos appellas?* Respondet, *Imo ve ro ideo fratres, quia humiles, quia abiecti.* Ideo fratrum Regis appellatione digni apparent, quia minimos se se præbuere.

27. *Omnis (canit David) gloria Filia Regis abintus in simbris aureis.* Psalm. 44. *Quid ergo est, (inquit Gregor.) quod omnis gloria intus perhibetur, nisi quia & illa, que foris est, gloria intus esse cognoscatur?* Ac si diceret, Ex ea gloria, que intus est, exterior gloria dignoscitur, honor scilicet, & Regalis Filia Dei nobilitas. Iam requiris, que nam sit gloria illa intus latens, & que exterior Regalis nobilitas prædicatur, dignoscitur? *In simbris aureis, vti que terram pertingentibus.* Abiectione ergo, humilitas, demissio animi Filia Regis ad lucem adfert omnis gloriae, omnis nobilitatis splendorem, humilitas, efficit eam Regis Filiam apparere. O quam nobilibus humilitas adnata!

28. *Difficilis illa senecæ sententia. Omnes Reges ex seruis; omnes serui ex Regibus oriuntur.* Quare? Quia tam adnatum Regi seruire, humiliari: vt seruus Regem, Rex autem seruum parentem sortiti videatur, ob eam que parentes & filij similitudine assolent obsignari.

OBSERVATIO. II.

Magi præmissis orationis ac elemosynæ muneribus, vacuus taxant adoratores.

- 29. Oraturus munera præpara.
- 30. Hoc est in spiritu & veritate adorare.
- 31. Elemosynâ ante orationem immittens Deum efficit debitorem.
- 32. Num oratio, quam elemosyna non comitatur ociosa?
- 33. Bene eleuat in oratione manus, qui extendit ad pauperem.
- 34. Propriæ simul inopiæ recordare.
- 35. Taxantur, qui non propriæ occurrunt egettati.

* Muneribus præmissis oras, exorat. Ad illud: *Aperis thesauris suis, obtulerunt ei munera.*

IVstè Reges hi sapientum appellatione condecorantur, qui non vacui accedunt ad altare mysticum, vbi Christus adoratur; sed muneribus onusti, precantur, & adorant. Chrysol. ad hæc. *Adoraturi accurramus omnes, & muneribus sacris Deum, Regemque Virgineo processisse fateamur ex templo.*

Paulus, *Eramus nos sub elementis huius mundi seruientes.* Gal. 4. Imo ipsis elementis, Magorum instar, seruibamus. Nam (vri ait August.) *Paganum non sub elementis seruiunt, sed ipsis elementis: colunt enim astra, Solem, Lunam, Sydera in firmamento; in inferioribus Terram, Aquam; in mari Neptunum; in inferis Plutonem. Christiani non sub elementis, sed super elementa Deo seruiunt, ad Ierusalem cælestem properantes in spiritu & veritate Deum adorant.* Incidit Doctore in memoriam sententia Dominica ad Samaritanam, *Venit hora, quando veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu, & veritate.* Ioa. 4. Chryf. Illū in spiritu & veritate orare docet, qui quando petit, dat; ille autem in spiritu & veritate non orat, qui non dando, contra hoc, quod pe-

29. Chryf. 1. 103
30. Gal. 4.
Aug.

tit agere non cessat. Hi præcipue veri adoratores. Præcipue dixi. Scio enim sine oblato munere Deo iusti preces acceptabiles.

qui per eleemosynam in celo iugiter thesaurizat: Quis bene manus leuat, nisi qui assidue victum, & vestitum pauperibus subministrat?

21. Deus olim. Non apparebis in conspectu meo vacuus. Exo. 23. Quare ad meum accurrens conspectum? Non ne uti doneris misericordia? Ex misericordia prius Deum cura efficere debitorem! D. Chryl. Iudæis dicebatur: Non apparebis in conspectu meo vacuus; quanto magis nobis? Idcirco ne pauperes ante fores adstant, ut nemo vacuus ingrediatur, ut misericordia comite securus introeat. Intras, ut misericordiam consequaris? Prior ipse miserere, fac primū debitorem Deū, & ita illud demū exige.

Admonuerim tamen ea ex eleemosyna orationem efficaciam recipere, qua proximo si occurras, propria si mul recordaris inopia. Cui sensui illud Eccles. do. Misere anima tua, placens Deo. Cap. 30. Ad quæ August. ait. Qui eleemosynas facit, facere incipiat a se ipso. Indignum est enim, ut in se non faciat, qui facit in proximum.

34

Eccles. 30

August. l. 21. de

Ciu. c.

27.

32. Pulchre Dauid, Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, eleuatio manuum mearum. Si orationis peruolat (ex Strabo) incensum, eleuatio ne manuum pauper aurum recipiat, myrrha defanctorum corpora condiantur. Hoc enim postulat Propheta, ut quod loquitur, non sit ociosum. An ociosa futura esset oratio, quæ non eleemosyna associaretur? Expande (inquit Chryl.) manus tuas ad pauperum manus. Si ad pauperum manus extendas manus, ipsum cæli cardinem attingisti; nam qui illic sedet, eleemosynam accipit. Quod si steriles manus extendas, nihil proficis. Nam non in verborum multitudinem, sed in operum exhibitione nos exaudiri meminerimus. Profecto sine eleemosyna oratio, sicut sine oratione eleemosyna, laudabilis actio. Attamē prædicta fandi ratione vberiore orationis ex eleemosyna efficaciam intendit Doctor ostentare.

Adfero ad Disputationem, vtrum aliquis ex ijs, qui damnandi in extremo iudicio, pauperibus subuenierit aliquando? Quis dubitet aliquos damnandos sæpe egenis subuenisse. Imo plures ipso in mortis vestibulo pauperes eleemosyna donauere, licet Regi Balthasari legimus accidisse. Quare ergo Dominus Balthasari impio, eiusque imitatoribus, Discite (inclamat) maledicti in ignem æternum. Esuriui enim erim, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi bibere? Matt. 25. Cur me o Domine (Balthasar replicat) arguis de auaritia? Non ne mors me egenorū reperit subleuatore? Similiter plures alij inclamabunt. Eleganter ad hæc D. August. Ostendit eos non facere etiam, quando se facere existimant. Si enim Christiano esurienti panem tanquam Christo darent: profecto sibi panem iustitie, qui ipse Christus est, non negarent. Ideo, Quod uni, ait, ex minimis meis fecistis mihi fecistis: quod autem uni ex minimis meis non fecistis, mihi non fecistis. Fecistis uni, scilicet pauperi, non fecistis uni, videlicet vobis; quando vobis fames centibus, pauperi subuenistis.

35

Mat. 25

August. citat.

33. Id quod Moyses manuum eleuatione exposuit. Cumque leuaret Moyses manus, vincebat Israel. Exo. 17. Vbi August. D. August. Quis bene manus leuat, nisi

OBSERVATIO. III.

Mystica Iesuitarum oblatio.

*Trium
Religio
forum
votorū
perfec-
tio, &
obseruā
tia.

26.

Societatis Iesu alumnus, qui Ma-
gorum aperio thesauros, non po-
tuit me continere, quin votorum no-
strorum renouationis laudabilē con-
suetudinem paucis illustrarem. Epi-
phaniæ etenim solemnij à Societa-
tis viris, qui iuxta institutum vota re-
nouare tenentur, mystica hæc obla-
tio peragitur. Vidimus tria à singulis
oblata fuisse Regibus. *Hæc tria* (in-
quit in super Dionis. Car.) *Singuli ob-
tulerunt.* Vti videlicet innuerent triū
votorum immolationem. An non in
auro rutilat religiosa Paupertas? Nū
non in thure redolet castitas? Nō ne
in myrrha fulget obedientia? Singula
expendam, & confirmabo.

Carth.

Caput primum.

**¶ Aurum Magorum, siue Societatis Ie-
su Paupertas.**

* Diui-
tiarū in-
firmitas.
Pauper-
tatis for-
tudo.
Ad
Illud:
Aurū.

37. Paupertas Societatis, instat Religionis
muri.
38. Diuitiæ à culmine ædificium Religionis
corrumpere efficiunt.
39. In morem eius, qui ab excidenti muro cō-
priusitur, liberatur, qui diuitijs renunciat.
40. Huiusce ædificationis fundamenta opes
faciunt commoueri.
41. Quam deficiens murus diuitiæ.
42. Aptè paupertas pro Religionis muro sta-
tuitur.
43. Mirum in modum hæc Iobum obfirmavit,
ne ædificatio corrumpere.
44. Nullatenus à culmine grauat, quia leuis.
45. Murus Religionis firmissimus, dum ad vi-
tam exhibet necessaria.

27.

Aurum aptè Societatis Iesu Pau-
perratis typus, dum offertur, dū
humeri graues auro, (vti ait Chrysol.)
à pondere liberantur. D. Ignatij Pa-
tris nostri præmitto sententiam. *Pau-
pertas, vt murus Religionis firmus, dili-
genda, & in sua puritate conseruanda est.*

Ignati.
p. 6. cōf.
c. 2. §. 1.

Diuitiæ non sunt ad firmum murum
accomodatæ; decideret namque Re-
ligionis exædificatio auri herens fū-
damini. Siue enim à superiori culmi-
ne grauantur diuitiæ murum oppri-
merent, siue à fundamentis infirmæ
deficientes, causa existerent commi-
nutionis.

Grauant profectò à culmine diui- 28.
tiæ, suo met pondere pressa corrui-
t ædificatio. *In conspectu eius* (canit Da-
uid) *procidunt omnes, qui descendunt in*
terram. Psal. 20. Illud: *procidunt ad Ma-*
gorum videtur alludere ad orationē,
quiquidē procidentes adorauerunt. Pro-
cidunt plane, quia vti myitice Chry-
sol. dicebat, diuitiarum referens con-
ditionem: ac si Reges typum gerent
mundialium, *graues auro præsentan-*
tur. Quinam igitur sunt, qui proci-
dunt? August. *Omnes bona amantes ter-*
rena. Quanto sibi bonis terrenis feliciores
videntur, tanto magis in terram descen-
dunt. Aurum enim (inquit Ambro.)
natura graue grauius fit auaritia. Vnde
corrumpere facit auaros. Quam ædifi-
cio ineptum, quod suo met pondere
graue, haud valet consistere!

Psal. 20.

August.
de gra-
no. Tes.
c. 28.

Abram ad perfectionem vitæ vo-
catur. *Egredere* (inquit Dominus) *de*
terra tua, & de cognatione tua, & de do-
mo Patris tui, & reui in terram, quam
monstrauero tibi. Gen. 12. Cogente fa-
me diuertit ad Ægyptum. *Ascendit*
ergo Abram de Ægypto, & omnia que
habebat. Gen. 13. Vbi Hieron. *Ascen-*
dit (inquit) *grauius, liberatus. Vnde*
re grauabatur. Et licet videantur esse di-
uitiæ pecoris, auri, & argenti: tamen Æ-
gyptiæ sunt, viro sancto graues sunt. Qui
ergo paupertatis resumit studium,
mundialibus ablegatis, quasi à conf-
structionis ruina liberatur.

29.
Gen. 12.

Hiero.

Fundamina fabricæ diuitiæ cōtur-
bant, 30.

bant, non aptæ ad muri firmitatem. *Iericho autem clausa erat, atque munita. Attamen omni populo vociferante, & clarigentibus tubis, muri illico corruerunt.*

31. *Ios. 6. Vbi D. Basil. Seleu. Obsessa (ait) Iericho murorum orbem exuebat. Quamã vi? Num populati vociferatione, clãgore tubarum? Leuis profecto impetus ad firmissimos muros dissipandos. Hugo Card. mystice locum interpretatus, in muris Ierichuntinis ait signari diuitias. Non igitur opus potentem adesse vim, ad muros infirmandos, ipsa Iericho se se orbe exiit murorum. Illicò corruit extructio. Ipse etenim graues diuitiæ sua met ipsa fundamenta comminuunt.*

31. *Vnde Dominus, Vendite, quæ possidetis, Subdit statim rationem. Facite vobis thesaurum non deficientem. Lu. 12. Quisnam thesaurus deficiens nisi diuitiæ corruere efficietes ædificationem, quia ipsæ deficiunt? Bellè Chrysol. Tali (inquit) monitu Christus Dominus manere tibi tua voluit, non perire. Si à diuitijs te expedis, tua fabrica permanet; si de bonis mundialibus sollicitus sis, excidit ædificiũ, perfectionis muro labefactato.*

32. *O Paupertas Religiosa, quam apta ad muri fortitudinem! Si à superiori extructionis culmine leuis, à fundamentis solida existis. Domini sunt cardines terra, & posuit super eos orbem. 1. Reg. 2. Aliter, Afflicti terra, id est, pauperes spiritu, super quos Conditor orbis machinam constituit. Vndenam tanta firmitas? Profecto Paupertas super firmum Domini cum lapidem innitens, nullo pondere premitur. Insurgunt venti, flumina refluent: stat murus Paupertatis. Obijcias, precor, pauperum Ducem Saluatorem, August. fante, O pauper-*

tas! In angusto diuersorio nascitur inuolutus in fantilibus tegumentis: in praesepio ponitur. fugit, vagit, tolerat atatem, occultat maiestatem: postea tenetur, contemnitur flagellatur, illuditur, conspuitur, collaphizatur, spinis coronatur, ligno suspenditur, lancea perforatur. O paupertas! Ac si diceret, Quisnam posset tantorum hostium impetum excipere, tantum incommoditatum pondus sustinere, nisi fortissimus murus paupertatis?

Diabolus conatus est Iobi exædificationem solo æquare, fortissimum supplantando ducem, seu huiusce muri firmi euertendo fundamenta. Pauperem effecit, vade suo se hostis gladio vulneravit. Quia scilicet paupertas ad eò muri huiusce fundamentum solidauit, vt minimè supplantari posset. Tange (ait Diabolus) os eius, & carnem eius. & tunc videbis, quod in facie benedixat tibi. Iob. 2. Percusserat hostis virum patientissimum ægestate, quod cum eum infirmum aspiceret, extimauit fore, vt addito vulnere pondere, cõstructio rueret. At Deus castro ædificio paupertatem apposuit, vt impetus prius frangerentur, quam fabrica. Non solum ad tactum leue, in morem rei caducæ, non ruit; verum ad impetum horribilem constitit immobile. Quid mirum si Paupertatis muro obfirmabatur? Præclare D. Chrysol. Cum diues erat Iob, cum ipso pugnare parabat Diabolus, & supplantare mirabatur: postquam vero ipsam spoliavit, & pauperem fecit, ne hiscere quidem amplius ausus est. Immo bilis enim erat, qui Paupertatis muro fulciebatur. En Paupertatem à fundamine firmam.

Quam Paupertas à culmine leuis! *Christus Iugum (inquit) meum iuane*

Mat. II. est, *onus meum leue*. Mat. I I. Iugum hoc paupertas, quod certe suaue, ac leue dicitur, quia auro vacuum & argento. *Alter alterius onera portate*, in-clamat Apost. Quod expendens August. ait, *Paupertas non est onus meum, sed onus fratris mei. Vide, ne diuitia sint manus onus tuum*. Leuissimum ergo onus paupertas, si quidem nequaquam onus pauperis est; sed eius, qui tenetur egestati eius succurrere. Vnde aperte illud. *Vide, ne diuitia sint manus onus tuum*: propterea quod diues teneatur indigenti subuenire. *Quid est (ad iicit) onus paupertatis? Non habere. Quod est diuitiarum onus? Plus, quam opus est, habere*. Onus igitur paupertatis, quod est, non habere, nõ proprie est paupertatis onus, sed diuitiarum. Nam diuitie, ex eo, quod plus, quam est opus, habent, occurrere debent pauperum indigentie.

45. Diuitia itaque corrumpere faciunt diuites, Religiosa paupertas necessaria ministrans, æternum duraturam spiritualem fabricam reddit. Murus quippe firmissimus est paupertatis necessarijs ad vitam stipata, superfluis ablegatis. Ismael ex Beda, *Dei auditio nem accipiens*, dum se se recipit ad desertum, refert, me autore, Religiosu.

Gen. 21. Quidnam a domo prædiuitis Abrahæ accepit? Non ne panem, & aquam? *Tollens panem, & vitæ aqua posuit super scapulam matris, tradiditque Puerum, & dimisit eam*. Gen. 21. Vbi Ambro. *Domus Abrahæ erat diues, locuples, abundans. Attamen non vinum, non oleum accepit. Quid accepit? Non ne panem & aquam? Que quidem (adiicit Pater) sunt vitæ alimenta firmissima*. Pulchre firmissimum appellauit paupertatis necessarium victu. Quia *firmus murus* (ex D. Ignati) sententia

Paupertas Religiosa) necessarijs solummodo adhibitis, tuendus est.

Caput secundum.

¶ *Thus Magorum, seu Societatis Iesu Castitas.*

- 46. Angelica Societatis Iesu castitas.
- 47. Cælestis Societatis Angeli habitatores.
- 48. Socijs Iesu ad munus docendi, Angelica puritas necessaria.
- 49. Et ad concionandi ministerium.
- 50. Et ad Ecclesiæ defensionem.
- 51. Et vt cum luxuriosis inoffenso pede procedant.
- 52. Solus Angelus luxuriosi limina terat.
- 53. Angeli Iesuitæ fortitudo fugere, quando non instat ministerij necessitas.
- 54. Improbi Iesuitæ impudicitia necessario diabolica.
- 55. Si Angelus Iesuita ruit, Diabolus efficitur.

¶ *Thus Castitas Angelica. Quæ est ista (clamat Spõsus) qua ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex arboribus myrrha & thuris? At. q. Ruper. explicat. Extenuata disciplina. Adeo, vt corporis exiccata carne, in motu spiritus, possit auolare. Angelica protectio huiusmodi castitas, vbi thuris virgula extenuata conspicitur. Hanc D. Ignatius Socijs castitatis legem in dicit, fatus, *Quæ ad votum castitatis pertinet, interpretatione non indigent, cum constet, quam sit perfecte obseruanda, nepe emittendo Angelicam puritatem imitari, & corporis, & mentis nostra manditia*. Angelica prorsus Societatis Iesu castitas pluribus de causis exiit.*

Primùm, quia Societas animorũ utilitati incumbens, lucem doctrinæ proximis emitens, cælum quidem Ecclesiæ. At qui cum Agelis communi fede fruuntur, eos necessum imitari. Noe Arca volucris celsu quoddam præparabat habitaculum, duobus alijs reliquis subiectis animantibus. Gen. 7. Vbi D. August. *Possunt*

* Castitas Angelica. Ad illud Thus.

46.

Cant. 4. Ruper.

Ignati. p. 6. col. c. 1. §. 1.

47.

Gen. 7.

(inquit)

Beda. denon. Hebr.

Ambr.

^{7. decem.}
^{6. 26.} (inquit) *conuenientius hisce domicilijs tres illa uertutes Euangelica designari trigena, sexagena, centena. Ut in intimo habitet pudicitia conjugalis, supra uidualis, atque hac uirginalis superior. Hac Ecclesie coelum ubi Angeli signati uolucris commorantur, quae quidem ex Augustini mente decet Euangelij ministros, quorum munus docere reprehendere, ad uirtutem allicere.*

48. Porro ad docendi, ac reprehendi
 manus obeandū, Societatis viro An-
 gelica castitas copulanda est. *Ascen-
 ditque Angelus Domini de Galgalis ad
 locum flentium, & ait, Eduxi uos de
 Aegypto, & introduxi in terram &c.*
 Iud. 2. Volui a selet quæstio in præ-
 senti, Vtrum ascendens ille de Gal-
 galis fuerit Angelus, an homo hoc
 nomine insignitus? Placet Hebræis
 verum Angelum fuisse. At Lyranus
 cum alijs sentit hominem extitisse.
 Ego autem existimo hominem Ange-
 lum ascendisse, siue hominem Ange-
 licæ puritatis imitatore. Quia scilicet
 ad carpendum populum accesserat,
 quod sane munus Angelum re-
 quirat humanitate indutum, siue po-
 tius hominem Angelico uestitum in
 dumento. *Scribitur (ait Lyra.) Trans-
 gressionis reprehensio. Dicunt Hebræi, quod
 iste Angelus fuit Phinees; tum quia An-
 gelus interpretatur nuntius: iste autem fuit
 missus à Deo, ad arguendum populum de
 transgressione mādatorum: tum quia He-
 bræi dicunt ipsum fuisse Angelum in cor-*

Auguſt.
 apud
 Glo. *pore humano. Adde ex August. huius-
 modi Angelicum hominem accessisse,
 ut personam gerens absentis Iesu,
 populum reprehensionis uulnere af-
 ficeret. Iesu autem minister, ac Socius
 Angelica debet puritate nitere, præ-
 cipue si luxuriei excessus taxadi sint.*

Id quod præstitit Phinees, quando
 Iſraelitam immunda scemina copu-
 latum utriusq; perfodit exitio. Quod
 cum uidisset Phinees, arrepto pugione, in-
 gressus est post uirum Iſraelitem in lupa-
 nar, & pergodit ambos simul: Num. 25.

Deinde adhaerere debet puritati 49.

Angelicæ Iesu, ad coelestia myste-
 ria euulganda. Quid Apostolus So-
 ciji Iesu? Scio hominem in Christo rap-
 tum usque ad tertium coelum, & audi-
 uit arcana uerba, quæ non licet homini lo-
 qui. 2. Cor. 12. Quodnam hoc celū?
 D. Ansel. *Noem sunt (inquit) ordi-
 nes Angelorum, qui iuxta Dionisium, in
 tres ternas distinctiones distributi sunt.
 Prima, quæ terræ est uicior, constat ex
 Angelis, & Archangelis, & Principa-
 tibus. Media ex Potestatibus, & Virtu-
 tibus, & Dominationibus. Suprema ex
 Thronis, & Cherubim, atque Seraphim.
 Prima dispositio primum coelum potest ac-
 cipi, secunda uero secundum, tertia autem
 tertium coelum. Apostolus itaque raptus
 in tertium coelum, intelligitur supremis
 Angelorum choris interfuisse. Quare su-
 premis? Quia uti euulgare posset ar-
 cana uerba, quæ non licet homini loqui, af-
 sociari oportebat Angelis Apollolū,
 qui ob nominis Iesu commissionem
 Iesu erat associatus; uti iam facto An-
 gelo loqui liceret. Apprimè Caieta.
 Ibi Paulus didicit uerba, quemadmo-
 dum Angeli discere dicuntur. Ad Ange-
 lorum accessit scholam, ut disceret,
 quidquid Angelorum more reuela-
 re oporteret.*

Præterea Angelica necessaria Ie- 50.

suit puritas, quia Angelis militibus
 adhaeret, ut defendat Ecclesiam. *An-
 gelus enim Domini exercituum noster
 sacerdos est. D. Ambro. Angelos ait
 Dominicæ uinæ custodes. Uinea mea
 est in conspectu meo, auenti, qui seruant*

fructum eius, sexaginta potentes in circumitu propaginis eius strictis armati telis. At crescente huiusce vineæ fructu, ob fidelium ex gentibus quotidie fluentium ad nos multiplicationem, necessum, milites strenuos Angelis asociari ad vineæ custodiã. *Creuit (ait) numerus militum, ubi creuit & fructus.* Possunt militare pro nobis viri castitate conspicui? Ergo possunt (ait Pater) fructum in nobis custodire, qui possunt militare pro nobis. Qui nam hi milites? *Vobis virgines speciale præsidium, quæ sacrum Domini seruatis cubile.* Speciale præsidium, id est, specialis fortitudo, vt præsidio sitis vineæ (Domini simul cubili) custodiendæ, vt scilicet crescente quotidie fructu, Angelorum exercitus augeatur ad vineæ protectionem.

51. Denique non minus prædicta puritate Angelica eget Societatis miles, vt cum luxuriosis hominibus ac foeminis inoffenso pede incedere possit. Profecto sic ingredi debet Ieuitha meretriciam domum, ac si minimè ingrederetur; seu potius affirmari, spiritus ingrediatur, homo foris expectet. Misit Iesus duos viros ad terram professionis explorandam, quos meretrix Raab excepit in domum. *Tollensque mulier viros, abscondit.* Ios. 2. In Hebræo habetur, *vatit speno*, id est, *& abscondit eum.* Si duos excepit, quo pacto vnum tantum abs-

condit? Nugatoriè Hebræi vnum ex his exploratoribus nomine Phineë, (vti innuimus) Angelum putabant, quod egregius esset castitatis cultor, & defensor. Vnde non hunc, sed socium hominem & exceptum à meretrice, & absconditum asseriebant, licet vterq; & exceptus fuerit, & absconditus. Proh Iesuitarum gloria!

Apud
Lyan.

Ex Iesu mitentis Socijs qui Angelica puritate nitet, sic ingreditur meretricis domum, ac si minimè ingrederetur; sic excipitur, ac sinullatenus ad domum accederet. Verum qui non Angelico affectu huiusmodi ingressum instituit, timeat, ne ab Angelica Societate deturbatus, magis inter homines computetur.

Ex tribus illis viris, qui olim apparere Abrahamo, duo solummodo Sodomam ingressi scribuntur, tertio vtique minimè ingrediẽte. Quod si huiusmodi Angelus verè Angelus fuit, minister Patris, ac Filij, vti alicui placet, non mirum eius ad Sodomam ingressum non apparere. Quia Angelorum castissimorum (sic dicam) mos, sic ad luxuriosorum domum diuertere, ac si nullatenus ab illis exciperentur. Deus Pater, & Filius nõ vereatur ad ingressum; minister autem Angelus (si fortè ingressus) limina periculosa terat, quati foras omnino remaneret.

Magna (michi credite) Angelorum Societatis Iesu fortitudo in eo sita est, quod leuiter percurrant proximos luxurie tabe corruptos. Iesu ite vox illa, *Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo. Deus Dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos quasi ceruorum.* Abac. 3. si munitum te dicis fortitudine a Deo Iesu tuo, quare te pedibus ceruinis, seu fugacibus donatum affirmas? Quid fugæ infirmitati cum Deifica fortitudine? Equidem pro verbo illo, *ceruorum*, intelligere possumus verbum *Angelorum*, qui ex Nysseni sententia significantur ceruorum appellatione. 2. Si Iesuita pedibus Angelorum præditus sum, non mirum me fortitudinem meam in fuga constitutam esse exitima-

52.
Gen. 17.

53.

Abac. 3.

Nyssen.
ad 2. Cã.

existimare. Angelica enim puritas, que Angeli fortitudo est, tunc conseruatur, cum Angelus inter luxuriosos degens, ceruorum semper fugas meditatur.

54. Ex dictis elicuerim luxuriam Socij Iesu (si quis tam effrenis possit inter Angelos reperiri, tam celsam fadans appellationem) Diabolicam omnino esse. Qui miser e celesti excidens throno, Angelica castitate exuitur, Diabolus prorsus est. Sanson ille Nazareus, Iesu Nazareni mystice Socius, abiit in Gazam, & aspectata muliere meretrice, *ingressus est ad ea.*

Iudi. 16. Iud. 16. Vbi D. Grego. *Quid* (inquit) *Gaza, nisi infernus?* In infernum igitur magis deturbatur, quam in domum ingreditur luxuriosus Sanson, ibi non tam voluptuatur, quam torquetur. Cur in infernum? Quia Nazareus Iesu mysticus miles haud potest luxurie maculari, quin Diabolus effectus, velut infernaam, Diaboli iustitiam, torciatur Regionem collegium illud, quod quidem socio Angelica puritate nitenti celestis aula procul dubio est.

55. Audisti Angelos propter intemperantiam luxurie cecidisse de celo? Profecto huiusmodi circa litteram error, circa spiritum pulchre corrigitur. Excidit enim impuritate fedatus Angelus, vt inter Demones que at annumerari. D. Ambr. *Qui castitatem seruauit Angelus est, qui perdidit Diabolus. Quam praeclarum Angelos propter intemperantiam suam cecidisse de celo!* Et quisnam e caelo potest ruere ab Angelica conuersatione deturbatus, quin Daemonum immundifimorum cetui socius adha-beatur?

Caput tertium.

¶ *Myrtha Magorum, siue Societatis Iesu Obedientia.*

56. Obedientia cadaueris Iesuitis indicitur.
57. Lazarus funereis illigatus obedientiae Societatis, typus.
58. Spontae Societati cadaueris obedientiam Iesus pro ornamento exhibuit.
59. Mortuus uiuens Iesuita Dei voce exaudit.
60. In morte cadaueris, quo quo uersus agitur.
61. Inobediens Propheta, dum uiuus: obediens, dum cadauer, ostenditur.
62. E Societate merito deturbatur, qui huiusmodi obedientiae non praestat obsequium.

ET *Myrrham*, qua corpora mortuorum conditi assolent, ne sint obnoxia corruptioni, Haymone dicente, *Myrrha mortuorum corpora conduntur*, uti uidelicet quodammodo uiuant. Non abs re Dominicum corpus totum fuit myrrhae libris conditum, ut inter mortuos uiuens certo modo, Sancto minime corruptionem uidente, nobis appareret. Quam appositus Obedientiae Societatis Iesu typus, ubi obedientia cadaueris deprecatatur! *Quis que sibi persuadeat* (inquit D. Ignatius) *quod qui sub obedientia uiuant, se ferri, ac regi diuina prouidentia per superiores suos sinere debent, spernente si cadauer essent, quod quoquo uersus ferri, & quacumque ratione tractari se sinit.* Socij ergo Iesu, mortuorum multar, manibus obedientiae deferenda cadauera, mortui uiuentes; mortui nempe ad indifferentiam, uiui ad executionem.

Lazarus apprimè nostrae obedientiae expressit prestantiam, cui defuncto Dominus: *Lazare, ueni foras. Et statim* (adiicit Textus) *Prodiit, qui fuerat mortuus, ligatis manibus, & pedibus institis, & facies eius sudario erat circumligata.* Ioan. 11. Cur non se funereis expediuit illigamentis, Iesu praecipit

* Perfectione Religiosorum obedientiae laudes.

Ad illud: Et Myrrham.

56.

Haym.

Ignati. p. 6. cōf. c. 1. §. 1.

57.

Ioan. 11.

tum

tum Iesu mandaturus? Quia Iesu Discipulus, è quo plane exigitur obedientia cadaueris. Gressus igitur dirigit quasi adhuc inter mortuos degeret, cadaueris amictus indumentis.

Caiet. Caieta. ad hæc. *Amunt aliquos quandoque existimatos mortuos, fuisse sepultos. Sed tales redeuntes ad opus vite, non solum se soluant; sed clamant, & corrodunt quidquid possunt. Lazarus vero mansuetissimus ligatus non solum tam manus, quam pedes fascijs, sed etiam faciem sudario, exiit extra speluncam. Quisnam accommodatior obedientiæ amictus? Ligatus ambulat, solutus Iesu Socius illigatur.*

58. Huiusce equidem obedientiæ cadaueris ornamentum Iesus parauit

Cant. 1. Sponsæ Societati. *Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argentea. Cantic. 1. Bern. cum Ansel. Ornamentum aurium faciemus tibi. Honor. In auro est eius obedientia auro sapientia, & argentea scientia decorata. Age huiusce obedientiæ naturam expendamus. Quid murenula? Be da, Est murenula piscis marinus plicans se in orbem. Alij explicat lumbriculas siuè vermes, quorum cadauera Domicilium. Verus obediens ille, qui principio finem adiungit, (cauda capiti hærente) qui viuens inter mortuos, cadaueris instar vermibus scatentis, nullam mouenti obijcit repugnantiam. Aptè D. Bern.*

Bern. epif. 78. sic Religiosis. *Tene quod tenes, hostia que caudam iunge capiti. Ac si diceret, sacrificium hodiernum tuum, immolatio tua à te dirigatur, tanquam ab eo, qui nouit, plicante se in orbem murenula, finem principio copulare. Illud Honorij pondera: Obedientia argento scientia decorata. Siue argento vermiculata obedientia sit. Nullam aliam scientiam habeat obediens ni-*

si vermium, se mortuum reputet, ut quoque versus ferri, & quacumque ratione se tractari patiatur.

Hæc, o Societas Iesu, est hora illa à Iesu duce præsignata. *Venit hora, quando mortui audient vocem Filij Dei. Ioan. 5. Quinam mortui audientes, nisi leuitæ Iesu obsequentes voluntati? Apollite D. August. Quid est, qui audierint? Qui obdierint, & obtemperauerint, ipsi uiuent. Si mortui, quonam modo uiuent? Profecto uiuentes sunt sub cadaueris indumento, qui quoque versus à Domino ferri gaudent.*

Quatuor Animantia Ezechieli obiecta quatuor prætententia vultus, queis quatuor mundi plagæ simul aspiciiebantur, typum offerunt obedientiæ. Nullatenus mouentur, donec Spiritus impetus accedit. Ac si corpus inanime omnino fuissent. Quoquo versus mouebantur, & agebantur animata illa. Viuenti vnica facies, vnde recta motus semita. Verum cadauer ab alio externo agendum motore vnde quaque habet faciem, quia vndique positum dimoueri. Cadaueris profecto in morem Saulus Socius Iesu effectus *Domine, (inquit) quid me vis facere? Act 9. Nec corde vtor, nec spiritu fonte vti que motus. Tu, o Domine, & cor, & spiritus meus. Me à te quoquo versus in morem cadaueris agi permitto. Bernar. O breue verbum, seu efficax, sed dignum omni acceptione! Quam pauci inueniuntur in hac perfecta obedientia forma, qui suam ita abiecerunt voluntatem, ut neque cor ipsum, nec spiritum proprium habeant; ut non quid ipsi, sed quid Dominus velit omni hora requirant, dicentes sine intermissione, Domine, quid me vis facere?*

Propheta olim comedens in Samaria apud Pseudopphetam, Dei præcep-

59

Ioan. 5.

August. ser. 64. de verb. Do.

60

Eze. 1.

Act. 9.

Bernar. serm. de conu. Pau.

61

præcep-

tum violauit. *Cum autem abisset, in-*
uenit eum leo in via, & occidit. 3. Reg.

Re. 13. Sed statim Deus Leonē viui car-
nificem, mortui cōstituit custodem.
Leo stabat iuxta cadauer. Cur tam mi-
tis erga cadauer, qui tam seuerus er-
ga viuentem? Crediderim quia qui
inobediens occissus fuerat, obe-
diens debebat honorari. Etenim Ly-
ran. per mortem à leone datam Pro-
pheta inobedientiam ostendi expo-
nit, per custodiam autem à leone pre-
stitam Prophetæ iam pœnitentis o-
bedientiam vulgari affirmat. Et qui
nam aptior obedientis habitus, quã
cadauer diuinis manibus quoquò
versus agendum?

62. Enim verò qui cadaueris tibi obe-
dientiam indicit, nullatenus permit-
tit te, in morem cadaueris, socordem
esse circa diuini moniti executionē.
Vidisti Lazarum vinctum quidem, il-
ligatum, mysticum omnino cadauer,
sed prodeuntem, sed velociter, Do-
minica voce audita, incedētem. Nul-
latenus pedes cadauerosi, sed omni-
moda vitalitate donati, ne in via mã-
datorum pigritarent. Domini illud
præceptum. *Nolite portare calceamen-*

ta. Luc. 10. Quare? Ex animantium Luc. 10
mortuorū pellibus calceamenta con-
ficiuntur, ab Euangelicis pedibus
prorsus ableganda. Nihil enim mor-
tuum, nihil non viuum in vitalis le-
gis ministro, ad diuinę voluntatis e-
xecutionem, Pulchrè Orig. ad hæc.
Ut pedes, qui currebant, ad annuncian-
dum vitam, omnino carerent mortalita-
tis indicio.

Sed quia rursus in Lazari memo-
ria incidimus, ipse instituēs, ad ter-
minum discursum adducat. Ligatus
ambulabat, & nunquam tam solutus
quã dum incedebat illigatus. Quod
s, in morem cadaueris, nō fascijs vin-
ceretur, nullatenus diuino obsequio
aptus existimaretur Iesu Socius. Id
quod spiritali sensu adiecta Domi-
ni verba significant. *Soluite eum, &* Ioa. 11.
fiante abire. Ioa. 11. Si solutus incede-
re conetur, si exutus cadaueris habi-
tum coram præcipiente appareat, *fiante*
abire, è Iesu deturbetur Societate,
vbi non proprio motu viri consues-
cunt ambulare; sed, in morem cada-
ueris, quoquo versus feruntur, & qua-
cumque ratione, haud auditis tractan-
tur querimonijs.

SECTIO SEPTIMA.

Magorum reditus.

TEXTVS.

Vers. 12. *Et responso accepto in somnijs, ne redirent ad Herodem, per aliam viam*
reuersi sunt in Regionem suam.

COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES.

¶ *De responso à Magis accepto.*

S. I. *¶ Responso accepto.* Sequenti
Quantum refertur ab aduentu nocte Magi
ponsum accipiunt momentur, ne rursus ad
Magi? *¶ Herodem accedant. Non enim longius (ait Abul.) ibi morarentur; quia expleuerant, quod desiderave-*

rant, & non erat aliqua causa iam ibi manendi.

Num Magi aliquid interrogaue-
rant? Abulensis negat, quia cum om-
nia iam sibi abundè fuissent comper-
ta, de nullo dubitauerunt. Probabi-
le reputo Magos interrogasse circa
redi-

Quid
Magi in
terroga
uerunt?

reditum ad Herodem. Nec enim ad huc comperta eis reuersionis utilitas, licet promississent, se reuerturos, postquam eis Verbum in carne latens proculdubio locutus est. Huiusmodi autem interrogationem nihil aliud existimo, quam orationem à Magis factam circa reuersionem, eo more, quo Sancti nil non Dei manibus statui curant. Interl. *Intus quærebant, quid de reuersione ad Herodem, diuina disponderet voluntas? Strabus, Sicut Moyses, sic isti pro affectu interrogabant, quid diuina voluntas iuberet. Sicut Moyses, inquam; quia uti in Panegyricis ostendam, mentalis Magorum oratio sicuti Moylis. Mueor, ad huiusmodi sequendam sententiã magis ex Sanctorum pia orandi consuetudine ante cuiusvis rei magni ponderis institutionem, quam ex verbi illius: *Responso accepto*, vi. Scio enim more Hebraico loqui in præsententi potuisse Euangelistam. Non ne Christus aspectata fico sterili, *respondens, dixit, Iam non amplius ex te fructus nascantur?* Matt. 11. An non minimè interroganti Petro Iesus *respondens, dixit, Beatus es Simon Bariona.* Mat. 26. Eodem hic more Matthæus locutus est.*

3.
Cur his
Iesus a-
perrenō
locutus
est?

In somnis. Quare Christus à Magis dum adoraretur, non eis aperte locutus? Respondet Strab. *Non loquitur ad eos; ne ante tempus Diuinitas reueletur; & ut vera humanitas habeatur.* Num à Deo immediatè huiuscemodi reuelationē habuere, an Angelo internuncio? Vtroque modo fieri poterat. *Per noctem enim Deus siue in somnis locutus est ad Abimelech Regem Palestinorum.* Gen. 23. *Angelus autem apparuit in somnis Ioseph.* Matt. 1. *Monitos per Angelum*

Magos Abulens. Lyran. Sin o de Cal. & alij opinantur. Solet enim Deus Angelorum ministerio homines admonere, uti tertio quoque verbo Scripturæ testantur.

Existimo tamen Magos à Deo immediatè monitos fuisse. D. Hyeron. *Responsum Magi accipiunt. Responsum autem non per Angelum fit, sed per ipsum Dominum.* Haymo, *Non, ut quidam potant, ab Angelo sunt moniti Magi in somnijs, sed ab ipso Domino, ne redirent ad Herodem. Quia indignum erat, ut Christi fierent proditores, qui eius fuerant adoratores.* Eiusdem mentis Strabus. Druthmarus, & alij. Mystycam rationem adhibet Strab. *Quia nullus alius viam reuersionis instituit, nisi ille, qui dicit: Ego sum via.* Verum præterquam quod id colligit Hieronymus. ex verbi respondendi vi, Syriaca lectio me ad hanc impulit sententiam. *Et visus est (inquit) in somnis ne redirent ad Herodem.* Id est, Deus ille, quem adorauerant, visus est eis in Somnis, admonens de recessu. Neque enim de viso Angelo Syrus, cuius nulla facta fuerat memoria. *Visus, id est, auditus, ac si videretur.*

5.
Quare
oportebat,
ne
Magi ad
Herodē
redirēt?

Ne redirent ad Herodem. Redituri certè Magi duplici ratione, & quia Ierosolyma in via, quam instituere debebant, erat collocata; & quia se redituros ipsi promiserant Herodi. Ne autem redirent prohibuit Deus, Pueri sine adhibito miraculo consulens liberationi. Num Magi scandalizati fuerunt, putantes minimè Dominum, qui non se poterat aliter ab Herode defendere? Audi D. Chrysost. *Intuere Magorum fidem, qualiter scandalizati non sunt in se ipsis, dicentes, Si magnus est Puer hic, quæ necessitas fuga est, & occulta recessus? Hoc enim est vere.*

Nū per
Angelū
Magi ad
monerē
tur?

4.
Immu-
diatè à
Deo ad
moniti.

est vera fidei, non querere causas eorum, qua precipiuntur. At verò videtur Proceres hi non stare promissis, haud reditum parantes ad Herodem. Respōdet D. Remig. Audierunt Magi Herodem, ut quærerent Dominum, non ut ad eum reuerterentur. Quod si ut reuerterentur, etiam audiissent, non est profectò standum promissis, quādo turpitudine in promissione adparer.

6. ¶ *De reuersione per aliam viam.*

Cur per aliā viā recesserit?
Per aliam viam reuersi sunt. Quare? *Strab. Ne infidelitati miscerentur Iudaorum, qui fideliter Puerum Iesum adorauerant. Magis mystica, quam litteralis ratio. Per aliam igitur reuersi viam, me interprete, ne quæsitī fortasse ab Herode, facile inueniri possent, vnde contrā cœleste monitum ad Tyrannum redire cogerentur. Nec enim viā indixit sequendam, qui iussit ab Herode recessum. An non satius cum Christo, quē Deū adorauerant, remansissent? Si Magi (ait Chrysoft.) Christum quasi terrenū Regem quasiissent, inuenientes eum, apud ipsum mansissent. Nunc autem adorauerunt, & reuersi sunt. Ac si diceret, Adorauerunt vti Deum, & reuersi sunt, minime à Diuinitate discedētes; quæ quidem vbiq; præsens, vbiq; adoratur, vbiq; defendit, ac protegit. Purus autem Rex homo ibi protegeret solūmodo, vbi posset adorari?*

7. ¶ *Per aliam viam. Quānam via recedentes, se se in Patriam contulere?*
Lyran. Per nauē transferantes in Tharsis, abierūt, propter quod accensus ira Herodes Tharsensium naues redegit in cineres, præcinente Dauide. In spiritu vehementi conteres naues Tharsis. Psal. 46. Deceptus profectò Doctor, eo quod sibi persuassisset, facile po-

tuisse Magos ad mare confugere, quod pluribus leucis distabat à Bethlehem. Mare in quā illud per quod in Tharsim erant adferendi. † Equidem, vt Magi per aliam viam reuerterentur, non opus; omnino fuisse diuersam, vsque ad Regionum suarum vestibulum. Alia, me iudice, fuit à Bethlehē in Ierosolimam, quā præterierūt, quò vsque parūper interrupto tramite recto, idē iter resumerēt.

8. ¶ *Num ducem Stellam fortiti fuere redeuntes? Aliqui Doctores affirmatiuè respondent. Vti Magi ad ignotam aliam viam se se reciperent. Oppositam sequor sententiam eo nitēs fundamine. Quod scilicet si Stella præcederet redeuntes, ociose fuerūt Diuinitus admoniti, ne ad Herodem reditum pararent; quia nullam aliam sequerentur viam, nisi quam ostendebat luminare. Abul. sic. Cum dicitur, quod per aliam viam reuersi sunt, est sensus, quod non redierunt in Ierusalem, vbi erat Herodes; sed declinauerunt modicū, vt non intrarent in Hierusalem.*

9. ¶ *In Regionem suam. Non ne fidelius totum orbem peragrarent natū annunciantes Saluatorem? Profectò equum fuit à suis incipere Magorum charitatem. Cū enim Reges proprias rursū in coluere Prouincias (vti dicit Chryf.) ciues suos de nouo adorando Numine antiquo dicunt, recenterque nato informantes, eos ad fidem allexerunt. Cū denique Thomas Apostolus ad illas aduentasset Regionem ei adhæsisse Magos, ab illo que baptismi lauacro dilutos ab autoribus didici nō facile reijciendis.*

Magi illustres Regis nati præcones, quia quod viderant, per uulgarunt.

An duxerit Bethlehem reuertentes?

Regionibus suis Iesū Magi prædicauerūt.

Chryf.

Nonsūt credendum mi delicta, que non videntur, licet audiuntur.

Ad Illud: 10. Magi oculati testes.
 Reuer 11. Baptista videntis testimonium commendatur.
 si sunt 12. Et Ioannis Evangelista.
 in Re- 13. Sæpe fallitur, qui in humanis fidem præstat
 gionē. auditui.

Ponderandus D. Chrysolto. *Cum reuerfi fuissent in Regionem suam, manserunt colentes Deum magis, quam antea, & prædicantes, multos erudierunt.* Illud expende: *Cum reuerfi fuissent.* Quid opus fuit Magos aduentare ad Bethlehem, vt gentilibus nouum Regem natum aperirent, si in Regioni bus suis diuinitus instructi, sine labore itineris potuissent constitui Doctores. An non Regem natum ibi credidissent, si admonerentur ab Angelo, qui solummodo à Balaam edocti, Stellam nati Principis nunciam existere credidère? Oportebat equidem Magos ad Bethlehem venire, & post reuersionem prædicare, non antea. Quia oculati testis maioris potestatis testificatio est.

¶ 1. *Et ego vidi (inquit Baptista) & testimonium perhibui.* Ioan. 1. Ostenditur hinc testimonij Ioannis præstantia. Non testatur, quod solummodo audiuit, sed quod vidit. Tunc efficacior testimonij autoritas præcipue circa res ad opinionem proximi pertinentes, cum affirmat, qui vidit. Sole res fidei auditæ firmiter creduntur, & prædicantur. O quam fallibilis auditus, ad famam proximi deturpanda! quam sæpe falluntur aures, voces populares decipiuntur! Apte D. Cyril. Alex. *Verum est (inquit) testimonium grauisissimi testis. Quod oculi tui viderunt, illa dicito, Quod vidit Ioannes, id loquitur.* Ac si affirmaret, illum circa res proximi grauisimum testem iudicandum, qui non, quod audiuit vulgariter usurpatum, sed quod vidit, experimento que didi-

cit, audet aperire, & exponere.

E Dominico latere ipiculo percusso, sanguis, aquaque profluxere. *Et qui vidit (ait alter Ioannes) testimonium perhibuit, & verum est testimonium eius.* Cap. 19. Quisnam vidit? an ipse, vel alius? Prof. Etò ipse vidit Ioannes; vnde eius testimonij præstantia commendatur. Sic interpretatur Hugo Card. *Non ab alijs audiui, sed ipse præsens vidi, & pro vero habendum testimonium, quia de reserata. Sci- ta inquam, id est, oculari illustratione comprobata. Fidei equidem certitudo minimè visu quasi in motiuo, nititur. At tamen nescio quid roboris infirmi sue credulitati accrescere uideantur, ex eo quod vidit, qui testatur. Num quid ergo in humanis, non erit infirma attestatio, quando ob solum valde fallibilem auditum, proximi defectus aperiuntur, & diuulgantur?*

Fallaciter indicat, loquitur que ille, qui luce captus, in humanis fidem præstat auditui. Vnde Apostolus, *Nolite ante tempus iudicare, quoad usque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum.* 1. Cor. 4. Ille certe antè tempus iudicat, qui sine exoriète oculorum lumine incedit, sicut qui discernere florum colores intendit non expectans ortum auroræ. Dum lux abest oculorum, tenebris obruitur delictum, non satis apparet, licet clamoribus aures percutiantur, non dum iudicandi tempus aduenit. Apprimè D. Anselm. *Iudicia (inquit) contine, quia adhuc nox est, nec potest videri, quod in die videbitur.* Iudicium plane continendum, dum, quod iudicatur, videri non potest.

OBSERVATIO. II.
MORALIS PANEGIRICA
CIRCA LITTERAM.

Mentalis Oratio Magorum plena fructibus illustratur.

14. **R**esponsum recipiunt? Ergo interrogarunt. Nulla exterius insonarunt verba. Intus colligitur affectu cordis, ac spiritus inclamasse. Ansel. *Intus querebant, quid de reuerfione diuina disponderet voluntas.* Profecto commendabilis omnino mentalis oratio, qua à Domino illico exaudimur, & tyrannus superatur Herodes, & Iesus Magorum Regionibus manifestatur.

Caput primum.

*Mentalis orationis efficaciam

- ¶ *Mentalis orationis Magorum efficaciam.*
- 15. Oratio mentis animum reddit mox in Iesu conspectu pulcherrimum.
 - 16. Fidelissima ac efficacissima deprecatio.
 - 17. Non sinit præcipientem ad alia diuertere.
 - 18. Eius merces, statim exaudiri.
 - 19. Mentaliter oranti plus sepe Deus tribuit, quam postularur.
 - 20. Mentalis oratio semper mea est.

15. **P**luribus possem ostendere mentalis Orationis efficaciam. Ea animum reddit illico in Sponsi conspectu pulcherrimum. *Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es!* Reddens rationem tantę pulchritudinis, adijcit. *Oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus latet.* Cant. 4. Lxx. *Ecce tu pulchra, ecce tu pulchra. Oculi tui columbarum, extra taciturnitatem tuam.* Vbi Philo Carpat. *Pulchritudinem, & speciem quandam interiorem ex taciturnitate huic sponse in esse testatur. Sape enim multi piorum ore quidem tacet, corde vero clamant, gratas Deo preces offerentes. Ecce tu pulchra, ecce tu pulchra. Velocitatem particula illa, ecce bis adhi-*

Cant. 4.

Philo. Carp.

bita huiusmodi immutationis declarat. Ac si diceret. Quid mirum sis ad tam celsum pulchritudinis, seu perfectionis fastigium eleuata, si orationi mentali operam dedisti?

Hęc profecto Christicolas fideles ostentat. *Orantes autem* (inquit Dominus) *nolite multū loqui, sicut Ethnici.* Ma. 6. Quod si roges, cur Ethnicorum mos, multa in oratione verba acerua res? sic respondet Pascha. *Ethnicos gentiles vocat. Nec mirum, cum idolis famularentur, si multa coram surdis profunderent verba. Præsertim cum nec ipsi Demones scire possunt, antequam ignari instruantur eloquio, quid obsecrantes velint. Fidelis Dei orator non eget verborum, nec illi narrare opus est, cui omnia patent.* Id quod exposuit David concinens. *Effudi in me animam meam.* Psal. 41. *Quare in te effudisti? Nonne vtilius extrā te sermo proferretur?* Respondet Rathbertus Abbas. *In me, ait, effudi animam meam. Intra me est, quem fide teneo, charitate diligo, super quem spe certa innitor, & cultu Religionis suppliciter imploro. Mentaliter itaque orās se corā callēte præcordia versari profiteretur. Intra me est quę fide teneo, super quę spe certa innitor. Quia efficacax huiusmodi deprecatio est.*

16.

Matt. 6.

Paschas. L. 4. in Mat.

Psal. 41

Paschas. citat.

17.

O quam mentalis vox valida orationis, vt protinus exaudiat! *Domine, clamavi ad te, exaudi me.* Psalmus 140. Vbi Chrysostomus. *Cur Chryso-* dicit, *Clamavi ad te, exaudi me?* *Clamorem hic dicit internum, quem cor inflammatum peperit. Quem ad modum enim qui clamat, omnes vires suas haurit, & exinanit; ita etiam qui corde clamat, totam mentem suam conuertit. Talem clamorem Deus requirit, qui non sinat, eum, qui cavit, (huic orat) ad alia diuertere. Exterior etenim clamor sinit*

aliquando diuertere præcipientem.

18. Existimo equidem propriam mentalis orationis mercedem esse, statim exaudiri. *Cū oraueris.* (Docet nos Dominus orationis mentalis præstantiam) *intra in cubiculum tuum.* Mat. 6.

Matt. 6. Quidnam cubiculi nomine designatur? David. *Dicitis in cordibus vestris,*

Pfal. 4. *& in cubilibus vestris compungimini.*

Pfal. 4. Animi habitaculum cor, quo reclusa Mater Samuelis, statim meruit exaudiri. Ad hæc Chromat. (vel

Chrom. si mauis Chrysof. apud quem eadem

in cap. 5. dem reperi sententiam) *Intra cordis,*

Matt. (ait) *ac conscientie secretum Domino iubemur orare; ut ab eo, qui secretorum,*

& occultarum est cognitor, recipiamus orationis occultæ mercedē. Quenam merces?

Inuenimus (adijcit) *Annam illam sanctissimam huius Evangelicæ doctrinæ præcepta complentem. Nam cum sine aliquo*

vocis sono in cordis sui secreto, in conspectu Domini fideliter orans, desiderij sui preces effunderet, statim exaudiri à Domino meruit. Quidnam ex hac facili

impetratione, efficacius?

Quod si tibi mentaliter oranti

plus Deus tribuat, quam postulas?

Domini huiusmodi oratoribus *Quid*

quid orantes petitis, credite, quia accipietis, & fiet vobis. Mar. 11. An nō consideranti. Illud: *Fiet vobis,* videtur redundare? Num non sufficeret, *Quia accipietis? Accipietis, fiet,* quia non vnico expetito donamur munere; sed duplici dono muneramur. Quare? Quia non solum *petimus,* sed *orantes* petimus. Quid petere orando? Theoph. *Ille orando petit, qui ex affectu solummodo sine voce comite* (nam & vera vocalis oratio ex affectu procedit) *cor erigit in Deum. Quasi bis petit, & quasi bis accipit. Ut*

superior sit (loquor cum Ambro.) *gratia, quam precatio, semper enim Dominus plus tribuit, quam rogatur.*

Quod si requiras, vndenam tanta

infat efficaciam mentali orationi, vt tã

citò impetret? ea est in promptu. Vocalis oratio sæpe mea non est, vndè

Deus nullo modo mihi intendit mi

nimè postulanti, licet labia sine mentis

attentione moueantur. Verum quando

mentaliter oro, voce mea postulo, Deus

que mihi intendenti intendere dignatur.

Quid David? *Voce mea ad Deum clamavi: & intendit mihi.*

Psa. 76. Quenam à David propria vox

appellatur? Respondet Ambro. *Quæ*

nostra est vox, nisi ista, quæ est melior,

quæ nescit errare; quæ ad Deum peruenit,

quæ, tacente Moysè, clamauit ad Dominum. Vnde Dominus intendit mihi.

Mihi vtique voce mea inclamanti. Quod si corporis voce vsus fuisset,

fortasè ob distractionem attentionis

verbis errantibus mihi Dominus non

intendisset. *Qua interna voce* (adiungit Pater) *Anna impetrauit filium,*

quem ante diu non impetrauerat, cum corporis voce clamasset. Quia & si vocalis oratio efficacissima sit, cum mentis intentio eam comitatur; non semel ob externam perturbationem vox assolet ab intentione dimoueri.

20. Quod si requiras, vndenam tanta

infat efficaciam mentali orationi, vt tã

citò impetret? ea est in promptu. Vocalis oratio sæpe mea non est, vndè

Deus nullo modo mihi intendit mi

nimè postulanti, licet labia sine mentis

attentione moueantur. Verum quando

mentaliter oro, voce mea postulo, Deus

que mihi intendenti intendere dignatur.

Quid David? *Voce mea ad Deum clamavi: & intendit mihi.*

Psa. 76. Quenam à David propria vox

appellatur? Respondet Ambro. *Quæ*

nostra est vox, nisi ista, quæ est melior,

quæ nescit errare; quæ ad Deum peruenit,

quæ, tacente Moysè, clamauit ad Dominum. Vnde Dominus intendit mihi.

Mihi vtique voce mea inclamanti. Quod si corporis voce vsus fuisset,

fortasè ob distractionem attentionis

verbis errantibus mihi Dominus non

intendisset. *Qua interna voce* (adiungit Pater) *Anna impetrauit filium,*

quem ante diu non impetrauerat, cum corporis voce clamasset. Quia & si vocalis oratio efficacissima sit, cum mentis intentio eam comitatur; non semel ob externam perturbationem vox assolet ab intentione dimoueri.

21. Mentalis orationis Magi liberati.

22. Hæc arma mudi tribulantis in infirmat.

23. David in spelunca cum Magis constitutus hoc aduersus mūdum præsidio munitur.

24. Hæc Diabolum insurgentem frangit.

25. Hoc concentu propellitur.

26. Huius occulta impugnatione caro vincitur.

27. Hac armatur David aduersus carnis inimicus bellum.

Caput secundum.

¶ Mentalis oratio Magos aduersus Herodem armauit.

Theop. *Ille orando petit, qui ex affectu solummodo sine voce comite* (nam & vera vocalis oratio ex affectu procedit) *cor erigit in Deum. Quasi bis petit, & quasi bis accipit. Ut*

superior sit (loquor cum Ambro.) *gratia, quam precatio, semper enim Dominus plus tribuit, quam rogatur.*

Quod si requiras, vndenam tanta

infat efficaciam mentali orationi, vt tã

citò impetret? ea est in promptu. Vocalis oratio sæpe mea non est, vndè

Deus nullo modo mihi intendit mi

nimè postulanti, licet labia sine mentis attentione moueantur. Verum quando mentaliter oro, voce mea postulo, Deus que mihi intendenti intendere dignatur.

Quid David? *Voce mea ad Deum clamavi: & intendit mihi.* Psa. 76. Quenam à David propria vox appellatur? Respondet Ambro. *Quæ nostra est vox, nisi ista, quæ est melior, quæ nescit errare; quæ ad Deum peruenit, quæ, tacente Moysè, clamauit ad Dominum. Vnde Dominus intendit mihi.* Mihi vtique voce mea inclamanti. Quod si corporis voce vsus fuisset, fortasè ob distractionem attentionis verbis errantibus mihi Dominus non intendisset. *Qua interna voce* (adiungit Pater) *Anna impetrauit filium, quem ante diu non impetrauerat, cum corporis voce clamasset. Quia & si vocalis oratio efficacissima sit, cum mentis intentio eam comitatur; non semel ob externam perturbationem vox assolet ab intentione dimoueri.*

20.

Psal. 76.

Ambro.

in Psal.

40.

Ambro.

*Animi

hostes

menta-

lis Ora-

tio de-

bellat.

Ad

Illud:

Respon-

so ac-

cepto,

ne redi-

rent ad

Hero-

dem.

Magi dem.

21. **M**agi mentalis orationis vberes iustus percepere. An non huiusmodi precum praesidio ab Herode fuere liberati? Profecto quotidie, mentis affectu praestante, ab inuisibilibus hostibus eruimur.

22. *In tribulatione mea invocavi Dominum, & ad Deum meum clamavi.* Mentalem omnino orationem Casio. ait. *Cum prius dixisset: Invocavi Dominum subiunxit: Et ad Deum meum clamavi. Clamare autem plus est, quam invocare. Vnde accensus animus ad orationem profertur avidius in clamorem.* Aduersus quemnam igitur hostem mentalis oratio Dauidem armavit, nisi aduersus huius mundi (Casio. adhuc *de veritate: Vnum namque ad hoc singulare proficitur esse remedium a Deum clamare.*

23. Si Metaphrasie, asserente, Magi ob Herodis infidias nocturno tempore in spelunca se se receperunt, ubi toto cordis affectu preces effundere, obijcias, precor, simili occasione Dauidem se se ad speluncam Odollam properantem cum fugere Saullem conareretur. 1. Reg. 12. Ibi profecto Psalmum centissimum quadragessimum primum condidit, Lyrano autore. *David fecit hunc Psalmum in spelunca Odollam, postquam fugit.* Psalmum autem componere, idem, quod orare. Strab. *David Saullem fugiens, cum in spelunca lateret, oravit.* Verum Mentalem fuisse orationem ostendo, cum ex Titulo, tum ex carmine. Ex Titulo patet. *Intellectus Dauid, cum esset in spelunca oratio.* Siue, *Oratio intellectus* (potius quam oris) *Dauid, cum esset in spelunca.* Ex carmine autem aperte monstratur. *Voce mea ad Dominum clamavi.* Strabus. *Voce, inquam, mea, interiori scilicet, non strepitu labiorum.* Huiusmodi igitur

oratione praecipue utendum illis, qui a mundiali Principe insecuti, in spelunca tremoris cum Magis cõsternantur.

Quid Diabolo infirmius, si mentalis orationis iaculo percutiatur? *De profundis clamavi ad te, Domine.* Psalm. 116. Cur clamat, cur orat de profundo? Quia aduersus profundum bellum intulit. *De profundis enim orat, qui non solum ex ore, sed ex corde profundo vocem orationis emitit, ut de profundo Diabolus insurgens, comprimatur, ac penitus obruatur.* Eleganter D. Chrysost. *Non dixit solummodo ex ore, neque solummodo ex lingua, (nam errante etiam mente verba fiunt) sed ex corde profundissimo cum magno studio, & magna animi alicritate.* Quo fructu? *Tales enim preces magnam habet potentiam, ut quae neque subvertantur, neque concutiantur, & si eas Diabolus magno impetu inuadat. Ex profundo ascendentes preces ex profundo ascendens Diabolica acies non potest labefactare.* *Preces, (ait) quae ab imo ascendunt, & egerunt radices in profundo, etiam si instructa tota Diaboli acies venerit, firmas manent, & stabiles, & minimè evertuntur.*

Spiritus malus distorquens Saullem Dauidis cõcentu sedabatur. An non mentalis oratio (quia virtutes ad exercitium vocantur fides, spes, charitas, humilitas, & cetera huiusmodi) animi concentus, Diabolo exitialis? *Clamavi* (inquit Dauid) *in toto corde meo.* Psalm. 118. Vbi D. Ambro. Ambro. edocet Dauidem maiores edidisse ferm. 9. in Psalm. 118. clamores, nempe ex corde, quando maiora imminebant pericula, Diabolo insurgente. *Aduersus Diabolum* (subdit) *non vocis magnitudine, sed magnanimitate cordis vincendum est. Clamavit cor nostrum, non solum corporis, sed*

ergitationum sublimitate, concensus que virtutum. Quo quidem malus torquens Saulem, siue animum Spiritus ablegeret.

26. Quid denique Cane abiectius, si secreta mentalis orationis impugnatione adhibeatur? *Ab ea* (inquit Mich. 7. *chæas; que dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui.* Cap. 7. Caro sub foemina in sinu nostro dormientis signaculo notatur. Vocales certe preces fortes admodum ad pugnam: sed ut mentalis orationis hic robur ostendet, hac utitur metaphora. Cura latere Herodi, siue carni Herodiadi consilium mentis, dum mentalis orationis incumbis studio. *Cassian. Summo est orandum silentio, ut inimicos nostros, (carnales sensus) qui nobis orantibus maxime insidiantur, lateat nostra petitionis intentio.* Num non talis Moyse mentaliter orantis fortissima impugnatione? *Fu* (inquit Chrysostomus.) *Moyse orante, occulta pugna, manifesta victoria: latenter dimicat, ut euidenter deuiuat.*

27. O quam aduersus carnem mentalis oratio potens! quam huiusce hostis impetus perfringit! Senescenti Dauidi Sünamitis puella incredibili pulchritudine traditur. *Iā* (inquiunt) *non egraderis nobiscum in bellum, ne extinguas lucernam Israel.* 2. Reg. 21. Verum Rex, ne ab hoste domestico, carne scilicet, (quemadmodum quondam vacanti a bellorum curis acciderat) vinceretur, Psalmum condidit decimum nonum, restante Lyrano, *Iste Psalmus factus fuit à Dauid, postquam serui eius iurauerunt &c.* Huiusce autem Psalmi titulus, *In finem Psalmus ipsi Dauid. Lxx. In victoriam Psalmus ipsi Dauid.* Videlicet Psalmus, seu oratio, cuius virtute Dauid

aduersus intestine bella acie instrueret. Horum profectò impetus mentalis oratio perfringit. In cuius expositionem sententiam memoro D. Augustini affirmantis, omnia verba Psalmi huiusce sub figura optandi prodire. *Exaudiat te Deus: Protegat te: Mittat tibi auxilium: Memor sit: Impleat tibi.* Vti desideria Dauidici cordis exprimerentur. An non mentis fructus desideria bona? *Ad victoriam itaque ipsius Dauid, ad carnem infirmandam, maximopere mentis confert eleuatio.*

Caput tertium.

¶ *Mentalis oratio Magorum Iesum de ut Regionibus.*

- 28. Mentalis oratio omnium salutem incumbit.
- 29. Spiritualis viri mentalis addicti est, communia boni procurare
- 30. Anna mentaliter orans ipsam in mundi re medium excitat Saluatorem.
- 31. Orans Dauid apud oliuarum montem, Iesum mundo procurat.
- 32. Christo alibi mundum donari petit.
- 33. Christi corpus in communem salutem impendit efflagitat.

*Mentalis Oratio communia salutem.

Ad I. d. R. spō. to: reuerſi sunt in Regionē suā.

Illarum equidem Regionum, quorum incolæ hi Reges, fides mentali eorum orationi tribuenda est. Cū enim *quis querere*, (vbi verbis utar Anselm.) *quid de reuerſione diuina disponeret. voluntas?* responsum accipiunt, oportere ad proprias remeare Regionem, ut natum Regem annunciantes, falsis dijs gentes obsequium denegarent. Paschas. querit. *Si Deus ante nouit, quam petamus, quid opus est ante scientem petere?* Respondet, *Vult Deus interrogari se, ut bonitas illius per intus interrogantes Magos, de uictar ad plurimos. Ut videlicet tantæ mensis fructus vberes mentalis orationis virtuti tribuantur.*

Anselm. Pascha. L. 4. in Mach.

Annæ orantis labia mouebantur,

vti ex hoc capite vocalis orationis
typum referret. Proprio commo-
dum studet, filium postulans. At Moyses
omnis populi procuras salutem, me-
tis clamoribus vltus est. Egregie D.
Ambr. Ambros. *Anna non clamabat in corde
sicut Moyses, sed loquebatur; fortasse quia
filios postulabat; hoc est, bona quidem, sed
privata, non publica. Clamabat autem
Moyses in corde suo; quia non pro se, sed
pro omni populo precabatur.* Eorū enim,
qui mētalī orationi addicti sunt, pro-
prium specialiter, spiritualia, aut tē-
poraria communia procurare, vt spi-
rituales decet.

30.

Iam Annam vobis etiam obijci-
te, ex quo capite mentaliter orabat.
Tam hārens mundiali salutē, commu-
ni vtilitati mentalis orationis affec-
tus, vt excitaret Iesum: vti homini-
bus protinus salutaris existeret. Am-
bro. pulchrē. *Est interioris clamor af-
fectus, qui auditur ē cælo. Anna cum ora-
ret, tacita clamabat. Labia non mouebat,
& interiori voce pia mentis excitabat Ie-
sum.* Tam hārens mentalis oratio cō-
muni salutē, vt ipsum Iesum excitare
contenderet, vti hominum redemp-
tioni operam nauaret.

31.

Cum Dauid fugeret Absalonem,
transgrediebatur torrentem Cedrō:
& cunctus populus incedebat contra viā
olivæ, quæ respicit ad desertum. 2. Reg.
15. Memor inibi Propheta oraturi
Iesu, mentis oravit effusione. Num
proprie solum securitatis, an totius
mundi salutis negociū agebat? Cer-
tē mētaliter orās spiritualis vir, quo
modo non vel proprie temporarie
vtilitatis oblitus, communi spiritua-
li salutē consulere? D. Cyril. Ierolo.
Absalon aduersus Dauidem arma cepit.
Quamuis multa illi ad fugam via pate-
rent; per montes tamen oliuarum fugere

Cyri-
l. Cat. 2.
de pœn.

maluit, inuocans mente Liberatōrē. Chri-
stum scilicet, licuti ipse Doctor expo-
nit. Mente inuocat? mentaliter orat?
Quem nisi Liberatorem alliceret in
omnium salutem, & liberationem?

Rursūm Psalmum decimum nonū
ad libram adduco, quem Dauid non
vltius ad hostium concertationem
proditurus, cōposuit. Diximus Psal-
mum hunc desideriorum factum fuis-
se, vnde mentalis orationis affectum
representat. *Exaudi te Dominus in
die tribulationis. Te.* Quem? Christum
vtique Dominum. Quare Christum
nunc memorat Prophe-
ta? Respon-
det pulchrē Scrab. *Agit nunc Prophe-
ta de Christo Rege pugnaturus.* Ac si incla-
maret Dauid, uā pugnandi studio su-
per sedeo, si peculiari mei Regni vti-
litati vacare non valeo, me ad oratio-
nis mentalis studium recipiam, vn-
de non soli Regno, sed toti orbi ve-
virum spiritualem decet, existam sa-
lutaris, dum pro Rege non iam pug-
nante, impetrō Regem pro omnibus
pugnaturum.

32.

Psal. 19.

Scrab.

Adhuc luculentius id ostendit

33.

Vates, *In tribulatione inuocau Dominū,
& ad Deum meū clamaui.* Psal. 17.
Vbi Cassiod. suprā citatus mentalis
orationis innuit præstantiam. *Clama-
re enim (ait) plus est, quam inuo-
care. Vnde accensus animus ad orationem prosiliit
avidius in clamorem.* Mox adijcit Pro-
pheta, *Et exaudivit de tēplo sancto suo
vocem meam.* Quodnam hic templū,
nisi Christi corpus, fante Cassiod. *De
templo, hoc est, de corpore Domini exaudi
tam dicit vocem suam, quam pro eius ad-
uentu iugiter offerebat.* Neque enim mē-
talis oratio tatis suo muneri satisfac-
ceret, si non præcipue mundi stude-
ret salutē, corpus petens Dominicū,
quod in mundi salutem impenditur.

Psal. 17.

Cassio.

Hinc colliges oportere retium esse, ut illi præfectum, qui aut communitati præstant, aut animorum saluti curam impendant, mentalis orationis exercitia mentis studium exhibeant.

OBSERVATIO. II.

Per aliam viam Magi reuertuntur. Vbi de Pœnitentia.

34. Vidimus Magos per eandem viam ad Patriam reuersos, quæ alia vocitatur, propterea quod ab Ierosolyma parumper diuerterunt. Innumus ex Lyrano diuersam omnino viam à Magis institutam. Vtramque exponendi rationem ad multiplicata transferendo, pœnitentiæ via nobis terenda obijcitur.

Caput primum.

¶ Pœnitens sequens Magos, viam iniquitatis mente percurrat, ut gressus lacrymis abluat.

*Pœnitens terat meditatione inquiratis viam, ut criminosa desteat. Ad Illud: Per a liam viam reuersi sunt in Regio- nē suā.

- 35. Alius eandem tere viam.
- 36. In lacrymarum amaritudine pristini gressus abolendi.
- 37. Lazarus per eandem viam iubetur incedere; ut lacrymis gressus pristinos diluat.
- 38. Protoplastus similiter.
- 39. Rachel Idololatriæ viam plorans resumit.
- 40. Proprios abluit pœnitens Magdalena gressus.
- 41. David lectum adulterio maculatum, iniquitatis viam, lacrymis abluit.

D. Gregor. sic locum exponit. A Regione nostra superbiendo, inobediendo, visibilia sequendo, cibum vetitum gustando, discessimus. Sic ad eam necesse est, et flendo, obediendo, visibilia contemnendo, atque appetitum carnis refrenando, redeamus. Eadem sit via, nos alij non iam recessuri à Ierosolyma. Hæc via à paradiso nos in æternum deduxit exitium, eadem via ab æterno exitio in paradysum reuertamur.

Quonammodo alia via eadem vocitatur? Quia ad alium terminum consequendum præstat ducatum, dummodo eandem viam opposito cursu ambulemus, siue, ut vulgariter explicari possit, *Desandemos lo andado*. Lacrymis nempe abluendo delictorum gressus.

36. Quo spiritu in clamabat alius ille Rex, *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime meæ*. *Isai. 38.* Ac si diceret, Per eandem viam, quæ me duxit (personam gerit peccatoris) quæ seduxit ad interitum, incedam, eam iterum terere carebo; ut locum, à quo discessi, possim inuenire. Pulchre Bernard. *Oportebat*, (inquit) *si fieri posset, reuiuere me de nouo, quod male vixi. Sed quia hoc non possum, saltem recogitabo tibi omnes annos meos; faciam recogitando, quod operando non possum. Recogitabo in quâ, omnes annos meos, viam omnem flendo percurram, donec ad terminum, è quo excelsi, me conferam.*

37. De reditu Lazari ad paradysum per eandem viam (dum alius ipse) Iesus sollicitus in clamat, *Lazare, veni*. *Ioan. 11.* Vbi D. Augusti. *Quod est xijt à monumento, significat animam recedentem à carnalibus vitijs.* Adijcit Dominus *Soluite eum, & sine abire.* Cur ad se vocans Lazarum, non potius dixit, *Soluite, & finite venire post me?* Quia oportebat Lazarum pœnitentem eandem, qua ad sepulchrum tenderat, rursus terere viam, vsi ad Iesum è quo exciderat, reuertetetur. *Sinite abire*, flendo gressus mortis, me rursus inueniat. Hugo Card. *Sinite abire, ut ex gressu probetur verè resuscitatus.* Qui enim ab exitiali peccati baratro exurgit, nihil prius curat, quam præteritos gressus iterum percurrere,

35. Grego.

Card.

currere, vti possit lacrymis abluere, donec in paradiso, gressibus omnino deletis, conquietat.

38. Ad huiusmodi viam allicere volebat Deus Adamum delinquētem, dum in clamat, *Adam, ubi es?* Ge. 3. Quid moraris? Veni. Eadem te via ad roe ducet, quæ seduxit ad exitiū. Ibi commoraris, qui hic degere debebas? D. Greg. *Interrogatur peccator, ut per lamenta reducat. Id est, ut ad Patriam reuertatur priores lacrymis gressibus ablutis.* Aptius Tertul. *Oportebat prodire in conspectum Domini, cum admissi sugillatione.* Ac si diceret. Inuitatur Adam ad reditum per eandem viam, vti lacrymis delicta possit abolere.

39. Rachel idololatriæ prius addicta, ab sponso didicit (loquor cū Iosepho) *Deorum suorum contemptū.* Postmodum equidē, Rachel abscondit idola subter stramenta camelli, & *sedet de super.* Ge. 31. Vbi D. Gregor. *Nos (inquit) Rachel illa significabat, qui idola sedendo premimus, si culpas auaritiæ penitendo damnamus.* Eidem penitentia affectu hære reuic perditionis, prorsus laudabile.

40. Magdalena Magorum imitatrix, per eandem viam, alia ipsa, incedens ad Deum, è quo exciderat, reuersa est. *Lacrymis cepit rigare pedes eius, & capillis tergebat, & osculabatur pedes eius, & unguento ungebat.* Luc. 7. Quasi pristinam vitæ viam rursus ambularet. D. Grego. ad hæc. *Oculis terrena concupierat, sed hos iam per penitentiam conterens, flebat; capillos ad cõpositiõnem oculibus exhibuerat, sed iam capillis lacrymas tergebat; ore superba dixerat, sed pedes Domini osculans, hoc in Redemptoris; sui vestigia figebat unguentum sibi pro odore suæ carnis exhibuit, quod ergo sibi turpiter exhibuerat, hoc iam Deo*

laudabiliter offerebat. Gressus equidē peccatrix pristinos, nouo incessu abolere curabat.

Quid aliud Dauid? Non ne adulterio lectum maculatum per eandem incedens viam lacrymis abluēbat? *Lacrymis meis stratum meum rigabo.* Vbi Chrytos. *Unam (inquit) noctem in iniquitate duxit, & per singulas lucebat noctes, penitus tatra confitens. Dedit mihi oculos, ut videam lucem tuam. Ego autem his malè perspexi, erravi aliquando male intuitus, male fenestras aperui, propterea lacrymis ipsas abluo.* Sic Doctor.

41
Chryf. hom. ad Popul.

Caput secundum.

¶ Penitens Magorum socius, per aliam omnino viam incedat, nouam viuendam inueniat.

*Pœnitens viuendi viam a aliam instituat Ad Ilud: Per a-liam viam reuersi sunt in Regio-nem suam.

- 41. Radicitus auellendum peccatum.
- 42. Impij nunquam a pristina iniquitatis via recedunt.
- 43. Non de loco in locum tollenda peccata: sed euadendum, ut omnino non sint.
- 44. Beati quorum omnino crimina abolita.
- 45. Minister Euangelicus sic peccatori in via occasine existenti medetur: ut non cogatur eidem ad alteram transeunte tubenire.
- 46. Cain admonetur, ut nouum viuendi morem instituat, omnino a via recedens iniquitatis.
- 47. Dauid Domino tradit peccata omnino, nõ de semita in semitam transferenda.

¶ Quod si magis arrideat aliã omnino fuisse viam, per quam Magi in Patriam fuere reuerti, accipite Hugonem Cardin. *Si recessit homo a Paradiso per superbiam, debet redire per humilitatem; si per inobedientiam, per obedientiam; si per luxuriam, per castitatem.* Venisti (adiicit ex Chrystost.) *per viam luxuria ad Herodem, ambula de cetero per viam castitatis. Venisti per viam auaritiæ, ambula de cetero per viam elemosynæ. Si enim per primam viam*

42.
Hugo Card.

redieris, iterum sub Regnum Herodis va-
 ais. Delictorum omninò deserenda
 via, quia plurimi Herodis milites
 inibi, animum trucidantes. Vnde me-
 ritò laudatur ille, qui in via peccato-
 rum non stetit. Psal. 1. Porro in eadē
 delinquendi via, (vti affirmat Hugo)
 plures semitæ. Si alia omninò via nō
 à te arripitur, nempe virtutum iter
 salutare: licet à luxurie semita reced-
 as, in auaritiæ, vel superbiæ cades
 angustias. Quid magis proprium pec-
 catori, quam è peccati vnus semita
 in aliam semitam peccati migrare?
 Fugit auaritiæ, luxurie fedatur; si-
 ue ex occasione libidinis, in libidi-
 nis, alio tramite, trālit occasionem;
 à coniugata fœmina proficiscitur in
 solutam; hanc dimittit, virgini insi-
 diatur. Vnde demum nullatenus dis-
 cedens à via, miserè depereat.

43. Ad quod expressit David hisce ver-
 bis. *In circuitu impij ambulat.* Psal. 11.
 Quonammodo in circuitu: iam vide-
 bis illos aduentante quadragesima
 li obseruatione parumper disceden-
 tes ab exitiali via, luxuriam abijcere,
 mox tamen iterum se se ad auaritiã
 diuertentes, præcipites in eundem
 ante actæ vitæ baratrum committūt.
 In morem eorum, qui ambulat in
 circuitu, bratorum aquam exhauriē-
 tium aut molentium triticum, licet
 aliam viam instituere videantur, ite-
 rato gressu omnino recidunt in ean-
 dem. Titel. *Quomodo heri omnibus de-*
licijs, concupiscentis, & impietatibus per-
fruiti sunt, ita & hodie agunt, similiter
acturi, ubi dies crastinus aduenerit. Et
quomodo præterito anno vixerunt, enu-
trientes in delicijs, atque luxurijs corpora
sua: sic & in presenti agunt, facturi simi-
liter & in anno, qui subsequetur est. Li-
cet quandoque varietur semita, mi-

nimè iniquitatis via variatur.

Non sic, qui Agno recenter nato
 obsequium Magi præstitere. Quare?
 Baptista, *Ecce Agnus Dei, ecce qui tol-*
lit peccata mundi. Ioa. 1. Ad quem lo-
 cum Ansel. *Non tollit peccata de loco*
in locum, sed omnino tollit, vt omninò nō
sint. Transit impius de superbia in lu-
 xuriam, de luxurie in auaritiã? Nō
 id profecto tolli omninò peccatum:
 sed peccandi stimulum variari. Proh
 Agni immaculati circa Magos effica-
 citas! Huius proprium, cum perfectè
 sanare lubet, ita peccatum radicitus
 tollere, vt omninò aboleatur; nec de
 loco in locum, de semita in semitam
 intra eandem iniquitatis viam pecca-
 tores transilire permittat; sed per a-
 liam penitus viam efficiat incedere.

Calleo hinc spiritum canentis Da-
 uidis, *Beati, quorum remissa sunt iniqui-*
tates, & quorum tecta sunt peccata. Pia. Psal. 31.
 31. Tigurina. *Beatus est, qui exonera-*
tus est transgressione, iuxta illud: Depo-
nentes omne pondus, & circumstantes nos
peccatum. Heb. 12. Exoneramur equi-
 dem omninò transgressionis ponde-
 re; quia Agnus Iesus omnino tollit pec-
 catū. *Et quorū tecta sunt peccata.* Quid
 peccata tegi? Penitus aboleri. Hugo
 Card. *Qui detegit, Deo peccata in con-*
fessione, tegit illa Diabolo, vt non possit
legere illa amplius in chirographo suo, nec
accussare in die iudicij. Beati ergo no-
 uæ legis filij, quorum peccata per
 Christum omninò ablata, omninò a-
 bolita, omninò remissa, extirpata ra-
 dicitus.

Hortatur sic Dominus Euangelij
 ministros, *Nolite transire de domo in*
domum. Luc. 10. Quid si in domo v-
 na non recipiantur? Non ne prædi-
 catoris institutio omnia lustrare lo-
 ca? vniuersi peragrarè Prouincias?
 nullum

44.

Ioa. 1.

45.

Psal. 31.

Heb. 12.

Hugo.
Card.

46.

Luc. 10.

nullum certum, si opus sit, occupare domicilium? Car igitur de domo in domum transitus prohibetur? Num quia alienum à predicatore variato facile hospitio per domos curitare? Sic Beda. Num quia indignum Euāgelij ministro mutare hospitium causa ventris? Sic Hugo Card. Nū quia quodammodo læditur hospitij charitas? Sic Carthus. Num quia oportet Apostolicos viros immutabilitate fulgere? Sic Glossæ Magister. At ego conuenientius instituto sensum in hunc modum elicio. Ægritudini sic in vna domo curam adhibere curate: (si quidem in firmis spiritu curandis datis operam) vt non de domo in domum, de semita in semitam eiusdem viæ iniquitatis transeunte ægroto, vos simul ægritudinem alibi medicaturi transire cogamini. Ille domum coniugatę relinquens, ad domumque solutę accedens, coget vos pariter sua sequi vestigia vt inibi medicinā adhibeatis, si in priori domo radicatus tantę infirmitati nō medea mini. *Nam si conscientia eadē, o peccator, tecum est,* (cum Victore Carnot. loquor) *nec vnquam te deserit, & velut quedam pedisequa, nullo à te temporis interuallo discedit, tenet te reum, & in tua ditione captiuum:* haud vtiliter tibi medicina parabitur, dum necessū fit, te semper flagitijs inquinatū hūc illūc persequi curatione.

47. Hinc cæleste monitum ad Cain
 Gene. 4 post fratricidium ex Lxx. lectione,
Peccasti, quiesce. Gene. 4. Siste in isto
 loco, nec in alium, alij incumbens de

licto, transeat. Ne è fratricidio diuer-
 tas in heresim, *Num ego custos sum fra-*
tris mei, existimans Deo non patere
 delictum; ab hæresi in desperationē
 dimouearis, *Maiores iniquitas mea,*
quam vt veniam merear. Vnde nun-
 quam ab exitiali via discedens, iter
 minimè in eas salutare. Hinc qui te
 in hoc loco sanare curat, iterū te pro-
 sequens, in alio sanare cogat; vel si te
 in manu cōsiliij tui omnino relinqui
 permitto in tuæ penam prauitatis, om-
 ninò interibis. *Licet autem vita* (ver-
 bis vtor Nyffe.) *in finitibus scelerum ma-*
culis notata sit, pro nihilo totam congeriē
reputatam iri, uum modo pedem referas.
 Vti scilicet altam omnino viam, eam
 que cum Magis salutarem instituas.

Hinc profecto, post iter prauita-
 tis exaratum, Diuid percurrat. Nam
 cum ad Prophetę proloquium res-
 pondisset. *Peccavi Domino.* Id est, Do-
 mino peccata mea trado à me aufe-
 renda. Natham respondit, *Dominus*
transtulit peccatum tuum. 2. Re. 12. Ac
 si diceret, Domino tradidisti, Domi-
 nus transtulit omnino, Agni immac-
 ulati mundi peccata omnino tollen-
 tis in morem, abstulit; vt non de se-
 mita in semitam dimoueretur, sed no-
 uam penitus viam instituere. D. Am-
 bro. *Nec exiguo quidem momento ma-*
nere penes se passus est delicti conscientia;
sed pramatura confessione, atque immen-
so dolore reddidit peccatum suum Domi-
no. Quisquidem Agnus sine macula
 auferret omnino, nec de loco in
 locum variari patere-
 tur.

Nyssen.

48.

2. Re. 12.

Ambro.
Apol.
David.
c. 2.



LIBER QVARTVS.

CHRISTI PASSIO IN HORTO

COMENTARII ET ILLUSTRATIONES IN

Mattæi cap. 26. Mar. 14. Luc. 22. Ioan. 18. Observationes morales
panegyricæ in Christum patientem.



In hortum nucum (Christus descendit, cum ad Gethsemani hortum adueniat. Ut videretur (ait) poma conuallium. Cantic. 6. Per hæc (cum Guithel. liquor) fructus signatur humilitatis. fructus plane optimi, & potè ex illa arbore bona, de qua canit Ecclesia. Arbor decora, & fulgida. Venit Christus in hortum, atque eo ipso impleuit conuallium pomis, humiliavit semetipsum, dum orat, dum effluit sudor, dum illigatur. Itaque parum fuit Deo videre cuncta, quæ fecerat, quæ erant valde bona, nisi & descenderet videre poma conuallium, quibus hodie non tanquàm simpliciter bonis, sed tanquàm optimis oblectaretur.

MAT. MAR. LUC. IOAN.

Ex cap. 26. Mat. Vers. 14. Tunc abiit vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iscariotes ad Principes Sacerdotum, & ait,

Vers. 15. Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? At illi constituerunt ei triginta argenteos.

Vers. 39. Progressus autem interea Iesus apud Gethsemani hortum pusillum, procidit in faciem suam orans, & dicens, Pater mi, si passibile est, transeat à me calix iste. Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.

Ex cap. 22. Luc. Vers. 44. Et factus est sudor eius sicut gutta sanguinis decurrentis in terram.

Ex cap. 14. Mar. Vers. 45. Et cum venisset Iudas statim ad eum, ait. Ave Rabbi, & osculatus est eum.

Ex cap. 18. Ioan. Vers. 10. Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percussit Pontificis seruum, & abscidit auriculam eius dexteram.

PARAPHRASIS.

14. Iudam tragediæ huiusce primas partes agentem pecuniæ, quam contrectarat, cupiditas huc vesantæ perculit, ut vltro primarios Sacerdotes adiret, familiarique Iesu professione, mentis autem affectu hostis, profaretur.

15. Quid dabitis mihi mercedis, si vobis eum in manus tradidero? Illi pacti sunt cum eo triginta denarijs. Tantrula mercede ad facinus immanissimum a postolus Diabolus effectus conduci poterat.

39. Sciens interea Iesus instare tempus, quo ventura esset tempestas suprema, apud Gethsemani progressus pusillum à Petro, Dicaco, & Ioanne, quos à reliquis Discipulis abstraxerat, prono capite, faciem deflexit in terram, Pater mi, (inclamans) si fieri potest transfer hoc mortis poculum à me. Verumtamen fiat non quod ego volo iuxta corporis imbecillitatem, sed quod tu vis ad humani generis salutem.

44. Horro ut nos essemus in supplicio firmiores, inter orandum, tantus Iesum angor corripuit, ut toto corpore gutta sanguinæ in terram defluerent.

45. Post breue interstitium Iudas dux iam seclerata manus, turbam ex intervallo præcedens, mox ut adit Iesum, dato de more osculo, iussit salutari. Nil hostilius osculo simulato.

10. Tunc Petrus, qui peculiari quodam amore Domini flagrabat, cum videret armatam cohortem injicere manus in Iesum, subito calore percitus, eduxit gladium, nec expectato Domini iussu, percussit seruum Pontificis; sed Domino manum moderare, ut leue vulnus esset, tantum auriculam Malchi dexteram abscidit.

Vers.

Verf. 11. *Dixit ergo Iesus Petro, Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum?*

11. Quid agit ô Petre, (inclamat Iesus) quorsum gladius exprimitur? Reconde precor, imo iubeo. Gladio tibi pugnandum, sed non alio, quam Evangelico sermone amputante vitia, homines seruante. An non bibam calicem, quem mihi Pater tradidit hauriendum?

Ex Cap. 26. Mat. Verf. 56. *At illi tementes Iesum, duxerunt ad Caypham Principem Sacerdotum.*

56. Aufugientibus itaque Discipulis, quia nulla illis spes, Iesu se se ad necem offerente, hostes haud doctrinæ seu beneficentiæ Domini oleo deliniti captum adduxerunt iam ad Annæ domum, iam ad Cayphæ, quo scribæ, & Seniores conuenerant.

OBSE RVATIO VNICA PROEMIALIS PANEGIRICA CIRCA DOMINICAM PASSIONEM.

1. **D**ominum patientem videns Zacharias præsignauit, fatus. *Super lapidem unum septem oculi sunt, ecce ego calabo sculpturam eius, & auferam iniquitatem terre illius in una die.* Cap. 3. Illud: *Calabo sculpturam,* sic Septuag. transferunt: *Ecce ego fodio foueam.* Aliter. *Sculpam aperturam eius.* Ac si diceret Pater, Sepulchrum primario Lapidi Iesu præparato, dum speciali consilio eum permitto vulnerari. D. Hiero. *Iesus dicitur Lapis propter fortitudinem, & robur. Sculpa n, ait, aperturam eius. Est sensus. Istum lapidem clavis Crucis, lancea militis, verberibus, spinis &c. faciam vulnerari.*

Zach. 3.
Septua.
Hieron.

Caput primum.

* Domi
nicæ Pas
sionis a
cerbitas

¶ *Iesus patiens lapis, ad sustinendum, oculorum pupilla, ad sensationem.*

2. **S**uper hunc igitur lapidem septem oculi sunt. Prima interpretatio, Lapidis in morem sustinet, oculorum instar, afficitur. Qui Iesum percutit, Lapidem simul & oculorum vulnerat pupillas; fortissimus ille lapis, ad innumerorum cruciatuum tolerantiam, mollis admodum, ad sensus acerbitatem.

hortum Iesus, Pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Mat. 26. Exponit Hilar. *Quomodo à me bibitur, ita ab his, qui post me passuri sunt, bibatur.* An nō ego lapis ad tolerantiam, oculi pupilla ad sensationem? Qui igitur illos contingit, lapidem fortissimum concutiat, pupillam laceret. Quam apposite adiecit Dominus, *Si possibile est!* Instar enim Lapidis contundi, & fortiter dolorem acerbissimum vulneratæ pupillæ sustinere, Lapidis primarij est.

Mat. 26.
Hilar.

3. Confirmo ex eodem Propheta.

Solus *Qui tetigerit vos* (inquit Dominus) *tangit pupillam oculi mei.* Zach. 2. Vbi Septuag. *Tangit pupillam oculi eius.* Refertur à quodam illud: *Eius* ad percussum, vt sit sensus. Qui tangit vos, cum quodlibet membrum corporis vestri contudit, pupillam oculorum vestrorum vulnerabit. Quare, Pater Filij tunc induebatur affectu. Apud

Iesu v-
ti lapis
sustinet,
vti pupil-
la sentit.

Zach. 2.
Septua.

Tunicam illam lineam oculorum multitudine contextam contemplemini Iesu patientis imaginem. Tota illa linum iniurijs ingentibus impetitum. Ab horto auellitur, torrente Cedron immittitur, alapæ, colaphorum, verberum, cruce contunditur, spinis ac clavis carminatur. En lapideam lini fortitudinem, ad tolerandum. At tota linea tunica oculis

4.
Iesu tu-
nicapati-
entissi-
mi lini
occulis
cōtexta

oculis contextitur, quia nulla fit lino
noitro inuria, quæ non excitet pupil
lae sensationem.

5. Iesus la-
pis & o-
culus tē-
tatus.
Cant. 1.
Iullus.
Quam appositè Sponsa! Botrus Cy-
pri *Dilectus meus mihi in vineis Engad-*
di. Cant. 1. Engaddi, Oculus tentationis,
scilicet tentatio oculorum. Iustus Orgel.
Christus tentationibus impetitus est scri-
barum & pharisaorum, eum in morē
botri conculcauerunt, pressere tor-
culari. Tentatio autem huiusmodi
& botri ad pressuram validi, & ocu-
lorum ad sensum doloris molis pla-
ne fuit.

6. Parens
viuens
percul-
sus.
Gen.
Olim Isaac ambulabat per viā, qua
ducit ad puteum, cuius nomen est *viden-*
tis, & viuentis. Vbi D. Gregor. *Via,*
qua ducit ad puteum, humilitas passionis
Dei Unigeniti est: Nisi enim unigenitus
Dei Filius apprehensus, crucifixus, &
mortuus fuisset, huius putei profunditas
nō pateret. Vulneribus enim lapis per-
cussus aquam, & sanguinem emittit
salutarem. Puteus igitur viuentis &
videntis. Viuentis quidem, quia vul-
neribus excauatus lapis fontem vi-
uum ostendit. Videntis autem, quia
Lapis hic tam validus ad vulnera ex-
cienda, simul est oculorum pupil-
lae ad doloris acerbiteriam. Super la-
pidem oculi sunt.

Caput secundum.

*Iesupa-
tients
virtutes

Iesus patiens septem Spiritus sancti
muneribus, se plenum mani-
festat.

7. Hiero.
Ruper.
D. Tho.

Aliter Hiero. Ruper. & D. Tho.
per oculos septem totidem Spi-
ritus sancti dona contemplatur, quæ
quidem Iesus patiens vberime ho-
minibus, & in dilectionis documen-
tum, & in exemplū prælibauit. Isai.
Requiescet super eum Spiritus Do-

mini, Spiritus sapientia, & intellectus,
Spiritus consilij & fortitudinis, Spiritus
scientia, & pietatis, & Spiritus timoris
Domini. Cap. 11. Vbi Forer. appri-
mè singulorum Spirituū facit distin-
ctionem. Sapientia, seu cognitio rerū. In-
tellectus, prudentia. Consilium, afflictiis
rebus appositum medicamen. Fortitudo,
invincibilis constantia. Scientia, Scriptu-
rarum intelligentia. Pietas, benignitas.
Timor, respiratio in timore. Singula per-
stringo.

Sapientia, cognitio rerū. Nullius pas-
sionis particula cognitionem Iesu
præteriuit. Ecce (inquit Discipulis)
ascendimus Ierosolymam, & consuma-
buntur omnia, quæ dicta sunt per Pro-
phetas de Filio hominis. Tradetur enim
gentibus. & illuatur, & flagellabitur &
conpuetur, &c. Luc. 18. Iam preses
cognitioni Dominicæ calix haurien-
dus, ut ad languineum sudorem sciē-
tia hæc illum adferret. Quam pul-
chrè Salomon. *Qui addit scientiam,*
addit & laborem. Eccl. 1. Vbi Hugo
Cardi. *Sive homo sit sive Deus sit, qui*
addit scientiam, addit & laborem. Si er-
go in Iesu Deo & homine scientia
immensurabilis, immensurabiles sci-
tore labores.

Intellectus, prudentia. Quid magis
prudentiæ consonum, quam morte
sua mortem deuorare? Serpentem il-
lum, in quem Moylis virga conuer-
sa est, quando Magorum serpentes
absimplit, Rupertus exponit virgā
illam de radice Iesse, super quam Spi-
ritus sapientia, & intellectus. Quia
igitur per astutiam colubri mors euenit hu-
mano generi, mortem in corpore suo
Christus prudentissimus veraciter suscepit,
& ultra non dominabitur. An nō pru-
dentissimus, qui percutientium im-
maniter manus intentui suo, homi-
num,

Forer.

8.

Sapientia pa-
tientis
Iesu.

Luc. 18.

Eccl. 1.
Hugo.

9.

Intelle-
ctus.

Ruper.

D. Leo. ser. 11. de Pas. num nempe immunitati fecit deseruire? D. Leo, *Admisit in se Dominus impias manus furentes, que dum proprio incumbunt sceleri, famulata sunt Saluateri.*

10. Consi- lium. Consi- lium, *afflictis rebus medica- men* appositum. Serpens consilij typus & sacrae, & profanae eruditionis af- feclis. Obijcite vobis Cōsiarij Iesu adhibitum ingeniose humanae agridi- tudini medicina. *Sicut Moyses (in- quit) exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis.* Ioa. 3.

Ioan. 3. Chryf. Ho. 26. Ad quem locum D. Chryso- st. *Illic mortem fugerunt Iudaei temporalem, hic sempiternam fideles. Illic ictus serpentis suspensus serpens sanauit, hic incorporei serpentis plagas Iesus cruci affluxus cura uit. Illic corporeis oculis suspicientes sa- lutem, hic incorporeis peccatorum remis- sione consecuti sunt. Illic es suspensum erat in serpentis effugiem, hic Dominicum corpus à Spiritu formatum. Serpens illic mordebat, & serpens sanabat: hic mors perdidit, & mors saluum fecit. Quod- nam vulneri magis appositum medi- camen?*

11. Fortitu- do. Fortitudo, *inuincibilis constantia.* Quā- ta patientia Saluatoris? Singulariter sum ego, donec transeam. Singularis passio singulari usque ad spiritus em- issionem congruit patienti. D. Chry- st. egregie. *Non sufficit passio com- munis, non mors simplex; nisi ut quanta erat patientia singularitatis, tanta esset & singularitas passionis. Actum est, ut à mundo mundi Dominus antè per pœ- nam, quam per gloriam cognosceretur. Proh immensum dolorum ac crucia- tum pondus!*

12. Scientia. Scientia, *scripturarum intelligentia.* Iam ex scripturis huiusce erat lapi- dis insculptio præsignata, nec tamen id dignoscens Iesus, fugitauit; sed vl-

troneus se se hostibus addixit. *Ecce (inquit) ascendimus Ierosolymam, & consummabuntur omnia, quæ scripta sūt per Prophetas de Filio hominis.* Luc. 18. Vbi appositè D. Cyril. *Ut scias, quoniam nians passionem pronouit, & spontaneus ad eam accessit.* Luc. 18. Cyril. apud D. Tho.

Pietas, benignitas patientis Iesu. *Tulit Abraham vitulum tenerrimum, de- ditque puero.* Gene. 18. Quem locum pendens Ambros. ait. *Tener, quia non dura ceruice, sed molli iugum agnouit, cru- cis patibulum non recusauit.* D. Leo pas- sionem Dominicam magnæ pietatis appellat Sacramentum, fatus. *Hoc magna pietatis Sacramentum sicut Iudaica impietas, ita Diabolica superbia nesciebat. Tenuit disposita mansuetudo pa- tientia, & cohibita famulantium sibi An- gelorum virtute legionum hausit calicem doloris, & mortis, tantumque supplicium transtulit in triumphum.* En magnæ pieta- tis Sacramenti fructus.

Timor, respiratio in timore, non solum in timore Dei, sed etiam hu- mani affectus expressione. *Capit (ait Marcus) pauere, & tedere.* Cap. 14. Vbi Ambros. *Minus contulerat mihi, nisi meum suscepisset affectum.* Et Cyril. *Omnia ille perpeffus est, ut nos ab omni- bus liberaret. Sicut igitur nisi mortuus es- set, mors non exstingueretur: ita nisi timuisset, nos non essemus à timore liberati.* Nostrum suscipit Iesus timorem, ut sua nos munitet fortitudine. Siue, ut proximius attingamus Forerij expo- sitionem, respirat in timore Iesus, ut nos emortuos spiritu timoris Do- mini viuificet, in nouatque ex ti- more Domini respire- mus.

Caput tertium.

* Homi-
num cō-
passio.

¶ *Iesus lapis percussus ad se arripit o-
culos compassionis humanae.*

*dedit crucis suae saporē, cum teritur pas-
sione: ut quidquid est vitale, suo saporē
ret, & condiret attactu. Saporat, con-
dit quidquid vitale nobis est, passio
Dominica in morē Synapis? Ita pla-
ne. Et quando condientis, & saporan-
tis Synapis vis non simul lacrymas
excitat comedentis? Largos igitur
fletus emittat qui ob contusum Sy-
napis granum cibatur dulcedine.*

15. **A** Commodatius alij super lapidē
percussum, seu Iesū patiēte, oculo-
los exponunt cōpassionis humanae,
quae largo fletu inseparabilis domes
patientis. Saluatoris eius lateri assideat.
Super lapidē unū septē oculi sunt.
Percussio lapidis huiusce sit oculo-
rum tuorum vulneratio. Si ē lapide
sanguis profluit, ex oculis tuis lacry-
mae effluant.

16. Percussit olim *Moyse* petram, &
exiit aqua. Exo. 17. In typum scili-
cet percussi Iesu, ē cuius vulnere san-
guis & aqua profluxit. August. *Haec
petra, id est Iesus, percussa, fontes produ-
cit.* Fontem utique proprii sanguinis,
& nostrarum fontem lacrymarum.

17. Contunditur petra, & siccitate
oculi feriantur? *Botrus Cypri Dilectus
meus mihi in vineis Engaddi.* Cant. 1.
D. Ambr. *In illis vineis lignū est, quod
si quis compungat, unguentum emittit.*
*Christus in illo tentationis ligno (Engad-
di oculus tentationis) crucifixus illa-
crymabat populum.* Num populus la-
cryma Iesu? Ita plene. Quando enim
tentatur Iesus cruciatibus, fidelis nō
solum deplorare, sed deplorari; non
 flere, sed in ipsum fletum debet om-
nino conuerti.

18. Quis videlicet contusio lapidis
Iesu nostrarum lacrymarum excita-
tio est. *Simile est (ait Dominus) Reg-
num caelorum grano synapis.* Matth. 13.
Quem locum apprimē D. Chrysol.
transfert ad passionem. *Christus est
Regnum caelorum, qui velut granum Sy-
napis in hortum virginis corporis missus,
orbe toto crucis in arbore creuit, ac tantum*

Caput quartum.

¶ *Lacrymae compassionis huiusce ad de-
luenda crimina vestra simul dirigi-
gantur.*

19. **E** Nim vero huiusmodi lacrymae
non tam lapidem percussum hu-
medant, quam peccata occidentium
Iesum diluant. Lapis enim percuti-
tur, uti iniquitas populi deleatur. *Et
auferam (inquit Deus) iniquitatē ter-
rae illius in una die.* Quam equidē ini-
quitate abluit Iesus sanguine effus-
so cum simul lacrymis obrui flagitia
procuramus.

20. Flentibus Ierosolymae Foeminis
super Lapidem itum, sic Iesus. *Fi-
lie Ierusalem, nolite flere super me, sed su-
per vos ipsas flere.* Matt. 27. Proh in-
fragationis lacrymarum mysteriū?
Et quando tam iuste lacrymae profusae
sunt? An non Ieremias? *Quis da-
bit capiti meo aquam, & oculis fontem
lacrymarum, & plorabo interfectos filia
populi mei?* Cap. 1. Quid David audi-
ta Saulis, & Ionathae clade? *Montes
Gelboe nec ros, nec pluuia descendat su-
per vos.* 1. Reg. 31. Iustae ne lacrymae
illorum? Quis ambigat? Cur ergo o-
bone Iesu, iustissimas foeminarum la-
crymas sisti iubes deplorantium nō
peccatores occisos, sed iustorum pa-
rentem; non persecutorem, sed ami-
cum?

* Ablu-
tio pec-
catorū.

19.

20.

Non in-
frangat
Iesus la-
crymas
compas-
sionis,
sed diri-
git.
Mat. 27.
Iere. 1.

1. Re. 31.

Jonas
pâcien-
te Domi-
no se im-
mitit
in mare
lachry-
marum.
Jon. I.
Bern.

cum? Non tollit, sed dirigit lacryma-
rum torrentem ad spinas vitiorum sus-
focandas. *Super vos ipsas flete.*

21. Hinc D. Ambr. ad illud Canti. 1.
Filius *Botrus Cypri Dilectus &c.* postquã as-
seruit Dominum tentationibus vul-
nerum actum illacrymasse populum,
adijcit. *Illacrymabat populum, ut pec-
cata dilueret.* Lacrymæ etenim à vul-
neribus huiusce lapidis excitatæ in-
peccatorum nostrorum dilutionem
impendenda sunt.

22. Appositè Ionas post mysticam Ie-

su obortam cruciatuum tempestatè
dignoscens lacrymas necessario è la-
pidis percussione emanaturas, ait. *Si
propter me orta est tempestas; tollite me;
& mittite in mare.* Cap. 1. Quem præ-
mens locû D. Bernafatur. *Sic Christia-
nus, cum spumantes consideravit fluctus
persecutionum in Iesum, credat, quod tem-
pestas ob eius scelera orta est, unde in
mare lacrymarum iactere se debet.* Vti la-
crymis immersus, abluantur illius po-
puli crimina, postmodumquæ ad re-
surrectionis ripam euomatur.

SECTIO PRIMA.

Iudæ proditio.

Ex cap. 26. Matthi

TEXTVS.

Verf. 14. *Tunc abiit unus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iscariotes, ad Prin-
cipes Sacerdotum, & ait:*

Verf. 15. *Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? At illi constituerunt
ei triginta argenteos.*

COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES.

¶ Nû particula Tunc pertineat ad Ma-
gdalens vntionem, an ad Conciliû?

S. I. **T**unc. Quæstio voluitur, nû
hec particula sit referen-
da ad vntionem Magda-
lenæ in Bethania, vt in-
nuit Evangelista, dum consequenter
post historiam illam, transit ad Iudæ
proditionem; vel ad Principum Sa-
cerdotum conciliû, de quo Mat. 26?
Communiõ sententia aduerbiû tunc
refert ad conciliû Patronos habet
Aug. Bed. Caiet. & alios. Tunc (ait
D. Tho. D. Thom.) refertur ad illud, quod di-
ctum est, quod congregati sunt Principes
Sacerdotum &c. Vnde Evangelista Tunc
(inquit) abiit unus è duodecim ad Prin-
cipes Sacerdotum, quasi petat proditio-
nis principium.

Non dubito stimulum Iudam
ad facinus ex vntione, ac effusione
vnguenti, ideoque Mattheum in præ-
senti cœnæ arbitror Bethaniæ, piera-
tis que Magdalens fecisse mentio-
nem. D. Anselm. *Hec (inquit) un-*
guenti effusio facta est ante sex dies Pas-
che. Ioa. 12. Sed hic interserua est, quia
fuit causa proditionis. Quasi ita dixeret
Matthæus: Cum congregati essent Prin-
cipes Sacerdotum, & conciliû facerent,
tunc Iudas abiit, & hoc nõ sine causa, &c.
Vnus de Duodecim. Et cecidit. Nõ lo-
cus tutus, quo Satthanæ nõ penetrèt
iacula, quia omnia circum D. Gre. ad
hec. *Antiquo hostis terrarum locus à cetera
ne nõ excluditur. Quia si in paradiso homi-
nẽ strauit, quis locus extra paradysum esse
potest, in quo ad mentes hominũ penetrare*

non valuit? Num Apostolicum collegium? Cecidit vnus de Principibus Iudas. Sola ergo creatoris nostri protectione steterunt est, cui ex intimo corde clamemus: *Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij.*

Ob v. pius de-
licta cõ-
munita-
tis sancti-
tas non
infirmat-
ur.

Excidens Iudas vnus é Duodecim admonet, vnus casu socios haud affici ignominia.

Ad Illud: *Unus de duodecim.*
4. Cypria. L. de vita. Eccl.

Ipsè sibi cadens Iudas attulit igrò Iminiam, non vñdecim Apostolos. *D. Cypria. Iudam (inquit) Dominus inter Apostolos elegit, & tamen Dominum prodidit. Non tamen id circò Apostolorum fides, & firmitas cecidit: quia proditor Iudas ab eorum societate de fecit. Sic dignitas continentia est, quia quorundam fides fracta est. Stat confessorum pars maior, & melior in fidei ueritate.*

5. Lucifer Angelo rù famã non obfcurauit.
Nazian. de lau- de Vir- gi.

Sanctorum opinio ob improbum socium non leditur. Lucifer ille, qui in splendoribus cœlestibus oriebatur miserè cecidit. Num Angelorù penitentium famam obfcurauit? Audite Nazianzenum.

6. Zizania boni seminij gloriam nõ deturpant. Mat. 13.

Angelus ante facti in splendore coruscus Lucifer, ast illo cœlesti ex arce ruente, Cœlestib' tamè incolumis sua gloria mansit.
Serui Patris familias de zizanijs cum frumento exortis offensi, inclamant, *Vis vnus, & colligimus ea? Quis Dominus. Sinite utraque crescere usque ad messen. Tunc dicam metribus: Colligite primum zizania, & saligate ea in fasciculos, ad comburendum.* Mat. 13.
Vbi August. domus Dominicæ collegium veneratur. Hic Sanctorù cõmunitas, sed quandoque apparent zizania, id est, socij adeò impietate præstantes, vt æternis sint flammis addicendi. Proh Deus immortalis! An nõ

Sanctorum fama obfcuratur ex collegiarum prauitate? Profectò ea est sanctæ cõmunitatis conditio, vt multi improbi socij non corrigedi, sed damnandi, etiam si eorum damnatio peruulgetur, nullatenus Sanctorum opinionem inficiant, licet à collegio non excludantur.

Attamen adhibenda cura zizanijs euellendis, vt ablatiis prabis socijs Dominica hæreditas splendidior appareat. Ablegato improbo Iuda, tunc clarificatus est Fili' hominis, clarior reditus Apostolorum cœtus. Cum è cœlo Damones cernere, purgata quidem extitit Spirituù sanctissimorum massa. Cum sublatus fuerit Leuiathan, timebunt Angeli, & territi purgantur. Iob. 41. Ad quem lacum Gregor. Diaboli (inquit) lapsus Angelos terruit, & purgauit ne Conditorem suum superbi despicerent. Purgauit vero, quia exeuntibus reprobis, actum est, vt electi soli remanerent.

Quicula illa ab ouium electarum grege recedens siue sit homo perditus, siue Angelus præuaricator, non equidem sanctarum ouium collegium obfcurauit, sed sua purgauit ruina. Luc. 15. Pulchrè D. August. *Tua (inquit) separatio, illarum est purgatio.*

Ananias & Saphira Iudam imitati auaritiæ peste corripuntur. Ad Petri sermonem terribilem exanimés excidunt. Audiens autè Ananias hac verba, cecidit, & sprauit. Act. 5. Causam huiusce seueri iudicij reddit D. Isidor. Pelus. *Cum Euangeliy sementè Apostoli facere cepissent, ac zizania enata conspexissent: sapienti consilio ea euulserunt. Vt scilicet splendor tritici purgatus, seu clarificatus appareret.*

¶ Iuda discessio.

Qui

10. Cur Iudas nominatur & Itearotes?

Qui disceratur Iudas Iscariotes. Dixerat Euangelista: Unus de duodecim, ut sceleris magnitudinem indicaret. At ne ambiguis verbis ceteris Apostolis irrogaret iniuriam, addidit Iudam vocitari. Porro ne de Iuda Jacobi sanctissimo suspicaremur, adiecit & illud: *Iscariotes*. Ita Chryl. Euthy. Theoph. Simul autem indicat ex quam Patria Proditor exortus fuisset.

11.

Abijt hic ultro ad Principes Sacerdotum, tunc ad Duces, ad Præfectos sacrorum, quos Lucas à Principibus Sacerdotum & senioribus distinguit. Et ait: Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? Vbi Caiet. Ea angelus narrat substantialia, præmittens circumstantias palliantes. Rationi consentaneum est, ut Iudas se scandaletum dixerit de Magistro suo. Naturale siquidem est hominibus sub aliquo colore palliare factum iniquitatis propria. Præcipue autem Iudę ultro offerenti Magistri prodicionem. Ut appareat detractionis immanitas, quæ quidem suffragando Iesu operam dedit.

Caiet.

12.

Quid vultis mihi dare? Num certum præteritum petierit? Iudas, an id reliquerit arbitrio Sacerdotum? Respondet Hieron. Iudas non postulat certam summam, sed quasi vile tradens mancipium, in potestate eorum posuit, quantum vellent dare. Existimo eum in primis rogasse, quid dare vellent, tandem triginta argenteos esse constitutos, quos quidem non tunc, sed post traditionem Salvatoris recepit.

Nunc certum præteritum petierit? Proditor? Hieron.

¶ De argenteis.

13. Maria circa argenteos opinio. Lyra.

At illi constituerunt ei triginta argenteos. Existimat Lyranus hosce argenteos præteritum fuisse trecentorum denariorum, quo vendi potuerat unguentum.

Quare hoc unguentum non venit trecentis denarijs? Vti scilicet amissum unguenti præteritum infelix, vendito Magistro, recuperaret. D. Antonius, Rupertus, Egeſippus & alij affirmantes Iudam decimam partem furari eorum, quæ Magistro dabatur, traditumque Magistru argenteis triginta, ut damnosam (vti vocat Rup.) decimationem acquireret trecentorum unguenti denariorum: consequenter arbitratur triginta denarijs Dominum venditum, siue ducatis tribus. Baronius hosce argenteos triginta argenti libras fuisse putat.

Ego autem cum Iansenio, Maldonato, Barradio, & alijs existimo argenteum esse siclum. Abulensis verba illud 4. Reg. 6. Obsessa est Samaria, donec vendidaretur caput asini octoginta argenteis, interpretatur, octoginta sicli. Septuag. quoque 2. Reg. 18. & Iesai. 7. siclum transferunt pro argento. Siclus duplex, prophanus, & Sanctuarij: ille duas drachmas, hic quatuor continebat. De Sanctuarij siclo in presenti à carbona sacra de sumptu ad Iesu emptionem. Profecto si vna drachma vni Hispanico regali responderet, (vti Maldon) Christus centum & viginti regalibus Hispanicis venditus est.

Quonammodo igitur tam exiguo præteritum ager ad peregrinorum sepulturam emptus? Tunc res viliores Ieremias septem stateribus & decem argenteis agrum emit. Cap. 32. Stater idem, quod Sanctuarij siclus quatuor continens drachmas, unde sexaginta & octo drachmis siue regalibus ager emptus. Rogas quonammodo Ioseph Salvatoris typus viginti tantum venditus fuerit argenteis? Respondeo non ex eo figuram similem veritati; sed quod vti Ioseph à fra-

Autoris sententia argenteum esse siclum Abul.

Iesus centum & viginti regalibus venditus.

Obiectionibus fit factis.

tribus, ita Christus fuit à Discipulo
venditus.

OBSERVATIO I.

MORALIS PANEGYRICA
CIRCA LITTERAM.

Stulta Proditoris avaritia.

D. Hieron. ex avaritiæ affectu Iu-
dam ad Principes Sacerdotum
properasse ait. *In felix Iudas damnus,*
quod ex effusione unguenti se fecisse cre-
debat, vult Magistri pretio compensare.
Si compensare intendis ex effusio dâ
num unguento, cur non certam po-
stulas summam? *Quid (inquit) vultis*
mibi dare. Non certam (ait Pater) po-
stulat summam, ut saltem lacrosa vide-
retur proditio. Quando non cæcus, &
stultus avaritiæ affectus? Pulchrè ad
hec D. Chryso. *O dementia, imò cupi-*
ditas proditoris. (Ipsa namque demen-
tia demencior est cupiditas) Hac af-
fectatus, Magistrum tradidit Iudas. Nâ
cupiditas huiusmodi sortita est naturam,
rerum obliuionem imponit, & alienatio-
nem mentis ostendit.

Quam veram illud! Rerum obliuio-

nem imponit. Tempus proditionis Iu-
dæ Paschale fuit, in quo Iesus epulû
parauit Discipulis, vbi Iudâ propria
manu cibauit, Iudæ lauit pedes, lin-
teo absterxit, qui Iudâ vocauerat ad
Apostolatam, cum potentia miracu-
lorum donauerat. An nō te huiusmo-
di beneficiorû recordatio abstrahet
à proditione? Proh avaritia rerû ani-
mis obliuionē imponens! *Quanta (in-*
quit Chryso.) beneficia respuit! Con-
uersationis, mensa, Discipulatus, admo-
nitionis, suasionis oblitus est, gratis cu-
piditatis impeditus.

Si rerum obliuionem imponit a-

uaritia, non mirum si mentis alienatio-
nem causet. Quia cœlestiû beneficio

rum obliuionem pleiūque impotē-
tia mentis comitatur. Cæcus proflus,
& stultus, qui avaritiæ deseruit. Ob-
cæcatē mentis est, fratrem non videre,
proximum non agnoscere. Tenebræ
inter Ægypti plagas annumerantur.
Tribus diebus nemo vidit fratrem. Exo. 10.
Lypoma. ex Ruperto, Signanter apud li-
Ægyptijs dictum est, quia tribus diebus
nemo vidit fratrem suum. (Cupiditate nâ
que detentus, & preoccupatus animus nō
videt fratrem suum, non agnoscit proxi-
mum suum, eo tantum intēsus, ut furetur.
Si obcæcatē avaritia mentis, fratrem
non videre, proximum non agnosce-
re; quid Magistri, benefactorē, Deū
spernere, tradere? Profecto qui sur e-
rat, eo tantū intendebat, ut furaretur.

Pende verba illa: *Vnus ex duodecim.*

Quonāmodo Apostolus, qui visione
Iesu semper fruebatur, adeo obcæca-
ri potuit, ut simul caducis vilib⁹ emol-
umentis intendere? Id certē potuit
avaritia. *Dixit Balaam, dixit homo, cu-*
ius obturatus est oculus, qui visione Omni-
potentis intuitus est. Nu. 24. Quam vi-
sione cœlesti fruens, cæcitate labora-
ret? Id facilimè prestavit avaritia, qua
Balaam diuinationis præria capiebat.
Id quod ponderans Rupert. ait. *(Cuius*
obturatus est oculus, & visione Omnipotē-
tis intuitus est, repugnantia sibi videntur.
Nūc autē planū intellectu fit, quia per pro-
phetiā scientiam visione Omnipotētis in-
tuitus est; sed per avaritiā cor cæcatū ha-
bet. Haud aliter Iudas, qui vnus ē duo-
decim, Christi visione fruebatur; locu-
los habens misera cæcitate laborabat.

Quidam olim de turba Iesu ait.

Magister, dic fratri meo, ut diuidat me-
cum hereditatem. Luc. 12. Et post par-
uum interstitium inelamat Iesus. *Vi-*
dete caci avari, & caute ab omni avari-

*Aua-
rus cæ-
cus, &
stultus.
Ad
illud:

Tūc a-
biit v-
nus ex
duode-
cim.

16.
Auarus
Iudas
stultus.

Chryso.
hom. de
prod. Iu-
dæ.

17.
Auarus
benefi-
ciorum
imme-
mor.

Chryso.
cita.

18.
Ægyp-
tius tene-
bris ob-
ruitur.

Exo. 10.
Rupert.
apud li-
pom.

19.
Iesū vi-
dēs au-
rus, non
videt.

Nu. 24.

Rupert.
L. 2. in
Num.
c. 21.

20.
Auarus
heres
stultus.
Luc. 12.

Basil.
apud B
Thom.

Beda. *cia. Vbi Acute Beda, Occasione huius stulti petitoris, adversus avaritia pestē, & turbas, & Discipulos preceptis pariter, & exemplis munitur satagit. Illud expēde: Occasione huius stulti petitoris. Vndenā hic stultus? Quid magis fraternitati consonum, quam heredi fratri socius adhiberi? Profecto qui diuitiarum cupiditate temporarię utilitati studebat, non poterat non & stultus haberi ab spirituali rerum æstimate. Avaritia enim stultitię parens.*

21. Ponderanda Saluatoris respōsio, *Quis me constituit iudicem, aut diuisorem supra vos? Luc. 12.* In cuius expositionem recordare Iesum sapientissimum iudicem viuorum, ac mortuorum à Patre constitutum. Noluī itaque duorum fratrum litem dirimere, quia sibi quodammodo visum, tāti iudicis, arbitri que sapientię præiudicari, si vel componendę ex stulta avaritiā exortę hui intēderet. **Ambro.** appositē, *Bene terrena declinat, nec iudex & arbiter dignatur esse facultatum, viuorum habens, mortuorumque iudiciū, arbitrium que mortuorum.*

22. Diuinę equidem sapientię particeps Adam nomina rebus imposuit, vnde quod vocauit Adam, ipsum est nomen eius. Gen. 3. Id est, rei essentia appellationi apprimē respondebat. Sola enim coelestis sapientia quidditatiua nomina rebus imponit. Videamus itaque quonam avarum nomine cōpellari Deus disposuerit, & ipsū proculdubiō est nomen eius. Avarus ille in clamitabat. *Anima mea, habes multa bona posita in annos plurimos. Cui De? Stulte, hac nocte animā tua repetent a te. Lu. 12.* Quare proprio avarum nomine non compellas? Ipsam est nomē eius, *Stulte.* A deo enim legimus impositū perfectissimo rerū cognitore. Egred-

giē D. Basil. *Audi conueniens tibi stultitia nomē; quod tibi nullus imposuit hominibus; sed ipse Deus. En avaritia alienationem mentis, & rerum obliuionē ostendit.*

Quam subtiliter vel prophani Diog. **Suapte natura dixi frānari potest cupiditas; quod si diuitiarū quoque suppedicationem assumpserit, plane fit infrenis. Aperte equidē frānum avaritię brutilitate hærescit. Eusebi. (ibid.) eam irrationalem merito vocitauit. Irrationabilem ab avaritiā citius cōsumēt abiectæ res partæ, quam crescentes quotidie immensa opes. Vnde Demost. Avaritia nullam necessitudinis rationem habet. Quia rationi consonum nil apud auari præcordia reperitur.*

23.
Avaritię
ex pers
rationis
Diog.
apud
Stob.

Demost.
i. olin.

*Coram
seculari
penitēte
aggua
uatur de
linquen
tis Reli
giosi,
aut facer
dotisma
licia.

OBSERVATIO II.

Tunc discessit Apostolus Iudas, quando peccatrix accessit Magnalena.

AD uerbiū Tunc magno emphasi adhibitum à Mattheo, ut Iudę criminis ostenderet grauitatem. Id quod eleganter expendit D. Chryf. *Non Tunc, uerbum inaniter, o Euangelista addidisti: Spiritus admonitione loqueris. Quid igitur Tunc est. Antē prodictionis tempus, antē traditionis horam, accessit meretrix, vas alabastrū manibus portans, & unguentum Domini supra caput effudit. Paulō antē meretrix subitō pudica processit, & profundis obruta peccatis, portum serenitatis agnouit: Et quando prostituta lupanar exiuit, Tunc Discipulus gehennam intrauit, quādo illa mercedem sui corporis abdicabat, Tunc iste prætium Magistri sanguinis postulabat: quādo illa osculabatur pedes, ut susciperetur, Tunc iste Domini labia osculabatur, ut proderet. Ideo dixit: Tunc. Quam ponderabilis circumf-*

Ad
illud:
Tūc a
bit un?
ex duo
decim.
24.
Chryfo.
hom. de
prod. Iu
dæ.

tantia criminis Apostoli, Religiosi, si tunc delinquat, tunc à Domino recedat, quando conuertuntur, quando respicientes ad Deū mundiales accedunt!

25. *Accedit Aultri Regina discedit Pharisæi*
 Luc. 11. *Beda.*
 Beda.
 Nyssen. apud D. Tho.
 Ambro.

Accesserunt ad Saluatorem Pharisæi, corpore quidem; spiritu enim tunc longè recedebant, vti Beda adnotauit. Quando autem Dominus mente recedentes aspexit Pharisæos, ait, *Generatio hæc generatio nequam est.* Luc. 11. Vnde nam se se in præsentia deò nequitia manifestauit, vt præter morem mansuetissimus Dominus tam grauis sermonis illos gladio percussit? Subdit Iesus. *Regina Aultri surget in iudicio cum viuis generatio nis huius, & condemnauit illos. Quare? Quia venit.* Nam *vbi pacificus Christus emicuit, (loquor cum Nysseno) tunc accedunt gentiles, cecutientibus Iudeis, offeruntque Christo pietatis aromata.* Non ne grauat mirum in modum malitia domestici, si tunc ipse recedat à Iesu, quando meretrix gentilitas accedit? Pulchrè Ambro. *Tunc dixit: Generatio hæc nequam est. Ut scias Synagoga populū de formari, vbi Ecclesia beatitudo laudatur.* Ac si diceret. Eo magis reprehensibilis domestici discessio, quo magis accelsio alienigenæ ad mirabilis.

26. *Iudæi recedunt Samaritana adueniat. Ioan. 4. August.*
 Vt cognouit (inquit Ioannes) Iesus, quia auerunt Pharisæi, quod Iesus plures Discipulos facit, & baptizat, quam Ioannes, reliquit Iudæam, & abiit iterum in Galileam. Ioan. 4. Vbi August. affirmat ideò Dominum recessisse, quia Pharisæi iã non discere intrdebant, vt sequeretur Iesum; sed vt longius discederent ab illo. Quid plura? Accessit meretrix Samaritana, Venit mulier de Samaria, Iesu heret, pœnitens excipitur. Tunc Iesus Discipulis, *Leuate*

oculos vestros, & videte Regiones. Ad gentilem populum vos conuertite, (ex mente Theop.) inuisus tandè mihi populus Hebræorum. Dic mihi, quæso, quodnam tunc grauisimū delictum Pharisæi perpetrarunt, vnde offensus, pergis ad gentiles? Nonne inuidia correpti à te solummodò recedunt? Alibi sepe calumniati sūt, te lapidibus impetere moluntur, te suffigi patibulo conantur. Tunc autem inuidia affecti recedunt. Profecto grauiora Pharisæi cõmissere delicta; sed nõ ideo Dominus se ad profectionem in gentes accinxit. Nunc autem ob leuius peccatum populum omninò deserere molitur. Quare? Quia domesticum recedere à Iesu tunc, quando meretrix Samaritana venit, delictum sane quod quidem ex prædicta circumstantia non medio critè ponderatur.

Venit Adultera ad Iesum ablunda, conuertenda in sponsam. Pharisæi autem, & scribæ recessere. *Vnus post unum ibant incipientes à senioribus.* Ioan. 8. Vbi acutè Strabus ex recessu affirmat illos reos maximè se se declarasse. Quando Iesus digito scribebat in terra illorum facinora (vti Hugoni placet) objiciens, nemo legit, nullus agnoscit, minimè euulgatur: quando autem discedant, tunc apparent rei. Quid causæ? Quia delictum mirum in modum prodit in lucē, ac ponderatur, cū domesticus recedit à Deo tunc, quando mulier meretrix venit, & ad frugē recipitur meliorē.

Si non meretrix, Prodigus saltè cum meretricibus coinquinatus ad habitaculū, ditionēq; paternam accedit. At frater senior inuidiæ (nõ equidem lethalis) stimulo excitatus, excitauit & ipse querellas. Lucæ 15.

Ad quem

27.
 Fugit Pharisæus, adultera conuertitur
 Ioan. 8.

Hugo Card.

28.
 Secularis heret
 religiosus elongatur.

Titus. hunc seniore[m] filium normā sancti-
tatis contempletur. *Maior igitur fi-
lius sicut agricola insisabat agricultura,
non terrestrem, sed anima agrum fodiens,
& salutis arbores inserens, scilicet vir-
tutes.* At D. Ambrosius leue huius-
ce perfecti viri delictum consideras,
impudentem, Publicano similem, ac
impium non timet appellare. *Impu-
dendus filius similis est Publicano iusti-
ficanti se, impię accusabat fratrem.* Vn-
denam leue inuidiæ delictum adeo
taxabile apparet, vt iustus iustę quo-
dammodo probrosis hisce nomini-
bus compelletur; Nam quia in sæcu-
laris tunc deuoti conspectu domesti-
ci religiosi plus tepiditas enūciatur?
Ita plane.

OBSERVATIO III.

Iudas Diabolus, mendax utique,
& promittens, quod minimè
valet adimplere.

29. **Q**uam verè Christus! *Vans de-
strans Diabolus est.* Nam si Dia-
bolus ab initio mendax, parēsque frau-
dium, mendax Iudas; si Diabolus pro-
mittit, quod implere non potest, i-
dem Iudam legimus præstitisse. V-
trumque ostendo.

Caput primum.

¶ Iudas Diabolus mendax.

*Mendax
Diabo-
lum imi-
tatur.
Ad
Illud:
Ego eū
vobis
tradā.

30.
Paschaf.
L. 11. in
Matt.

31.
Diaboli
primū
verbum

Ego (inquit) eum vobis tradam. Si-
mulat se Iesum possidere in sua
que potestate positam illius tradi-
tionem. Hinc Pascha. *Non curat, si
mentiatur. Loquitur enim iam membrum
Diaboli.*

Primum profectò verbum, quod
à Dæmonis ore prorupit, menda-
cium est. *Cur præcepit (inquit) Deus,*

*vt non comederetis de omni ligno para-
disi? Gene. 3. Hebraicè aph chi, amar-
Elohim. Verè nē, siue ita nē verum est,
quod dixit Deus, vt non comederetis?
Altissimi serpens se mentitur ig-
norantem vt adnotauit Procopius
fatus. Simulat hostis astutē ignorantiam.
Ita nē verum est? Ac si Diabolus pro-
iam sibi adhærente ex peccato, fal-
lendi, ac mentiendi proprietate, in
cognitionem veritatis, tanquam rei
peregrinæ non deueniat. Hoc exi-
stimo affectu Pilatum in Iesu cons-
pectu proferentis veritatis præco-
nium, interrogasse: *Quid est veritas?*
Ioan. 19. Quali aulica mens omninò
peregrinaretur à veritate.*

Præterea, quo luculentius demon-
stretur procacitas Patris mendatio-
rum, ex primo huiusmodi verba pro-
lata: *Cur (inquit) præcepit vobis Deus,
vt non comederetis de omni ligno. Reco-
le Deum dixisse. Ex omni ligno para-
disi come te, ex ligno scientiæ boni, & ma-
li, nē comedas.* Vnde constat Deum co-
piam fecisse Adamo, & uxori, vt pro-
libito de omni paradisi arbore, vna
tantum excepta, vescerentur. Con-
trà verò mendaciorum origo Deum
affirmat præcepisse, nē de vlla para-
disi arbore comederent.

Falsò deniquè condolet mulieris
vicē, quod malè à Deo affecta sit, eo
quod misera spectaret oculis poma,
& vesci nequiret. Quę quidē cōmife-
ratio euidēs in serpente crudelissimo
illius fallacię atque mendacij argumē-
tum. *Debebat (inquit Chry) mulier ex
ipso egresu eminetē iocēctare malitiā, quod
curā ipsorū gerat.* Eiusdē certè fallę cō-
miserationis obiectu aggressus alterū
Adamū christū ieiunantē. *Si Filius Dei es
dic, vt lapides isti panes fiant. Ma. 4. V-
bi D. Cyp. Subdola professione, quasi cō-*

menda-
cio ple-
num.
Gene. 3.

Procop.

Ioan. 19

32.
Alterā
Diaboli
fallacia.

Gene. 3.

33.
Tertiu
menda-
cium.

Gene. 3.

Chryso

Matt. 4.

Cypria.

patiens ei, subuenire periclitanti natura hortatur. Quando non subdolo Diaboli verba, si primum ab illo sententia prolata tot contineat falsitates? En Iudas mendacia verba sui Patris imitatur. Non curat, si mentitur. Loquitur enim iam membrum Diaboli. Paschalius aiebat.

34. Mendax Iudas verbo & facto.

Pasch. cita.

Verum Diabolus hic non solum verbo mendax, fallax & professione. Iudas quod quidem vocabulum confessionem sonat, Dominum vocabulo confiterur. At factis omnino abnegat. Id quod Pascha. pulchre adnotauit pendens illud: *Iudas Iscariotis. Non vacat à mysterio (ait) duos fuisse inter Apostolos hoc nomine vocatos, ut unus dicatur Iudas Iacobi, alter verò Iscariotus, quia Iudas confessio interpretatur. Et ideo duos istos fuisse inter Discipulos, ut unus eorum teneret formam verè confitentium, quorum pars fideliter permanet cum Domino; alter eorum partem exprimit, qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Propterea omnes transeunt cum isto ad auaritiarum, ad dolos, & fraudes, & commiscet se falsis fratribus.* Hactenus ille.

* Falsus promissor Iudas Diaboli. Ad illud: Ego enim vobis tradam.

35.

Caput secundum.

¶ Iudas Diabolus, quod non potest, promittit.

Quid vultis (ait) mihi dare, & ego eum vobis tradam? Cum tamen dicere debuisset, Nisi tot argenteos, vel aureos dederitis, non vobis Iesum tradere disponam. Equidem ementium voluntati relinquit prætij assignationem, quia nullatenus impleturus erat promissum. Non enim tradere poterat, quod in sua non erat potestate. Hinc sese Iudas Diabolum ostendit, haud potentem stare

promissis. Paschal. ad hæc. *Miser nec certam postulas prætij summam, ut saltem lucrosa videretur proditio; sed prætij in potestate posuit ementium, quantum vellent dare. Non enim poterat, quod promittit: Et ego eum vobis tradam, nisi ipse permitteret. Sed sua impudentia loquitur iam membrum Diaboli.*

Pasch. vbis.

Cuius equidem proprium promittere, quod à sua potestate profusus alienum. In deserto commemoranti Iesu, *Hæc (inquit omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me. Matt. 4. Rogo, Num Diabolus Regnorum Dominus? Imo nec nominum, aut imaginis Regnorum Dominus est, sed prorsus tyrannus. Ad illa verba: Ostendit ei omnia Regna mundi in momento temporis, Doctores allerunt non vere Regna, sed imagines, ac nomina Regnorum Christi oculis, auribusque obiecit. Ad quem locum D. Chryso. Tunc Archidemon omnia Regna mundi in momento temporis coegit, cum omnibus visus est, ut cum omnibus euanesceret. Coegit inquam vel ipsas Regnorum imagines, & nomina: quia nec imaginum aut nominum Regnorum verè est Dominus, sed tyrannus. Omnia igitur Regna offerens, promittit, quod implere non poterat. Paschal. Non poterat Iudas, quod promittit. Loquitur enim iam membrum Diaboli, qui ipse cum Domino loquebatur: Hæc omnia tibi dabo.*

36. Iudas Diabolo similis. Matt. 4.

Chryso. Psal. 2.

Paschal.

Iam inde ab initio iactator Diabolus impossibilium promissorum. *Eritis (inquit hominibus) sicut dii. Gen. 3. seu Verbi diuini, cui appropriatur sapientia. Similes circa rerum cognitionem euadetis, autore Bernar. cuius sic effluit oratio. Protinus Diabolus inuidens homini, quam conceperat in semetipso, in eo peperit iniquitatem, suadens,*

37. Impossibilia Diabolus promittit. Gene. 3. Bern.

*dens, ut lignum vetitum gustans, fieret
sicut Deus. Quid promittis, miser; cum
Filius Altissimi scientia clauem habeat:
imo ipse sit clavis David, qui claudit, &
nemo aperit: In eo sunt omnes thesauri sa-
pientia. Tu ne eos, ut homini prestes, ini-
què furaberis? Videtis, quæ iuxta Domi-
ni sententiam Ioa. 8. mendax iste, & pa-
ter mendacij.*

38. Imo, quamuis omnia Diabolus
possideret, nullatenus vllum bonum
hominib⁹ elargiretur, qui etiã, vt ad
se alliciat nec tentando vult profite-
ri, nos à Deo omnibus fuisse dona-
tos. Quid Deus? *Ex omni ligno para-*

*Gen. 3. difi comedere. Gen. 3. Quid Diabolus?
Præcepit Deus, ne comederetis de omni
ligno. Nos conatur bonis, queis dona-
ti sumus, spoliare, ad se bonorum ap-
parentia allicere. Vnde D. Chrysoft.
Diaboli versutiam non cogitamus, qui
per parua magnis spoliat; & lutum præ-
bet, ut aurum rapiat, imo magis auferat
cælum; & umbram præcendit, ut à ve-
ritate nos extrudat.*

39. Iudæ profectò non dedit, sed pro-
milsit pro maximo flagitio tantulam
mercedem, quam mox ab ipso abstu-
lit, quia non sua. *Retulit triginta argē-
teos. Mat. 27. Cuiñā retulit? Sacerdo-
tibus! Non accipiunt. Num fortè
Diabolo reddidit præcium? D. Leo
Anima lucri cupida etiam pro exiguo pe-
rire non metuit. Parum pro magno De-
mon promissit, nec promissis stetit,
quandoquidem post flagitium tan-
tum rursum illum prodicionis mer-
cede priuauit? Hunc igitur menda-
cem promissorem Diabolus Iudas
imitatus.*

*Cariorè nunc
obijcit
Diabo-
lus Iesū,
ne illum
emamus
Ad
Iud:

OBSERVATIO. IV.

Veteri in testamento triginti ar-

genteis, in Euangelio autem tri-
ginta Iesus venditur.

Typum extitisse Iosephum à fra-
tribus vendituro venditionis Ie-
su vidimus. Porro illi vendiderunt
Ioseph Ismaelitis viginti argenteis. Ad
emptionem autem Iesu constituerunt
Iudei Iudæ triginta argenteos. Vbi D.
Ambr. *Viginti argenteis in veteri te-
stamento venditur Iesus, (videlicet in
Ioseph typo) triginta in Euangelio.*
Cur si eadem venditio Iesu in vete-
ri et in nouo testamēto obijcitur, tã-
tum est in præcio discrimin? Profe-
ctò Diabolus & Iesum vēdidit olim,
excitando fratres Ioseph, & in præ-
fenti immittendo in cor Iudæ Iesum
præcio tradidit. Discrimen autem eo
tendit, quod olim curabat Diabolus
persuadere Iudæis Iesum admodum
vilem, vt eum omnino despicerent;
at nunc sibi proponens nouæ legis
incrementa, procurat exaggerare Ie-
su præcium, ne ab hominibus possit
comparari. Ideo qui olim minori
emebatur, iam maiori nunc vendi-
tur præcio.

Piè Guilelmus Paris. dolebat ali-
quando, quod homines Deum vel-
lent possidere, sed tunc cum vilibus
emeretur. *Vix inuenitur, qui non pro le-
uiori præcio, quam ei offeratur, velit Deū
habere; ac si Deus minus valeret omni-
eo, quod pro eo habendo exigitur Ego au-
tem iam doleo, quod Diabolus adeo
Christi præcium exaggerarit, vt vix
posse ab hominibus possideri videa-
tur: qui paruo stare vult, qui nihilo
amat comparari. D. Paulin. Ipse no-
bis hac pietate præciosior, quod se vili
vult æstimari, vt ab omnibus ematur.
Illud pende: Se vili vult æstimari.
Quam vili? Paruulis profectò mu-
nusculis,*

illi con-
stitue-
runt ei
triginta
argē-
teos.

40.

Ambr.
L. 3. de
Spi. Ian.

41.

Dolēdū
quod
Diabo-
lus præ-
cium Iesu
exagge-
ret.

Guiller.
Paris.
Trac. de
virtut.

Paulin.
Epist. 4.

nusculis, aquæ frigidæ potu, quæ nul-
lius estimationis habentur; imo gra-
tis Saluator possideri valet. Ideo Iu-
das (Deo disponente) triginta red-
dit argenteos, nec tamen venditum
recuperat Iesum, vt ostendatur iam
prætiolissimus sanguis gratis pro vi-
ta hominum effundendus.

frigidæ potus; ideo cucurri in siti; vt
potatus, paruo tradi valerem. At Dia-
bolus, eiusque Socij curarunt hoc
meum prætium repellere, non vt gra-
tis traderer; sed vt vile prætium in
magnum mutarent; vti magnæ addi-
tus ætimationi, à nemine compa-
rarer.

42. Damna-
tum se-
det Iu-
das, quia
Iesum præ-
tio tra-
dit.

Diabolus igitur in nostram perni-
ciam Iesu prætium cõtendit augeti.
Ideo misit in cor Iudæ, vt prætio tre-
centorû aureorum (ex aliquibus su-
prâ relatis) siue triginta argenti li-
brarum (vti Baron. affirmat) trade-
ret Iesum. Hinc difficilis locus expê-
ditur. *Tunc videns Iudas, qui eum tra-*

Mat. 26.
Orig.

didit, quod damnatus esset &c. Mat. 27.
Vbi Orige. *Quomodo vidit Iudas, quo-
niam condemnatus est? Non dum enim
à Pilato fuerat interrogatus.* Num quia
consideratione mentis rei exitum vi-
dit? Non ambigam. Sed egregiè pla-
nè Orige. respondet. *Alius dicit, quo-
niam quod scriptum est: Vidēs Iudas qui
tradidit eum, quia condemnatus est, ad
ipsum Iudam refertur. Tunc enim intel-
lexerit se condemnatum.* Quando? Cum
scilicet prætio tradidit Saluatorem.
Requiro, Num damnatus homo, do-
nec cœlesti tribunali post nouissimû
sistatur halitum. Quoniam igitur mo-
do Iudas se tunc damnatum compe-
rit? Quia Diabolus effectus est ex eo,
quod prætium Domini exaggerauit,
vndè factus tunc Diabolus in eadem
se quodammodo vel antè iudicium
comperit damnatione.

43. Repellit
Diabo-
lus præ-
tium mi-
nimû, vt
magnum
impo-
nat.
Psal. 61.
Cassio.

Ore Dauidico sic conqueritur Ie-
sus. *Veruntamen prætium meum cogita-
uerunt repellere, cucurri in siti.* Psal. 61.
Ad Demones, tyrannosque Ecclesiæ
persecutores Iesus (autore Cassio.)
dirigit sermonem. Ac si diceret, *Præ-
tium meû, quo haberi possum, aquæ*

Alibi Psaltes. *Dominus conseruet
eum, & viuificet eum, & non tradat eum
in manus inimicorum eius.* Psal. 40. Le-
git Aug. *Inimici eius. Videt enim (sub-
dit) inimicus iste se victum farina. & lau-
dibus Christi, & cepit non posse hoc per-
suadere hominibus, quod nihil sit Christus.
(En venditio Ioseph.) Et quia vitupe-
rando Christum, iam difficile decipit: au-
dando Christum, conatur decipere. Antè
quid dicebat? Quem colitis? Iudæum mor-
tuum, crucifixum, nullius momenti homi-
nem. Iam aduersus vituperatione Christi
cessauit & induit se laudibus Christi, &
cepit alio modo decurrere.* Haec tenus ille.

44.
Extolle
do Iesum,
nos deci-
pere cur-
rat.
Psal. 40.

OBSERVATIO. V.
Triginta argenteis venditur Ie-
sus, vt eius prætiosi gressus
ostendantur.

* Recti
gressus
iustorû
prætioli
quidem,
præmio
donatur
Ad
illud:

Triginta argenteorum commuta-
tione traditur Iesus, vt eius gres-
sus peregrinantis prætiosi esse osten-
dantur. Triginta enim peregrinatio-
nis annis triginta argenteos ab itro
respondere. Adnotauit id Paschas.
*Tot (inquit) argenteis emitur Iesus, quot
annis peregrinatus est in hoc mundo vs-
que ad baptismum.*

illi con-
fite-
runt ei
triginta
argen-
teos.

Quo vsque irruitis in hominem? Psal.
61. Hugo Card. *Id est, in me ipsum in-
ste uiuentem? Veruntamen (adiicit Ie-
sus) prætium meum cogitauerunt repelle-
re. Quodnam prætium? Cucurri in siti.*
Ac si diceret, *Omnes mei gressus*

45.
Pasci.
L. 12. in
Matt.
46.
Prætioli
gressus
Iesu ob
hominû
utilitate
curreris
Psal. 61.
Strab.

prætio-

pretiosi, si quidem in morem sitien-
tis cucurri, qui quidem non moris v-
titur, donec aquarum fonti adheres-
cat. Augusti. *Cucurri in siti. Cupiebam*
eos, id est, hostes meos, in corpus meum
traicere. Hinc mei gressus admodum
pretiosi; quia ad hominum utilita-
tem dirigebantur.

ni peregrinantis gressus valde pre-
tiosi.

Pretium hoc gressuum Iesu pe-
regrinantis, id est, huiusmodi trigin-
ta argentei impensum sunt emendo a-
gro in sepulturam peregrinorum.
Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum
in sepulturam peregrinorum. Matt. 27.
Quinam hi peregrini sepeliendi? Au-
gust. *Peregrinos istos esse dicimus Chri-*
stianos, qui renunciantes seculo, nihil pos-
sidentes in seculo, in Christi sanguine re-
quiescunt. Vt pretium illud, quod pre-
tiosis gressibus peregrinantis Iesu
munerandis impensum fuerat, mune-
randis similiter iustorum peregrina-
tium, in morem Iesu, pretiosis gres-
sibus æternum impendatur.

49.
Iustorum
gressus
pretiosi

Mat. 27.
August.

47.
Ambulans
Iesu pe-
des pre-
tiosi si-
miles au-
richal-
cho.

In medio septem candelabrorum
aureorum, siue Episcoporum hic il-
lu commemorantium, Iesus ambulans
describitur, vti illorum & correctio-
ni, & perfectioni studeat. *Pedes tunc*
Domini similes aurichalcho. Apoca. 1.
Quid aurichalchum? Pretiosorum
metallorum massam ipso auro aug-
stiosem Alcasar affirmat. Quare igitur
aurichalchum pretiosum non
aut capiti, quod quidem *sicut au-*
rum optimum: aut manibus, quæ
certè *tornatiles aureæ*; sed pedibus spe-
cialiter hæret? Quia Iesu vestigia,
queis peregrinationem instituens,
vlus est, admodum pretiosa.

Non equidem æquali proportio-
ne; quia Iesus currens semper (vti
adnotat August. ad illud Psal. *Cucur-*
ri in siti) offendit in nullo, nos autem
in multis offendimus, à via que exci-
dimus salutari; *Septies enim in die ca-*
dit iustus. Undè minus pretiosi gres-
sus minori sunt munerandi thesau-
ro. Quando Iesus baptizatus est, tri-
ginta numerabat annos, totidem Io-
seph habebat, cum post venditionem
fratrum in conspectu Pharaonis ste-
tit. Triginta anni Ioseph non trigin-
ta argenteis, vti aliqui contendunt
minus probabiliter; sed viginti solū
modo mysticè muneratur. At annis
triginta Saluatoris triginta respon-
dent argentei. Quia pretiosiores mi-
rum in modum Iesu Domini gressus
in nullo vnquam offendentes. Pascha.
pulchrè. *Vendatus est in seruum Io-*
seph non iuxta Septuaginta triginta ar-
genteis; sed sicut; Hebraica veritas se ha-
bet; viginti. Quia non poterat pretiosior
esse seruus Domino; qui tot argenteis emi-
tur; quot annis peregrinatus est usque ad
baptis-

50.
Omnium
pretiosif-
simi gres-
sus Iesu
August.
ad Pl. 65

Pascha.
citat.

48.
Reuer-
tes Iesus
à pere-
grinatio-
ne vult
gressus
suos ma-
gni ætti-
mari.

Rex noster talentis traditis, pere-
grinationem init; reuersus autem de
multiplicato thesauro exigit ratio-
nem. Porro illos à quibus excipitur,
nummorum exhibitis incrementis,
vocat ad requiem; eos autem flam-
mis addicit, qui non offerunt pecu-
niarum vsuram. *Accedens autem qui*
unum talentum acceperat, ait: Domine,
scio, quod homo durus es, mettis ubi non
seminasti. Cui Dominus, *Serue male,*
& piger. Matt. 25. Vbi Hieron. *Ser-*
uus malus appellatur, quia calumniã Do-
mino fecit. Affirmavit enim Dominum
mittere, vbi non seminavit. Non ne
Dominus Iesus ibat, & flebat, vitalia
hominibus gressuum semina spargens?
Ergo eundo seminavit, quod mettit.
Exigit itaque veniens peregrinatio-
nis sue pretium; quia vti que Domi-

Mat. 25.
Hiero.

baptismum. Licet Ioseph tot annorū fuis- uatoris gressus pretiosissimos aliquo
se legitur, quando stetit in conspectu Pha- pietatis gressu pretio redemisti?
raonis. An vnquam tot tui causa Sal- Proh hominum ingraturor?

SECTIO SECVNDA.

Oratio Iesu.

Ex cap. 26. Matth.

TEXTVS.

Verf. 39. Progressus pusillum, procidit in faciem suam, orans, & dicens, Pater mi, si possibile est, transeat à me calix esse; verum tamen non sicut ego volo; sed sicut tu.

COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES.

¶ Orantis Domini abstractio, habitus, locus.

§. 1.



D hortum vsque Magistrū Discipuli comitati sūt, cer- to quodam loco, ex iussu Domini, oculo cōsistunt,

Petrus, Iacobus, & Ioanes ad interio- ra hortus adducūtur. Et progressus pu-

fillum Lucas autem. Et ipse auulsus est ab eis, quantum iactus est lapis. Cap. 22.

Hinc oritur quæstio, Num Christus auulsus sit à tribus Discipulis, quan- tū iactus est lapidis, an ab octo? Cer- tum existimo, ex Lucae sententia, Ie- sum auulsū ab octo Discipulis, nō à tribus solummodò. Probo ex con- textu. Secuti sunt eum Discipuli, & cū peruenisset ad locum, dixit illis: Orate, ne intretis in tentationem. Et ipse auulsus est ab eis, quantum iactus est lapidis. Ab eis auulsus est, id est, à Discipulis, qui cū fuerant secuti Lucas enim Petri Ioā- nis & Iacobi assumptionem præter- misit. At verò cum noster Matthæus inquit, Et progressus pusillum, non in- telligendus de spatio, quo Iesus ab octo, sed quo à tribus Discipulis re- celsit ad orandum. Vnde non aptè asserunt non nulli spatium, quo Chri-

stus à tribus Discipulis discessit la- pidis iactum. Iesus igitur & ab octo Discipulis dimotus est, quantum iactus est lapidis, & à tribus adhuc pusillum progressus, ita tamen, vt in ipsorum o- raret conspectu, & non illorum præ- sentia nimium proxima silentiū, aut reuerentia orationis lædi videretur.

Pusillum, donec loco orationi de- putato hæreret. Hunc ex Ioāne Soa- rio Episcopo Conim. accipite. Est ibi in loco saxum magnum, habens tres in su- perficie concavitates longas, sed non pro- fundas. In vnaquaque sedit vnus ex tri- bus Apostolis. & ibi recubuerunt. Ingres- sus est Dominus antrum subtus terram, in viuo lapide excisum, ubi trinam fe- cit Patri orationem. In hoc antrum cum ingrederemur, omnes tremore quodam, & horrore lacrymis merito perfusi sumus. Hactenus ille. Nec magna fides huic sententiæ adhibenda. Existimo enim magis à pietate, & consideratione pe- regrinorum, quam à vera traditione certum locum & Iesu, & Apostolis orantibus esse constitutum.

Procidit in faciem suam. Lucas au- tem. Posuit genibus orabat. Ergo in fa- ciem minimè procidit, aut super ter-

2.
Locus
orantis
Iesu.

3.
Nū pro-
ciderit
in faciē
ram

ram sicuti Matthæus, & Marcus testatur. Maldon. noliter vult Iesum non omnino prostratum in terram, sed genua flexisse. Nec obstant Lucas, aut Marcus. Nam qui genua dat terræ, super terram procidit. Sed quid respondet Matthæo affirmanti in faciem suam Christum procidisse? Ut litem componam. Dixerim, Dominum orasse genibus flexis, ut ait Lucas, *Postis genibus orabat*: simul autem corpore super faciem prostrato decubuisse, quod affirmat Matthæus. *Procidit in faciem suam.*

¶ *Orantis Iesu verba.*

4. Verba expeditur orationis.

Caiet.

Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste. A voce plena dilectionis coepit, Pater mi. Marcus vsus est Syriaca voce *Abba*, que Patrem tenerimum significat. *Oratio hæc* (inquit Caiet.) *affectum naturalem hominis* (quo volumus mala pene contraria nobis) *cum adiuncto moderamine rationis superioris Deo presentat. Si possibile est. Potentiam respicit non absolutam, sed ordinariam. Conditio autem huiusmodi appositae propter inferiorem rationem. Non enim* (Cardin. ait) *ideo dicit conditionaliter, quia ipse Iesus ignoret, si possibile est, (ipse enim omnia novit.) Sed quia ratio inferior in ipso nescit ordinem à divina Sapientia definitum. Nescit autem, quia eius non est scire supremas rationes; sed considerare rationes inferiores: hoc est, illas, que secundum res creatas congruunt, aut dissonant. Si possibile est. Idem prorsus, ac si vis.*

5. Quid calicis nomine significatur? Theop.

Transeat à me calix iste. Calicem passionem appellat. Quare? Theoph. Quod dulcis, & desiderabilis Christus veluti potus. Siue quod passio in morem lætificatis vini, Iesum, & ho-

miaes lætificavit. Vel quia, instar vini, somnum Christo attulit mortis. *Ut ostendat* (inquit) *quod levis sit mors eius, & quod oporteat nos tam facile martyrium aggredi quam si bibendum esset poculum.* Mytica hæc. Arbitror calicem appellatam passionem, quia similis poculo pleno amaritudine. *Calix in manu Domini vini veri plenus mixto.*

Quidnam Christus hac oratione postulavit? Hieron. Beda, Pascha. putant postulasse Iesum, ne calix passionis à Iudæis propinaretur ob tam immane facinus damandis. Unde significanter (ait Hiero.) dicit: *Calix iste, id est, populi Iudæorum.* Haymo sic. *Si fieri potest, ut gentilitas liberetur, sine Iudæorum perditione, transeat à me calix passionis.* Id est, ab illis minime occidatur; ne ob immane delictum disperdantur. Ambros. Basil. & Orig. contestantur.

6. Quidnam perijt Iesu huiusmodi oratione?

D. Hilar. Christum opinatur orasse se pro martyribus. *Pro his* (inquit) *rogat, qui passuri post se erant, dicens: Transeat à me calix, id est, quo modo à me bibitur, ita ab eis bibatur, sine spei diffidentia, sine sensu doloris, sine metu mortis. Non rogat, ut non patiat; sed ut bibendi calicis in eos ex se transeat fortitudo.* August. sentit Christum hic personam imbecillum suscepisse.

7. Hilar.

Respondeo quæstioni Christum pro se Patrem orasse, ut acerbissimam mortem auerteret, si possibile esset, si Paternæ hoc consonum volûtati; si quidem iam ad hominum liberationem severo iure Deo meritis precedentibus satisfecerat. Non equidem fuit huiusmodi oratio appetitus sensitivi Iesu; hic enim appetitus orare non potest: (vti D. Thomas) impotens sensibilia transcendere, ad Deum

8. Autoris sctetia.

D. Tho. 3. p. q. 28 a. 2.

Deum

Deum que conscendere. Dicit autem potest oratio hæc appetitus sensitivi Iesu, quia ratio Patri proponebat, quod in appetitu aderat sensitivo. Unde Thomas, *Christus (inquit) oravit secundum sensualitatem, (sive appetitum sensitivum) in quantum scilicet ratio eius exprimebat sensualitatis affectum, tanquam sensualitatis advocata.*

¶ *Quamnam Iesus hic abneget voluntatem.*

9. **V**erum tamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Hinc contra Hereticos habes duas in Christo voluntates; alteram humanam: *Non sicut ego volo;* alteram divinam communem tibi & Patri: *Sed sicut tu vis.* Præterea in accuratorem loci expositionem duplicem adstruo in Christo etiam secundum humanam naturam voluntatem, (ut docet Angelicus Doctor) & appetitus sensitivi, & rationalis. Rursum voluntas rationalis vel consideratur per modum naturæ, vel per modum rationis. Voluntas rationalis, uti natura naturaliter fugit ea, que naturæ sunt contraria; ut mortem cruciatu, & similia. Voluntas rationalis per modum rationis, illa etiam completitur, quæ naturæ aduersantur, crucem, tormenta, opprobria.

10. Querimus itaque de qua nam voluntate illa verba: *Non sicut ego volo,* intelligenda sint? Respondeo, de voluntate appetitus sensitivi, & de voluntate rationali considerata per modum naturæ. Voluntas quippè appetitus sensitivi (participatiuè equidè dicitur voluntas) cruciatu, ac mortem uehementer horrebat; uoluntas item rationalis considerata per modum naturæ, naturaliter eadem impendentia mala refugiebat. At eadè

voluntas per modum rationis spectata, mortem, tormenta que omnia libentissimè amplectebatur. Sic igitur sententiã Dominicã interpretor.

Non sicut ego volo, sed sicut tu. Non fiat, sicut ego volo voluntate appetitus sensitivi, & voluntate rationali per modum naturæ considerata; sed fiat, quod tu vis Pater sanctissimè; fiat voluntas tua Diuina, que eadem est mea, & cui voluntas humana, per modum rationis spectata libentissimè adheret, voluntas autem appetitus sensitivi, & voluntas rationalis considerata per modum naturæ humiliter subiecta est. † Porro huiusmodi voluntas appetitus sensitivi, & rationalis per modum naturæ magis est dicenda uelleitas (loquor cum D. Tho.) quam absoluta uoluntas. Voluntas enim simpliciter hominis est rationalis uoluntas; hoc namque absolute uolumus, quod secundum de liberatam rationem uolumus. Illud autem, quod uolumus secundum motum appetitus sensitivi, seu uoluntatis rationis, quæ consideratur, ut natura, non simpliciter uolumus, sed secundum quid, scilicet si aliud non obstat, quod per deliberationem rationis inuenitur. Unde talis uoluntas uelleitas potius, quam uoluntas absoluta dicenda est. Sciebat Iesus absoluta quidem potentia possibile, quod postulabat, sed ex hypothesi uaticioru, & decreti Dei esse impossibile. Igitur impossibilia petit; quia non uoluntate absoluta, sed uelleitate petit. Vnico uerbo Caieta. *Non uoluntate petit id absoluta; sed uelleitate naturalis affectus.*

(.)

Deo
si omni-
la volu-
ntas
fuerit
ad

Ad
illud:
Non si
aut ego
volo,
sed si
aut tu.

12.
Chryso-
stomus
in Matt.

Orige-
ne

13.
Abnega-
tionis v-
tilitas.
Mat. 16.

14.
Mat. 16.

1. Cor. 6

Grego.

Docet Iesus voluntatem homi-
nis, etiam retrahente appetitu,
Deo subijciendam.

A Tramen huiusmodi voluntatem
Deo, etiam retrahente appetitu,
subijciendam, edocet Iesus. D. Chry-
sost. *Sublimen (ait) admirabilis philoso-
phia virtutem tradidit Dominus, cum
exemplo nos doceat, etiam natura horrore
perculsa, ac renitente, esse Deum sequen-
dum.* Vberius Orig.

Spectant huc verba Salvatoris. Si
quis vult post me venire, abneget se me-
ipsum, & tollat crucem suam. **MAT. 16.**
Si vult Iesum quis sequi, quare volu-
tatem abnegare precipitur? Vult qui-
dem homo voluntate rationis, non
vult voluntate appetitus, quam equi-
dem oportet abnegari, Deoque sub-
di animi utilia suadenti. Euthy. *Licet
retrahente natura, sequi oportet Dei vo-
luntatem, illam que sensibili voluntati
proprie preponere tanquam maxime uti-
lem.* Est enim *sublimis philosophia.*

14. Vis ostendam, quam utiliter Dei
voluntatem propriæ præponis? Tol-
lat (inquit Iesus) *crucem suam.* **MAT. 16.**
Cur non dixit: *Crucem meam?* Quid
magis proprium Iesu, quàm crux? Pro-
fectò appositè propriam voluntatè
diuinæ submittentibus dicitur: *Tol-
lat crucem suam;* quia homo huiusce-
modi resignatione vnus eù Iesu spi-
ritus adeò efficitur, vt indubus vna
esse voluntas videatur. Paulus. *Qui
adhæret Deo, vnus spiritus est.* **1. Cor. 6.**
6. Quis nam Deo adhæret, nisi qui
propriam voluntatem diuinæ submit-
tit? D. Gregor. *Vnus spiritus cum eo
fit, quia in vnâ gratiam diuinâ cogni-
tionis assuntur, vt per errorem munda-
ni spiritus (siue appetitus sensitui)
diffensare contra non potest.*

Quam pauci dominicæ resignatio-
nis imitatores! Quam multi sic: *Non
sicut tu, sed sicut ego!* Pauci D. Paulum
secuntur in clamantem: *Domine quid
me vis facere?* Act. 9. Multi à Domino
volunt audire cum Cæco. *Quid tibi
vis faciam?* Mat. 10. Id quod ponde-
rans D. Bernard. inquit. *Quam pauci
inueniuntur in hac perfectæ obedientiæ for-
ma, qui suam ita abiecerint voluntatem,
vt ne ipsum qui tem cor proprium habeant;
vt non quid ipsi, sed quid Dominus ve-
lit, omni hora requirant, dicentes sine in-
termissione: Domine, quid me vis face-
re? Hæc plures habemus Evangelici illius
cæci, quam Pauli imitatores; Quid vis
(ait Dominus ad cæcum) vt faciam tibi.
Proinde (vt docet D. Augusti.) corri-
genda est voluntas tua ad voluntatem
Dei; non voluntas Dei curuanda ad te,
Directum habebis cor.*

15.
Pauco-
rum est
volunta-
tis abne-
gatio.
Acto. 9.
Mat. 10.

Bernar.
ser. 1. de
co. Pau.

August.
Plat. 55.

OBSERVATIO I.
MORALIS PANEGYRICA
CIRCA LITTERAM.
Iesu Oratio illustratur.

* Oratio
nis effi-
cacia in
situen-
de con-
ditio-
nes.

D. Gregor. Nyss. *Orandi (inquit)
nobis doctrinate diuinus sermo tra-
dit, per quam se dignis discipulis orandi
scientiam studiosè, ac serio requirentibus,
quo modo diuinum auditum conciliare per
verba orationis conueniat, exponit. Et sub-
dit. Ego verò sumpta auaritia ex quam
quiddam adijciam ijs, que scripta sunt,
quod nimirum non quomodo orare oport-
teat, presens conuentus docendus sit, sed
quod omnino oporteat orare. Hæc Pater.
Ego verò sumpta iaudacia, magnum
quiddam adijciam, si que hic scripta
sunt interpretando, non quod omnino
oporteat orare; (de quo alibi) sed quo
modo orare oporteat, ostendero.*

16.
Nyssen.
ora. 1.
de orat.

Caput primum.

¶ Oratio Iesu ab externis abstracta curis.

*Orans à caris exte- ris ab- straha- tur.

Ad illud: Et pro- gressus pusillu.

17. 18. Iacob exéplo proba- tur.

Gen 31.

Osse. 12.

Proco.

19. Et Abra- ham. Gen. 12.

Philo L. quod deter. potio. infid.

20. Et Mos.

A Discipulis octo auulsus est, à tribus autem puillum progreditur, quasi omnino curam gubernationis, externæque deponens æconomie.

18. Hinc adest Iacob dimissis vxorû, filiorum, seruiorum, ac rei familiaris curis, ad vteriore fluminis ripam progrediens. Tota nocte cum Angelo Dei gerente personam dimicant.

Gen. 31. Genes. 31. Quod quidem certamen non solum virium corporis, sed & orationis fuisse Osseas manifestat. *Et inualuit ad Angelum, & confortatus est, fleuit, & rogauit eum.* Cap. 12. Clamat igitur ad Iacob Angelus. *Dimitte me, aurora est.* Ac si diceret, (autore Proco. *Tempus est, ut ab inuisibilibus ad visibilia descendas.* Tempus iam terminum imponendi orationis certamini, quia instat hora, qua necessum tibi tantæ familiæ gubernatori, ad secularem, seu temporariam curam rursum properare. Oratio enim omnino ab huiusmodi curis esse debet abstracta.

19. Dominus ad Abrami. *Egredere de terpa tua & c.* Gen. 12. Quare Abraz à terra, domo que egrediendum? Ad colloquium à Deo familiare inuitatur. *Apparuit autem Dominus Abram, & dixit.* Iustâ erat, ut a secularibus curis exiret, qui ad orationis exercitamentâ vocabatur. Vnde Philo Heb. *Postquam Abraham (inquit) totam diuum egressus est, ait Lex visum ei Deum, dicens, quod manifestè apparet extricato rebus mortalibus, & recurrenti ad incorpoream huius corporis animam.*

20. Quid Moyses populi dux Hebrai

ci? Promittit Pharaoni, *Cum egressus fuero de vrbe, extendam palmas meas ad Dominum.* Exo. 9. Cur in aula Regia non extendis? Quia aulae tumultus vires hebetat deprecationis. Cur autem ex vrbe moliris egressum? Quia auellendus à subditis, eorumque negotijs tunc Rector, cum orationem debet instituire. Paraphrasis Philonis appositâ. *Tunc explicabo meas actiones Deo.* Quasi manus implicentur temporarijs gubernationis curis & difficilius in vrbe ad Dominum queat extendi.

Exo.

Philo citat.

Quid dico Rectorem à subditorum curis amouendum, ut preces effundat? Porro ipse mearum rector curarum, à me me ipso abstrahendus sum, ut orare valeam. *Sustinete hic ô curæ temporariæ meæ, donec illuc vado, ut preces effundâ.* Locuturus Deus cum Abraham. *Eduxit eum foras, & ait illi.* Gen. 15. *Foras*, id est, à sui met corporis curis abstraxit, & quasi eum fecit humanitatis obliuisci. *Deus celi, & terra, qui tulit me de terra natiuitatis meæ.* Gen. 24. Id est, ut me ad orationis exercitamenta vocaret, fecit me humanæ natiuitatis obliuisci, ac si hominè omnino exuissem. *Egregiè Philo, Oportebat, ut qui mentens ad orationem erecturus erat, haberet eam liberam ab omnibus corporis necessitatibus, instrumentis sensitiuis, denique à se ipsa.*

21.

Te dimitte, ve orationi in cubas.

Gen. 15.

Philo L. 2. Al itg.

*Orans capter solitudinem.

Ad illud:

Et progressus.

229

Caput secundum.

¶ Oratio solitaria Iesu.

AD specum se se recepit Iesus (vtrius ex Ioanne Soario vidimus) ut solitudinem vberius captaret. Qui à Ierosolyma egressus venit in Gethsemani hortum, ibi adhuc progressus

lus

23. sus adijt speluncam.

Oratio
apre in
solitudi
ne.
Gen. 14.
Hier.
Epif. 4^t
ad Ruf.

Oratio mehsis? Isaac igitur non in
domo inclusus; sed, notante Philo-
ne, *Meditaturus, egrediebatur.* Manna
luauissimum? *Egrediatur populus, &
colligat.* Exo. 16. Vitalis fructus? Cū
Iesu ad hortū proficiscere. Hier. laudat
suū monachū Bonosū, qui in de-
sertā in sulam penetrarat; & in aspe-
ras cautes, iastat Iesu, se abdiderat.
*Quasi quidam nouus paradisi colonus in-
cedit, nullus ibi agricolarum, nullus mora-
chus adheret lateri comes. Solus ibi.*

24. *Dixit autem Dominus ad Samuelem:*
Audi vocem eorum, & constitue super
eos Regem. Et ait Samuel illicō ad Is-
rael, *Vadat unusquisque in ciuitatem*
suam. 1. Reg. 8. Cum primum Samuel
se se videt ā Domino spirituali visu
donatum, se curat āb hominum so-
cietate expedire. Vndē D. Gregor.
Dum Propheta Domini omnem populum
abire ad propria loca precipit, ā se utiq;
tumultum repellit, ut eo spiritualia, qua
disponenda sunt, clarius videat.

25. Eodem (autore me) intentu olim
Moyles, *Tolens Tabernaculum, tetendit*
extrā castra procul. Exo. 33. Procul e-
quidē progreditur, vt captata so-
litudine cor solitarium Deo soli fa-
cilis adhærescat.

* Ante-
lucana
cōmēda-
tur ora-
tio.

Caput tertium.

¶ Oratio nocturna Iesu.

Ad
illud:
Pro-
gressus.

26. **I**N noctis medijs tenebris constitu-
tus Iesus orationi operam impen-
dit. *Pernoctabat* (inquit Lucas) *in ora-
tione Dei.* Cap. 6. Dei orationem eam
orationem appellat, quæ inter tene-
bras effunditur; quia tunc mens ho-
minis magis remota curis, Deo inhe-
rescit.

27. D. Cyril. hoc eleganter illustrat ar-
gumentum, fatus, *Exurge igitur tu tem-*

pore noctis. Purior est enim tunc temporis
anima; ipsa tenebra, silentium nimium pos-
sunt ad compunctionem perducere. Si ip-
sam quoque calum inspicias punctatum
stellis quasi infinitis luminibus. Hac om-
nia sufficiunt ad animam erigendam. En-
ter tenebras cælestis lux.

Qui per dies quæritans, non inue-
nit, quæ diligit anima, per noctes re-
quirens noscit *vbi pascat, vbi cubet in*
meridio. Cant. 1. David, *Si deaero som-*
nū oculis meis, & palpebris meis dormita-
tionē, donec inueniam locū Dñi, tabernacu-
lū Dei Iacob. Psal. 131. Quasi ad requi-
rendū Dei tabernaculū id tēpus eli-
geret, quo humana corpora somno
relaxantur.

Profectō inter tenebras nunquam
nō ad Deū inueniendū patet aditus.
Præueni (ait Psalmista) *in maturitate, &*
clamaui. Psal. 118. Alia littera. *Præueni*
adhuc in tenebris. Ac si diceret, etiam
quando præueniebā, in maturitate, si
ue tēpore opportuno clamabā. Quia
nullū tēpus adeo opportunū diuino
cōspectui, quam cum inter tenebras
preces effunduntur.

An non solis vincit fulgorē iubar
illud, quo peccati dignoscens fedita-
tē, ad confessionē velociter affurgis?
Quis dubitet? Profectō nocturnis tē-
ad id precibus præparari David ostē-
dit. *Media nocte surgebā ad consistendum*
tibi. Psal. 118. Vbi D. Ambr. *Et tu surge*
media nocte, vt dñi oras nocte, veri Solis
pectori tuo splendor irradiet. Vti scilicet
excitetur animus ad cōfessionem.

Nocturna vigilia intellectū mirū in-
modū acuit, vt orationis gladio astu-
tissimus serpens vulneretur. Beatus
ā Dauide ille vir appellatur, *qui in le-*
ge Dñi meditatatur die, ac nocte. Psalm. 1.
Vbi D. Hiero. discernens verba illa:
Die ac nocte; nocturnæ sic orationis

Mens in
noctur-
nis pre-
cibus
perspi-
cator.
Cyril. a-
pud D.
Thom.
Luc. 6.

28. Deū in
meridie
inuenit
denotē
fundens
preces.
Cant. 1.
Psal. 131

29. Noctis
oppor-
tunitas.
Psal. 118.

30. Noctē
surgit
David,
vt con-
fiteatur.
Psal. 118
Ambr.
ser. 19.

31. Noctur-
na vigi-
lia intel-
lectum
acuit.
Psal. 1
Hieron.

vigilia perpendit præstantiam. *Vigilando omnis timor excluditur, et tunc tabescunt, charitas roboratur, recedit stultitia, accedit prudentia, mens acuitur, error obtunditur, criminum caput Diabolus gladio spiritus vulneratur.*

32. Dulcis nocturnade precatio. Quid quod dulcissimus Deus de nocte surgētibus ad orationem? *Memor (adhuc Psaltes) fui nocte nominis tui, Domine.* Psal. 118. Ad quæ Amb. carmen de dulcissimo Iesu nomine expendit. *Hoc nomen Iesu innocetur noctibus.* Dum per diem ad te, o Domine, preces effundo, te ad memoriam reuoco *dulcem, sed rectum.* At dū per noctes oro, *memor ero nominis tui Iesu,* quod quidem omnino suæ. Vnde diffusæ dulcedine.

33. Quasi bis spiritualis per noctem orans. Ipsa denique oratio nocturna duplici spiritu condecoratur, viros bis (vbi explicem) spirituales reddens. Discessurus Elias Elisæo duplicem spiritum postulāti, ait, *Si videris me, quando tollar a te, erit tibi quod petisti.* 4. Reg. 2. Quod ita exponit Chryso. Si vigilaueris, si pernoctaueris in oratione duplici spiritu condecoraberis. *Non enim datur gratia nisi vigilantibus.* Spiritualis, æquidem vir per diem orans. At antelucanus orationis exercitio vacans, bis quodammodo spiritualis est.

*Efficax admodum oratio gratiam conuenientiam. Ad illud: Puffillam.

Caput quartum.

Oratio Iesu in communitate.

34. **Q**uantum iactus, est lapidis Iesus à Discipulis octo recessit; at *puffillum* progreditur à tribus sicuti in communitate fundentes preces mentis elevatione assolent *puffillum* inuicem separari. Vnde Christus, *Vigilate mecum. Non potuistis una hora vigilare mecum?* Efficacissima huiusmodi

deprecatio.

Sic Rex admonuit Niniuitas, *Clament ad Dominum in fortitudine.* Ion. 3. Fortis oratio multitudinis, quia, vno deprecante, non difficile Deus abnegat quando que quæsitā. At in multorum deprecantium conspectu quodammodo multitudinem reuertetur, nec audeat denegare. Exponit sic D. Chryso. *Deus frequenter reuertitur multitudinem vnam, et consentientem in precando; ut veluti pudore victus, non audeat eis negare.*

Quid orante pro se Petro potentius? quid Ecclesiæ fundamine stabilius? *Petrus tenebatur in vinculis, oratio autem fiebat sine intermissione ad Deum pro eo.* Solus orat, & carcere retinetur. Orat communitas, & à periculo liberatur. *Vis (inquit Chry.) discere, quanta sit orationis in Ecclesia facta potentia? Vincētus erat Petrus multisque cæcenis circumdatus, oratio autem fiebat pro eo. Et statim eum à carcere liberant. Quid hac igitur sic oratione potentius, quæ columnam, et Ecclesiæ turrim adiunxit?*

Quid aliud in Iacobo luctante cum Angelo ostenditur? *Dirigite (inquit Deus) me, tam ascendis aurora.* Gen. 31. Quid si ad illam auroram respiciat, quando communitatis fidelis oratio instituitur? Quasi diceret, ne, aduentante luce, hærentibusque domesticis tuis, pro tua victoria preces effundant, vnde aut (non sine rubore) abnegare cogar; (vbi aiebat Chrysolto) aut pluribus oratoribus aduersus hominum salutem petita concedam.

Attamen vti efficaciores communitatis preces ascendant, singuli socij attentioni, ac feruori operam adijciat. Daturus Dominus in deserto Manna, *Egrediatur (inquit) populus,*

35. Communis Niniuitarum oratio efficax. Ion. 3.

Chryso. hom. 2. in 2. ad Cor.

36. Fidelium oratio adiunxit Ecclesiæ patrem. Mat. 11.

Chryso. ho. 79. ad Pop.

37. Harum potentia precum. Gen. 31.

38. Singuli socij attentioni ac feruori ita deant.

Exo. 16. *Colligat unus quisque.* Quare singulis indicitur colligendi lex, quando tota Israelis communitas ad colligendum egreditur? Quia ut communitas celestis Manne dulcedine potiat, oportet, ut singuli sigillatim colligere intendant.

39. Quod si te attentè exorante, socij dormitatione corripiantur, tuus nõ ideo dormitet affectus: sed ad singulare certamen, te a dormientibus nõ corpore, sed attentione abstrahens, accurre. Olim Goliath uniuerso Israelis populo infestus. Cui quidem Saul, David reliquique fortissimi duces haud timorem incuriebãt. Quid tunc David a longe, hærens utique suis, ne ob desides tota communitas fraudetur victoria, lapide potenti gigantem vulnerauit, strauit, deleuit.

1. Re. 17. 1. Reg. 17.

40. Non aliter Iesus verus David licet sociorum aduertat dormitationem, quando omnibus erat vigilandum in communitatis gloriam pusillum progressus rursus dormitantibus immiscetur, ac totius communitatis nomine certamen singulare instituit; ut lapidis iactu, siue orationis vi Goliath Diabolum interimeret. Hinc emphaticè Lucas. *Tanquã iactus est lapidis.* Luc. 22. Illud enim a Socijs dormientibus recedere, siue cum dormientibus non obdormire, iactus lapidis erat, quo Diabolũ vulnerauit. Drogo Host. *Auulsus est a nobis, & iactus est lapis, & percussit Goliath in fronte.*

Drogo Lib. de sacra. Palsio.

*Orans cordis cubiculo recludendus. Ad illud: Progres

Caput quintum.

¶ Oratio Iesu clasa.

Progressus pusillum. Vti se se ad antrum (es Ioan. Mariz sententia)

reciperet, & quasi clauso ostio, diuinitis precibus operam daret. Id quod primo aspectu oblate videtur orationi gregatim peractæ, cuius præmissimus commendationem. Non equidem repugnat.

Magistrum audiamus. *Tu autè, cum oraueris, intra in cubiculum tuũ.* Mart. 6. Ad materiam ne mittimur cubiles Ita plauis; sed specialiter cordis aditum allicimur. D. Hier. *Hoc simpliciter intellectũ erudit auditorẽ, ut vanam orandi gloriam fugiat. Sed mihi videtur hoc magis esse præceptum, ut inclusa pectoris cogitatione, oremus Dominum. Quod etiam Annam fecisse legimus.*

Profectõ Anna non ad materiarũ cubiculũ recepta, sed corã omnibus templo proidentibus orationẽ instituit. At cordis clauso cubiculo munitur. Adde Pueros illos fornacis claustris inclusos; sed plus cõsciẽtiæ aditis cõstitutos gregatim tamen preces effudisse. Et Annæ & Iuuenũ memor Chrom. ait, *Inuenimus Annã illam sanctissimã huius Euangelicæ doctrinæ: Intra in cubiculũ tuũ, præcepta complentur. Nã in cordis sui secreto (licet in aliorũ conspectu) desiderij preces effundebat, sic & Daniel cum tribus Pueris &c.*

An non Ecclesia locus omnium fidelium deprecationi deputatus? Quis ambigat? In Ecclesia igitur cubiculũ illud (de quo Dñs) extruendũ existimo. *Intra in cubiculũ tuũ, & claudes ostiũ.* Mat. 6. Quonãmodo in templo cõmuni hominũ fidelium receptaculo est cubiculũ extruendũ, claudendum ostiũ: Dũ scilicet in templo, conspectuq; omnium cõstitutus ad cordis aditum me recipio. Ita exponit. D. Bernar. *Veniens ad Ecclesiã, pone manũ super ostiũ, & dic: Expectate hic cogitationes malas, inuersiones, & affectus cordis, & appetitus carnis.*

Sus pusillum.
41.
42. Ad cubile cordis oraturus accede. Mart. 6. Hiero.
43. Inibi Anna & pueri Hebræi orauere. 1. Reg. 1. Dan. 4.
Chrom. ad c. 5. Mar.
44. Fuit tam multum
Mart. 6.

45. *nis. Tu autem anima, intra in gaudium Domini tui. Haud equidem templi foribus, manum admouendam Pater affirmat; sed cordis ostium, exclusis inde e cubili prauis cogitationibus, obserandum.*

45. *Quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Psal. 4. Cubiculus enim religiosi meditatio nis tempore cordis est claustrum. Ap prime Chromat. Intra cordis secretum iubemur orare, ut ab eo, qui occultorū est cognitor, recipiamus orationis occulta mercedem. Non enim oratio, religiosi speciatim, occulta, quando nos recipimus ad materiaiium cubile; sed cū cordis clausula continemur. Religiosus enim mentis est, Deum fide cordis orare. Vnde Damia: Dicite in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini.*

*Ex corporis molestia, seu pœnali exercitatio mēto est facior oratio.

Caput sextum.

¶ *In habitu pœnali Oratio Iesu.*

46. *Flexis Iesum genibus orasse, simulque super faciem procidisse illud: ostendimus. Ut fatigatio corporis illud: ostendimus. Ut fatigatio corporis illud: ostendimus. Ut fatigatio corporis illud: ostendimus.*

47. *Proci la alas indat orationi. Tertul. sic, Contra scripturam fecerit, si quis in cathedra aut subsellio sedens. Siquidem irreuerens est a sede e sub*

46. *conspēctū, contraque conspēctum eius, quē*
47. *maximē reuerentis, ac venereris: quanto magis sub conspēctū Dei vni, Angelo ad huc orationis adstante. Factum istud irreligiosissimum est, nisi exprobramus Deo, quod oratio nos fatigauerit. Ac si diceret. Qui in conspēctū Domini sedet in corporis leuamen, Deo exprobrat, quod se oratio de fatigarit.*

48. *Respicit Tertulian. hisce verbis: Oratio Angelo ad huc orationis adstante, Isaiæ*

Seraphinos. Vidi (inquit Propheta) Dominum sedentem super solium excelsum. Seraphim stabant super illud, sex ala vni, & sex ala alteri, duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant. Cap. 6. Stabant Angeli, non sedebant. An non statio inter labores inter molestias corporis computatur? Angeli igitur orationis habitum præferunt laboriosum, dum stant; simulque orationis agilitatem annunciat, dum stantes volant. Et duabus volabant.

49. *Vidisti Iacobum luctantem & orantem. Illa enim lucta orationem prætendebat, vti ex Ossea comprobauimus. Quid certaminis labori vulnerato que scemori cum oratione? Profecto certamen illud laboriosum, scemoris que vulneratio pœnalem procubitum in oratione signat. Benedictionibus itaque repletur Iacob, quia laborem corporis cum effusis precibus copulauit.*

50. *Sunt qui in oratione manus extendant non sine corporis vexatione. Tūc vel renuēte corpore animus orationis alis ascendit. Quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris. Cant. 6. Myrrham mortificationis, seu corporalis molestiæ thuri orationis pulchrè associavit Sponsus. Tunc enim animus ascendit, cum corpus pœnali habitu extenuatur. Sic transfert Rupert. illud: Sicut virgula, id est, extenuata. Appositè Clemens Alex. Manus orantes, in cælum extendimus; una cum verbo corpus a terra educere conantes; erectam, & eleuatam animam cogimus in sancta progredi, magno animo corporis vinculum despicientes.*

Huiusmodi pœnali habitu, id est,

pœna - liter orā - tis pen - nas ha - bet.

49. Exorat.

Gen. 31.

50. Vincit.

Cant. 6.

Rupert. Clemēs Alexan. 7. stro.

51. est,

Sic Moyse, manu extensione Moyse orabat, vti plus efficax deprecatio redderetur. Cum que leuaret Moyses manus, vincebat Israel; sin autem paululum remississet, superabat Amalech. Manus autem Moysi erant graues. Aaron autem & Hur sustentabant manus Moysi ex utraque parte. Exo. 17. Num ex illa grauitate ac molestia manuum ac corporis victoria orationis exurgebat? Pulchre Isaias Abbas. Moyses in montis vertice constitit, & manus eius ab Aaron & Hur sustentabantur; ne ex crucis specie, in qua erant constituta, deciderent. Non modo vt ex crucis signo, sed vt ex corporis cruciatu orationis efficacia ostenderetur.

*Reuerentia de cet orantes.
Ad illud:
Orans, & di- cens.
52. Pascha. Mat. 20.
53. Irreuerenter orans. Phari- seus re- pellitur
Luc. 18.
Caesar. Dial. 4.

Caput septimum.

Oratio Iesu humilis, obseruans.

Pro particula, orans Pascha: legit. Adorans. Mater sic filiorum Zebedæi ad Iesum deprecatura accedens, adorat, & petit. Adorans, (inquit Matthe,) & petens aliquid ab eo. Cap. 20. Nec enim impetrare vult, qui non veretur irreuerenter postulare. Pharisæus ille stans, hæc orabat, Deo gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri homines, raptores, iniusti, adulteri. At Publicanus à longè stans, nolebat nec oculos ad cælum leuare; sed percutiebat pectus suam, dicens, Domine, propitiuss esto mihi deccatori. Luc. 18. Et quod magis mirere, parabolam Iesus in hunc modum terminauit. Descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. Cur Pharisæi repellitur oratio, Publicani autem deprecatio exauditur? D. Caesarius. Exemplum istius Pharisæi considerandum est, & timendum. Ne

pro eo, quod stans oraret, ideo non mereretur exaudiri. Enim vero non solus Pharisæus stans orabat, sed & Publicanus stabat à longè. A longè stans. Non igitur ex eo precisè, quod Pharisæus staret coram Domino taxabilis. Expono Partis mentem. Verè ille simplex apparet, qui obseruans, & reuerens obijcitur, licet stare corpore videatur; ille autem verè stat spiritu, qui ab obseruantia, & reuerentia longè abest, licet corpore procumbat. Stat Pharisæus, stat Publicanus, Pharisæus quidem irreuerenter, in obseruante, oculos enim huc illuc iactabat immodeste. Non sum (inquit) sicut ceteri homines, &c. Velut etiam hic Publicanus. At si Publicanus à longè stabat, iudicamentum præberet Pharisæum circa altare constitutum, oculos Publicano à tergo consistenti, terga autem altari dedisse. Porro Publicanus nolebat nec oculos ad cælum leuare, sed pectus percutiebat, stans quidem corpore, animo consternatus. Pro eo igitur, quod stans, siue in obseruante oraret, non meruit exaudiri animo non consternatus. Queis animo

Statio itaque corporis, si mōs procidat, non indecens orationi habitus, sicut in stantibus coram Dei throno Seraphinis apertè monstratur. Seraphim stabant. Dū tamen mentis alas humiliter demitterēt. Haud enim superioribus alis volantes obijciuntur. Isaias. 6. Sapiens appositè, Custodi pedem tuum ingrediens domū Dei. Ecclesia

Taxantur irreuerentes orantes. Caes. Arel. hon. 31.
54. Procidat mēs corpore stante.
Isaias 6.
Eccl. 4.
ites 4.

ites 4. literalem existimo sensum esse, Genua flecte, pes que tuus, quasi suo iam muneri non tum temporis aptus, custodiatur, siue colligatur. Profecto non tam de materiario pede custodiendo, quam de mentis genu flexione ob humilitatem, & reuerentiam in oratione exhibendam in presenti interpretandus locus ex Salonio fante. *Non pedem corporis custodiendum docet, sed pedem animæ. Et est sensus. Custodi pedem animæ tuæ, et oratio tua pura dirigatur ad Deum.* Reuerentia enim plurimū adfert orationi puritatis.

Salon.
1. tom.
Bib.

55.
Adoratio orationem præcedat.
Phil. 4.

Paulus ad hæc. *Obsecro igitur fieri obsecrationes, orationes.* Phil. 4. Num obsecratio & oratio idē? Minime. Quid igitur obsecratio? Obsecrationis nomine ex vocis Græcæ vi habitum describit orantis, ac si deprecatio & oratio idem sint, quod adoratio & petitio, *Adorans, & petens. Domine (clamat David) exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam.* Psal. 140. Vbi Agel. *Oratio proprie esse videtur, qua ad venerationem diuinæ maiestatis defertur. Obsecratio proprie cum humiliter id quo indigemus cum quadam miseratione petimus.*

Psal. 140
Agel.

* Oratio eorum de preferenda.
Ad

Illud:
Orans, & dicens.

56.
Hugo.

Caput octauum.

¶ Attenta Oratio Iesu.

Non superflua huiuscemodi repetitio *Orans, & dicens.* Sunt enim qui dicunt, & non orant. Ore namque verba proferente, cor longe remouetur. Vnde Hugo Card. appositè hunc locum expendens, *Orans, (inquit) & dicens. Orans festinet corde, & dicens ore.*

57.
Cordis obsecratio.

In cuius probationem proximo Pauli vtemur testimonio. *Obsecro igitur primum fieri obsecrationes, orationes.*

Phil. 4. Vbi Theoph. has voces idem significantes ab Apostolo retorica congerie apponi existimat. Aptius ex D. Tho. Oratio mente, & animo, siue corde offertur; Obsecratio autē labijs exprimitur. Petit itaq; Paulus fieri *obsecrationes orationes.* Id est, ore prolatas petitiones, quæ orationis sunt, quæ que non minus corde, quam ore proferantur.

Phil. 4.

D. Tho.

David, *Intret postulatio mea in conspectu tuo.* Psal. 118. Ambr. pro pollutione posuit dignitatem. *Intret dignitas mea.* Id est, quod in me dignum tuo inuenitur conspectu, cor scilicet & animus. Ne me labijs vociferante, animus templi, aut cubiculi patientibus concludatur, quando debebat tuo volitans sisti conspectu. Rectè D. Cæsar. Arel. *Videte (inquit) quam sit dura ista captiuitas, ut lingua quasi cum Deo loquatur, & tota animi intentio ad parietes dirigatur.* Intret in conspectu tuo dignitas mea. D. August. *In Ecclesia corpus, alibi cor? Totum intus esse debet; sed intus est, quod videt homo, quare foris est, quod videt Deus?*

58.

Oratio in domini conspectu.
Psal. 118.
Ambr.

Cæsar. Arel.
hom. 31.

August. serm. 6.
de ver. Dom.

Cor equidem Anna illa in conspectum Domini intrare cupiebat, quæ in clamabat. *Effudi animam meam in conspectu Domini.* 1. Reg. 1. Vbi Chrysost. *Non ait, deprecor Dominum, sed effundo animam meam in conspectu Domini.* Totam se se illa recepit in celestem aulam. *Nam in conspectu Domini orat, (cum eodem Patre loquor) qui orat, undique colligens suam mentem, nihil habens cum terra commercij, sed ad ipsum Deum totus commigrans.* Qui que eadem facilitate animum effundit, ac sermonem.

59.

Annæ exemplū.

1. Re. 1.
Chryf. hom. 1.

(. .)

Caput

Caput nonum.

Affectuosa Oratio Iesu.

*Affectuosa
oratio,
exorat.Ad
illud:

Pater

mi,

si

possi-

bile

est.

60.

Mar. 14.

Rom. 8.

Theod.

61.

Affectuosa

oratio-

nis fru-

ctus.

Hiero.

Hilar.

Mat. 20.

Pater mi. Plena equidem affectu verba. Magis exprimit Marcus. *Abba Pater, omnia tibi possibilia sunt.* Hoc vocabulum *Abba* patrem significat eo nominatum affectu, quo pueri vberibus haerentes assolent exprimere *Papa*. *Accepistis* (ait Paulus) *spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater.* Rom. 8. Vbi Theod. *Pueri maioribus apud patres libertate utentes, frequentius ad eos eadem voce conuocantur: ita et nos propter inenarrabile eius benignitatem, et infinitam bonitatem patrem quidem vocamus, ut iussi sumus.* *Abba pater.* Quid filio puero tam affectuose deprecanti negabit Deus eorum, quae possibilia, seu iuxta deprecantis utilitatem factibilia sunt? Unde adicit Dominus. *Pater mi, si possibile est.* Solum etenim non conuenientia à Patre tam affectuose oranti filio abnegabuntur.

Duo hodie Saluator postulabat, & quod à Iudæis passionis calice non potaretur, & quod Martyres huiusce calicis efficerentur participes iuxta duplicem D. Hieron. & D. Hilar. expositionem, de quibus in Commentario. Primum profecto fieri iuxta diuinam dispositionem impossibile, haud factibile erat. Alterum autem, possibile, factibile utique, Dominus affectuose orans, consecutus est. Duo filij Zebedæi augustiora sedilia postulantes, ex ore Dominico audire. *Potesit bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* *Assumus,* (inquiunt.) Iesus autem, *Calicem* (ait) *meum bibetis, sedere autem ad dexteram meam, vel sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo.* Matth.

20. Ac si præsciens Dominus futurorum, quasi impossibilem iuxta Patris dispositionem, sed ilium cellarum collationem deneget, calicis autem participatione eisdem donandos promittat. Id enim possibile, id à Patre concedendum. Quia omnia possibilia Iesu affectuose inclamanti; *Abba pater,* elargienda. In cuius respectum Saluator, *Potesit bibere calicem?* Possibile ne vos meo calice potari? Possibile plane. *Meum* igitur proculdubio *calicem bibetis.* Quia apud hortum sum preces effulsiorus. *Pater mi, si possibile est transcat à me calix iste.* Id est, sicuti ego bibo, ita à Martyribus bibatur. (vti cum Hilario loquar) Quid autem possibile, factibile affectuose deprecanti valeat à Patre denegari?

Anna annis plena, confecta sterilitatis merore. Possibile ne est longeuam ac sterilem prole honorari? *Non est impossibile apud Deum omne verbum.* Fundat igitur affectuase preces, inducat Iesu spiritum, quo affectu effuso, inclamet: *Abba pater, omnia tibi possibilia sunt.* (Cui esset (inquit Textus) *Anna amaro animo, orant ad Dominum, fletus largitor.* L. Reg. 1. Affectum equidem precantis, & animus amarus, & multus fletus exprimit. Prolem postulas? Consequeris equidem, si spiritum excitas Iesu inclamantis affectuose: *Abba Pater.* Quid moror Chryso. acumen? *Est interioris clamor affectus, qui exauditur à celo.* *Anna cum oraret pia voce excitabat Iesum.* (Id est, Iesu spiritum) *Denique cum effectus redijt, quae precabatur.* Quia clamabat in ea spiritus Dei (dixeris aptius, spiritus Iesu) qui clamat: *Abba pater.* Quid enim possibile, factibile, seu ad salutem conueniens affectuose non conceditur deprecanti?

Caput decimum.

¶ *Dei laude exorsa Oratio Iesu.*

Si possibile est. Marcus autem, *Omnia tibi possibilia sunt.* A nomine maiestatis Deitica exorditur, ut efficitur potest impetrare. Oratio enim, præmissa Dei laude, laudabiliter ducit exordium. Unde maiestatem diuinæ potentia commendat, prius quàm calicem à se transire postulet. D. Ambro. *Dic mihi, si velis hominem rogare, & sic incipias: Da mihi. Non ne arrogas videtur oratio? Ideo inchoari oratio debet à Dei laude.*

Hinc David, *Excita potentiam tuam.* *Veni, ut saluos facias nos* Plat. 79. Diuine prius omnipotentia extulit magnalia, mox ab hostibus eripi potestulauit. Haud aliter Iesus, *Abba pater, omnia tibi possibilia sunt, transfer calicem istum à me.* Mar. 14. Id quod respiciens Ambro. adijcit. *Inchoari oratio debet à laude Dei, ut roges omnipotentem Deum, cui possibilia sunt omnia, qui habet voluntatem prestandi. Prima ergo oratio laudem debet habere Dei, secunda supplicationem.* Id est, antè supplicationem Dei laus præmittatur oportet.

Enim vero huiuscemodi diuinæ laudis præmissio orationem reddit efficacem ad omnium bonorum consecutionem. In primis igitur oratio à Dei laudibus inchoata, dum diuinam commendat omnipotentiam, impetrat temporalium bonorum, vel naturæ fragilitati impossibilium, enlargementem. Anna sterilitate non minus, quam annis confecta sic instituit orationem. *Domine exercituum, si respiciens videris afflictionem famula tue,* &c. i. Reg. 1. Appositè illa ab omnipotentia laudibus exorsa, effecta naturæ impossibilem prolem suscepit.

Quasi, omnipotentia laudata, impossibilitatis naturæ impedimenta propulsaret.

Deinde consequitur & temporalium, & spiritualium bonorum abundantiam. Christus postulaturus & Regni cœlestis in animo stabilitamentum, & corporis necessariam annonam, à Dei laudibus exorditur. *Pater noster, qui es in cœlis.* Mox adijcit. *Adueniat Regnum tuum. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Mar. 6. Vbi apptimè D. Ambro. *Pater noster, qui es in cœlis. Laus Dei, quod Pater predicatur. Laus Dei quod in cœlis habitat, & in terris. Veniat Regnum tuum. Postulatio, ut in nobis fit Regnum Christi. Si Deus in nobis regnat, culpa non regnat; sed regnat ut tuus, regnat pudicitia, regnat deuotio. De cibo autem postulando post eadem Dei laudem præmissam, ait. Non debes quasi famelicus ad cibum de cibo incipere; sed ante à laudibus Dei. Unde & oratores sapientes hanc habent disciplinam; ut iudicem factorem sibi præsentent, incipiunt à laude eius. Deinde paulatim incipiunt rogare iudicem. Plura ibi Pater.*

Non sic qui orantes à Dei laude non incipiunt. David, *Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea, dum clamarem tota die.* Psal. 31. Quoniam modo tacebat, si clamabat? Clamabat tota die, quia preces fundebat; tacebat autem, quia minimè preces à Dei laudibus inchoabat. Sic Orige. *Quoniam à laude tua cessavi, ideo exsiccata sunt ossa mea, cum scilicet funderè preces. Tunc, enim, cum laudabam o Deus, nomen tuum impinguabantur ossa mea.*

Caput undecimum.

¶ *Breues, & frequens Iesu Oratio.*

Pater mi, transeat à me calix iste. Id quod vltèrius semel ac iterum in clamauit,

Oras à Dei laudibus orationem instituat, ut impetreret. Ad Illud: Si possibile est. 63. Ambr. L. 6. de Sacri. c. 5. 64. Effert David potètiã Dei, vt postulara contèquatur. Psal. 79. Mar. 14. Ambr. citat. 65. Huiusmodi precum efficaciat. i. Re. 1.

66. Fructus spirituales, & temporales. Matt. 6. Ambr. ybis. 67. Haud sic à Dei laude non incipiens. Psal. 31. Orige. in Pro. Salo. Breues, & asidue Orationis Ad Illud: 68.

Trans- clamauit, ut rationis breuitatem, ac
seat a assiduitatem commendaret. Ad hæc
me ca- Casian. *Frequenter quidem, (ait) sed*
lix iste. *breuiter est orandum.*

Casian. Anna Samuelis mater breuem hu-
col. 9. c. iusmodi effundebat orationem. Do-
35. mine exercituum, si respiciens uideris af-

69. *flictionem famula tua, dederisque serua-*
Talis *tua sexum uirilem, dabo eum domino om-*
Anne *nibus diebus uitæ eius, & non acula non*
oratio. *ascendet super caput eius.* 1. Reg. 1. Se-
1. Reg. 1. quentia prædictæ breuitati obstare
videntur. *Et factum est, cum illa mul-*

tiplicaret preces. Num uerba preci-
bus addidit? Minime. Duplicasse au-
tem dicitur preces, quia frequenter
huiusmodi orationi breui uia in
conspectu Domini, Iesu instar, appa-
ruit. Vnde uideo mihi à Chryso

Chryf. *mo adnotatum, Annam oratione ex-*
orat. 2. *citauisse Iesum, quia in morem Iesu &*
de An. *breuiter, & frequenter orauit. Idem*
Pater ponderans orationis huiusce
& breuiatem, & frequentiam, ait. *Ne*
que in longum produxit sermonem, neque
in multum temporis extendit supplicatio-
nem; sed pauca, nudaque uerba prolocu-
ta est. Quid igitur innuit, cum ait, Mul-
tuplicauit preces? Assidue sonabat eadē
breuis oratio, nec destitit iisdem uerbis i-
terandis, multum temporis absumere.

70. *Matthæi & Lucæ pugna hanc con-*
Multum *firmat ueritatem. Christus apud*
non lo- *Matthæum, Orantes, nolite multum lo-*
quaris, *qui.* Cap. 6. Ergo breui oratione no-
fed assi- *bis utendum. Idem Dominus apud*
due. *Lucam, Oportet semper orare, & nō de-*
Matt. 6. *ficere.* Cap. 18. Prolonganda igitur
Luc. 18. oratio est. Quonammodo igitur bre-

bis, si longa: longa, si breuis? Credo
breui oratione nos semper uti debe-
re, dum breuis oratio sæpè sæpius
iterari curamus. Ad hæc D. Chryso.

Chryf. *Cum Iesus iussisset Discipulis, ne more*
cicat.

gentium orarent, utentes multiloquio, mo-
dum precationis docuit. Pater noster &c.
Quodo igitur dixerit aliquis, si paucis o-
randum est, parabolam eis proposuit ad-
monentem semper esse orandum? Utrum-
que faciendum est, ut nec in longum uer-
ba proferamus, & tamen assidue depre-
cemur.

Breues planè, ac assidue huiusmo-
di preces iacula sunt, queis Dia-
bolus immittens tentationes, confi-
gitur. Audisti non semel vim earum
orationum breuissimarum, que iacu-
latoria uocitantur? Hisce ufos Patres
apud Ægyptum D. August. affirmat.

Dicuntur fratres in Ægypto crebras qui
deum habere orationes; sed eas tamen
breuissimas, & raptim quodammodo ia-
culatas. Aduersus scilicet raptim à
Diabolo tentationes emittas. Iesus
equidem auulsus à Discipulis quan-
tum iactus est lapidis, & orabat dicens.
Pater &c. Luc. 22. Vbi idem Augu.

itin. contemplatur orationis mysti-
co lapidis iactu (ne dicam oratione
iaculatoria breuissima) profugādas
esse tentaciones in animum irruen-
tes Dominum docuisse. *Orate, ne in-*
tretis in tentationem. En lapidis iactus.

Proh huiusce & breuis & assidue
orationis emolumenta! Dauid. *Septies*

in die laudem dixi tibi. Psal. 118. 164.
Quam breuis oratio, quam frequēs!
Porro breuis huiusmodi orationis
iterationi plurima spiritualia, ac tē-
poraria dona respondent. Elegans
ac fecunda circa hoc argumētum D.
Grego. Nyss. percurrit oratio. *Sep-*

ties in die laudem dixi tibi. Quare sep-
ties? Ut à septem hostibus liberarer.
Oratio namque pudicitia præsidium est
(contra luxuriam) ira moderatio, super-
bia sedatio, iniuriam tenacis memoria ex-
purgatio, inuidia profligatio, in iustitia su-

71. Huius-
modi
preces
iacula.

August.
Epi. 121.
cap. 10.

Luc. 22.
August.
L. 2. 99.
Euang.
c. 50.

72. Huius-
ce ora-
tionis v-
berimi-
fructus.
Psal. 118

Nyssen.
I. de O-
rat.

blatio, impietatis correctio. Quare septies? Ut septem muneribus donari reciperem. Oratio namque corporis robur est, abundantia domus, recta iuris, ac legum in Civitate constitutio, Regni vires, belli trophæum, pacis securitas, diffidentia conciliatio. Quare septies? Quia oratio septem donorum exiit mini. Atrix. Oratio virginitatis sigillum est, matrimonij fides, viatoribus scutum, dormientium custos, vigilantium fiducia, agricolarum fertilitas, navigantium salus. Quare Septies? Quia septem agnitudinibus medicinam præstat. Oratio reorum patrona, victorum solutio, fatigatorum requies, moerentium consolatio, lugentium solatium, nuptias contrahentium corona, morientium funus. Quare denique Septies? Quoniam cælestia septem bona præsentat. Oratio conuersatio, sermocinatio cum Deo est, visum effugientium contemplatio; eorum, quæ concupiscuntur, certa fides; eiusdem cum Angelis honoris conditio; honorum progressus, & incrementum; presentium fructus, futurorum representatio. En brevis, & affidue fructus deprecationis.

Caput duodecim.

¶ Importuna Oratio Iesu.

*Importunaru precum opportunitas.

Ad Illud: Transeat a me calix iste

73.

74. Tam oportuna nã petere, quã respirare.

Transseat a me calix iste. Marcus. Iterum abiens, oravit, eundem sermonem dicens. Matthæus item, Oravit tertio, eundem sermonem dicens. An nõ red dicitur importuna oratio ex eiusdem pre cationis iteratione? Importunè orandum Dominus docet ad oportuna bonorum cõsecutionem. Vnde Paulus aiebat.

Iusta opportune importune. 1. Tim. 4. Illud enim ipsum importunè iustare, opportunum admodum est. Nũquã enim importunè accedit multiplicare.

tis precibus orator. Chry. *Accedam?* (inquit) importunè, imò hoc nunquam est importunè, (sed opportune) accedere. Sicut enim respirare importunū nunquã est, ita etiã non quidem petere, sed non petere potius importunū est. Vbi affirmat, tam salutarem animo importunam precum multiplicationem, quam corpori respirationis vicissitudinẽ. Nõ importunum corpori perpetuum aspiraculum; Non igitur animo importuna orationis instantia.

Huiusmodi importunitati mirabiles adscribuntur effectus. Non ne iunior Tobias ter eandem fundens, Iesu instar, orationem, à percutienti Dæmone liberatur? Sara, inquit ille exurge, & deprecemur Deũ hodie, & cras, & secundum cras; quia his tribus noctibus Deo iungimur, tertia autem transacta nocte in nostro erimus coniugio. Tob. 8.

Iungimur, inquam, Deo vt importunis precibus liberationem à Diabolo consequamur. An non Anna longæua precum multiplicatione, seu importunitate naturæ impetravit correctionem? 1. Reg. 1. Porro D.

Chrysoft. Annæ importunitatem, & opportunam optati consecutionem confirmat Evangelicæ parabolicæ Viduæ exemplo. Vidua quadam erat, quæ assidue appellando crudelẽ, & in manu iudicis, neque Deũ timentẽ, neque homines reuerentẽ, frequenter (& vt ait Lucas c. 18. importunè) accedens, flexit. Quid memorẽ Iacobũ, qui post diurnam orationis instantiam, nec aduentante aurora, Angelum, siue Deũ dimittit, donec expetita benedictione donetur. Gen. 32. Et inualuit (inquit Osseas) ad Angelũ. Cap. 12.

Qui vnum importunè postulat, quomodo non tãdem consequetur, si labia orantis vnum, Deum debellant, illigat.

75. Effectus importunitatis huic.

Tob. 8.

1. Re. 1.

Luc 18.
Gen. 32.

Osse. 12.

76. Vnã pã res, Deũ

lant, illigat.

lant, illigant. Vnde Dominus ad orationem sponsam ait. *Sicut vitca coccinea labiata.* Cant. 3. Non dixit, sicut vitæ, vt vtriusque labij speciem commendaret; sed *sicut vitca.* Est enim Sponsa fundens preces labij vnus, vnã postulat, hanc requirit. Pulchrè Gilleber. Abbas. *Vulneratur etiam, & ligatur.* Illud: *Vulneratur oculo,* respicit sententiam illam: *Vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum.* Id est in vnitãte oculorum pariter in vnum schopum tendentium. Non aliter ac vnico respectu oculorum Deus vulneratur: inflammatur, ac ligatur vnica labiorũ precatione. Omnia enim Sponsæ verba ad vnum expetitur postulandum diriguntur. Vnde *labio inflammatur Sponsus, ligatur.* Quid enim importuna opportunè precatio non consequatur.

77.

Semel petens, quodã modo quasi nõ petens. Iaco. 4.

Beda.

Quotiens non consequor, quia semel aut iterum me petiisse satis esse arbitror! *Non habetis,* (inquit Iacobus) *propter quod non postulatis.* Cap. 4. Syriaca lectio, *Quoniam non postulatis.* Ac statim adijcit Apostolus. *Petit, & non accipitis.* Si petunt, quomodo non postulant? Beda. *Quia qui male petit, in conspectu interni testis nihil petit.* Rectè quidem. Sed Iacobus, me interprete, pacè illos affirmat & expetere, & petere, quam non consequuntur, quia non petunt. *Non habetis, quoniam non postulatis.* Quomodo non postulant, si petunt? Quia pertransenam vix semel postulant. Qui autem non instat orationi, vti Paulus ait, quasi nil petiisse quodammodo videtur.

78.

Vtilia postula.

Ad hæc, huiusmodi orationis instantia vtilium rerum assecutioni impendenda est. *Vnam petij a Domino,* (inclamat David) *hanc requirã.* Psal.

26. Vnam videlicet Christi natiuitatem, vti eternum Rex in domo Domini posset habitare. Hæc olim ad meditantem egressus non tam coniugium cum Rebecca, quam Dei cum humana natura, cuius fructus Saluatoris natiuitas. Id quod non semel, sed instantibus precibus postulabat. *Deprecatus est* (ait Textus) *pro uxore sua.* Gen. 25. Vbi Chrysost. *Viginti annis perseverauit orans, & deprecans Deum.* Filium enim expetebat non tam in filium, quam in Saluatoris parentem. Ideo multiplicatis precibus velut importunus mendicus in conspectu Domini apparebat.

Chryf.

Christus ad Discipulos, *Orantes, nolite multum loqui.* Matt. 6. Ad quem locum Nyssen. *Orantes, ne sitis batologia.* Quid batologia? *Lingua* (ait ille) *volubilitas,* quando ab vna precatione in alteram diuertis. Vni instandum, id que ad spiritualement bonum debet pertinere. Maria vni instabat, quia orationi studebat. *Porro vnum est, necessarium.* Vna optima deprecatio salus, aut vnus virtutis assecutio. *Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.*

79.
Vnus sit orationis scho-
pus Deus.
Matt. 6.
Nyssen.
de Ora.
Luc. 20.

*Orans diuinæ voluntati submittatur.

Ad illud:
Non si-
cut ego-
volo,
sed si-
cut tu.
80.

Caput decimum tertium.

¶ Obediens Oratio Iesu.

Hæc si nouissima in recensione, prima sit orationis conditio, diuinæ subdi voluntati. Non meæ voluntati, sed dispositioni diuinæ pareat effectus. Sunt qui propriæ voluntatis assecutioni orantes incumbunt.

Petit, (inquit Iacobus) & non accipitis, eo quod male petatis. Cap. 4. Quid petebant? Pacis assecutionem expetebant, & postulabant. Cura-

81.
Malè peti iuxta voluntatem postulans.

uerant

*Oratio necessaria ad uerfus inuisibiles, & uisibiles hostes munimè

Ad Illud:

OBSERVATIO II.

Pugnaturus Iesus, se munit oratione, ut tribus Apostolis ostendat, quibus nam sit eis viribus innitendum?

Promiserat Petrus se se omnium futurum constantissimum. Et si gressus aperuerit me mori tecum, non te negabo. Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego non scandalizabor. Inclamarant lacrimosus, & Ioannes possibile facili ne participes fieri. Potestis (ait Christus) bibere calicem, quem ego bibiturus sum. Dicunt ei: Possumus. Ostendit autem Iesus quomodo sint aduersus hostes, & calicis agonem muniendi. Pascha, adnotauit dicens. Ecce cur duxerit eos, ostendit, ut discunt, non de se incaute presumere, sed uigilijs & orationibus prius impetrare. Ut uideant & intelligant, ubi est, & quousque posse hominis sit, uel quomodo impetrare debeant. Videant quidem cadentem, & adorantem in faciem suam, & audiant dicentem: Pater mihi si possibile est, transeat a me calix iste. Illud expendit: Et quousque posse hominis sit. Dixistis, Possumus, & non potestis una hora mecum, seu in meo conspectu uigilare. Quomammodo, absente me, totum poteritis calicem exhaurire? Vigilate, & orate, uobis obijcientes humane potentie infirmitatem.

84. Temera ritu magna promittere sine oratione. Mat. 20. Pascha. L. 12.

Non semel Discipuli se cum Iesu morituros inclamarant. Eamus, (inquiunt) & nos, & moriamur cum illo. Vereor si data fuisset occasio, fugam illos meditatores fuisse, qui comprehenso Iesu, terga hosti dederunt. Debuissent etenim prius orationibus, & uigilijs promissam huiusmodi constantiam impetrare; quam uerbis iactarent.

85. Post orationem surgat opus.

Iaco. 4. uerant hostes extinguere bello, nec pacis bono fuebantur. Concupiscistis, & non habetis. Litigatis, & belligeratis, & non habetis. Quare? Quia male petitis. Quomammodo bene expetitur, qui male petitur? Adijcit Apostolus. Petitis, ut in concupiscentijs uestris infumatis. Syriace, ut alatis concupiscentias uestras. Id est, bonum potulatis; sed non ut pax diuina subdatur uoluntati; sed in uoluntatis uestrae complementum.

82. Non bene audiebat apud Iesum Marthe deprecatio, Die ei, ut me adiuret. Luc. 20. Ac si uoluntatem diuinam ad suam allicere conaretur. Non sic Maria Iesu pedibus hæret, indifferenter Dominico placito subens uti aduertit Bernard. In eos oratores, qui diuinam uoluntatem conantur inflectere, sic inuectiuus Nylse. insurgit. Qui imperite utitur oratione, non ad dantis altitudinem se se erigit, (ut uolantem sequatur Magdalenam) sed ad humiles & terram sapientes cupiditates suas diuinam potentiam ascendere desiderat.

83. Haud sic Dauid, inclamans. Amata datis tuis intellexi. Psalm. 118. De illa loquitur oratione, quæ mentalis uocatur, quæ intellectu elevatione in fititur. A mandatis, igitur tuis intellexi. Ac si diceret, Parui mandatis tuis, ut intelligerem, ut intellectu uoluntati, ac contemplationi, vacare. Orationis namque fundamentum obedientia est. D. Bernard. A mandatis tuis intellexi dixit, ut scias, nisi obedientia contemplationis gustum penitus non debere. Alioquin non dormiet tecum Spiritus in lecto tuo. Illo profertur, quem tibi pro obedientia floribus cientes, atque uerticis inobedientia aspersisti.

Sunt qui uoluntatem ad suam conuertunt allicere. Luc. 20. Nylsen. citat.

Dauidis oratio obsequens. Psalm. 118

Bernard. in Psalm. Qui haerent.

ait. Iesus ita. Qui antè deprecationem pauore affectus ostendebatur, post orationem triplicatà exurgens ait. *Surgite eamus.* Morti me iam intrepidè commitam, non ià corripiar pauore, quia orationibus, & vigilijs constantiam infirmitati humanæ consecutus sum. Nò aliter vos edocemini non de vobis incautè præsumere (Pascha.) sed vigilijs & orationibus prius impetrare.

Pascha. citat.

86. Hinc hosce specialiter Ecclesiæ Procere orare iubet, reliquos Apostolos sedere. *Sedete hic, donec vado,* & oro. Mat. 26. Promisserant quidè maiora in cuius felicem exitù necessaria orationis instantia. Idem Pasch. excogitauit, fatus. *Illis quidem supra iuxta Mattheum sedere tantum iubet, istis autem vigilare, & orare cum eo. Quare? Ac si participes tanti discriminis.* Id est, Promisserant, imò futuri erant participes discriminis tanti, calice erant potandi Dominico, iuxta ipsorum promissionem: *Possumus.* Ideo docet Dominus eos, quoniam modo potentes efficiendi. *Orate, & vigilate mecum.* Sola enim oratio ab hostibus liberat, còtrà mortem armat, vita donat.

87. Adhuc pondero sententiæ Paschæ siq. particulam: *& quousque posse hominis sit.* Quid quid potuerunt Discipuli præstitere, nec tamen omninò immittentem somnum Diabolum superant. *Non potuistis* (inquit Iesus) *una hora vigilare mecum.* Vultis posse vigilare? *Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem.* Oratio enim vires roborat ad vigiliam. Quidquid possunt igitur adhibent Apostoli, vt constet omnis potentiæ orationem futuram esse parentem. Israelitæ potentia Holofernis asti, magnis se præsijs mi-

Nil potes sine orationis præsidio.

Judit. 4.

litaribus munierunt. *Præoccupauerunt omnes vertices montium, & muris circumdederunt vicos suos.* Hæc poterat Hebræi, nec tamen sufficiens aduersus tantum hostem potentia. Vndè ad orationem confugerunt. *Et clamauit omnis populus ad Dominum instantia magna.* Iudit. 4. Ad quem locum appositè Lyran. *Fecit primò quod potuit. Sed quod facere non poterat, Deo precibus commendabat.* En totum, quod homo potest, nihil potest ad hostes debellandos, donec oratio dat & posse, & perficere. Vt ostendatur, *quousque posse hominis sit, & quomodo posse impetrare debeat.*

Lyra.

88. Putabat Petrus gladium educens, fore, vt posset irruentes in Iesum hostiù copias omnino extinguere. Cui Dominus. *Mitte gladium tuum in locum suum.* An non ò bone Iesu, gladios nos iustiti comparate? Profectò ad gladiorù vos acquisitionem hortatus sum. Attamè si ad mystetij perfectionem duos asserui materiarios gladios sufficere: simul eadem vos nocte docebam orationis gladijs victoriam esse reportaturos. Num carmen Dauidicum audistis? *Exaltationes Dei in guttere eorum, & gladij anticipes in manibus eorum.* Psa. 149. Vbi D. Chryso. *Ostendit, quod laudantes sic, vincunt.* Ac si inelamaret Iesus. Ego à laude Patris (de quo supra) orationem instituens, vt beneuolam redderem potentiam diuinam, eius præsidio in oratione comparato gladio donatus sum aduersus hostes irruentes. Quenam augustior victoria, quàm amarissimo calice intrepidè potari? quam in medijs teterrimis hostibus non timere?

88. Orationis gladius ad hostes infirmos.

Psa. 149. Chryso.

89. Enim verò huiuscè orationis præsidij necessitatem ad victoriam, liberationem

Cur ter Christus orariter

berationem que ab hostibus Iesus egregiè ostendit ter hodie orationis exercitamento incumbens. *Iterum abijt, et orauit tertio eundem sermonem dicens.* Mat. 26. Vbi quæris, cur qui aut continuare preces poterat, aut semel impetrare, tertio preces effundit: Vt respondeam, præmitto Iesum nõ solum dum inter viuentes degebat, ab hostibus inuisibilibus liberatũ, sed inter mortuos etiam liberum prædicari. *Inter mortuos liber.* Psalm. 87. Ter igitur orat, vt oratio animæ sanctissimæ vicaria cõstituatur, liberet q; ab hoste corporis, corruptione scilicet corpus mortuum, quod viuum fortissimus animus ab irruentibus periculis liberarat. Ad hunc sensum allucio D. Paschal. fantem. *Quin imo ter rogat in oratione Dominum, quia tribus diebus futurus erat in corde terra, vbi quodammodo vti liber inter mortuos commoraretur, orationis præsidio muniebatur. Hoc enim (vt verè loquar) munimine non indigens, se indignis se ostendere videtur, vt nos edoceat. Vti Abbas aduertit.*

Pascha.
L. 12.

90.

Plerũq;
excidit,
qui sine
oratione
ne hosti-
bus hæ-
ret.

Mat. 6.

Nyssen.
de Ora.

Cæterum illa verba Dominica ad calcem Panegyrici ponderabo. *Ora- te, ne intretis in tentationem.* Matth. 26. Nam qui ab oratione recedit, Diabolo hosti hæreat necessum est, vnde cõtinuo motu à tentationibus circumagitur. Iam vim sententiæ Domini apud Matthæũ perspicuam habebis, *Oportet semper orare.* Cap. 6. Quare scẽper? Ne abstractus à Deo animus, hæreat hosti, ostiumque tentationi referretur. Preclare Nyssen. ad hæc. *Si homo, relicto Deo, negotijs totus intentus fuerit, necesse est, vt à Deo remotus, cum aduersario prorsus versetur. Recedit autem à Deo, qui per orationem se se Deo nõ cõiungit. Ergo hoc prius oratione docèdi es-*

is, quod semper orare oporteat. Per orationem enim cum Deo esse contingit. At qui cõ Deo est, tab aduersario remotus est. Quod si tentationes insurgant, irruant, tanto Socij præsidio facillimo negotio superantur.

OBSERVATIO III.

Postulat Iesus calicem à se transire, vt serui antiqui curam agat.

Iscum signanter calicem à se transire postulat, ne propinantibus sibi calicem Iudæis passio ac mors Domini, caminica pariat exitiũ. Id quod ex Hic lex. ste. ron. in Commentario dedimus. Pro- 91. fe cõ probum admodum Dominum se se Iesus præstitit, dum curat, ne antiquus seruus, populus scilicet Iudæus è domo dimittatur, licet accuratiũs gentilicus Christianus effectus esset ministraturus. Prætat audire ex D. Pascha. *Mi Pater, (ait Iesus) transeat calix iste à me. Blandientis quidem affectu, et deprecantis postulat, vt, si possibile est, transeat ab eo non tantum calix, sed calix iste. Postulat non timore patienti, neque vt non patiatur, qui ideo venerat. Sed (attende) misericordia prioris populi, ne ab illis biberet calicem passionis. Vnde et signanter ait: Calix iste. Expẽdam clauiculam illam: Sed misericordia prioris populi, ne ab illis biberet calicem passionis. Regium etenim est, antiqui serui non facilè obsequia obliuisci; sed potius totis viribus impensis curare, ne à domo omninõ relegetur.*

*Seruus veteranus nõ facile è domo dimittendus.

Ad Illud:

Transeat à me, caminica pariat exitiũ. 91.

Pascha.
L. 12.

[Ex ore Dauidico Iesus inclamat.

92. *Saluum fac filium ancilla tua.* Psalm. 85. Iesus scy Crucifixus, õ Pater, instar serui ap- nagogã curando pareo, cum sim hæres omnium. Noli mo reti ad mētem afferre me à Iudæis occil- neri. sum,

psal. 85. sum, sed adfer ad memoriam filium
me ancille tuæ, id est, Iudaici populi,
sive Synagogæ, quæ tibi tot retro se-
culis præstitit obsequium. D. Chryf.
Chryf. ad psal. 115. *A multis retro sæculis, à tempore maio-
rum meorum dicatus sum (vel in lum-
bis auitis) tua servituti.* Miserere igitur
ancille antiquæ matri meæ, ne di-
cam nouerçæ. Quid enim non Prin-
cipis tanti, sed et iram antiquæ serui-
tutis, & obsequij obiectus?

93. Non semel miratus sum Saluato-
ris ergà hunc antiquum ministrum
dilectionem. In crucem actus sitit.
Quod cum de Iudæis proculdubio
aditantibus quidam eum aceto pota-
re conarentur, *Cum gustasset, noluit bi-
bere.* Vt quantum possibile foret, Iu-
dæos ab amarissimi calicis propina-
tione remoueret. Guttavit equidem
nostro more, num aquam offerrent,
quam hauriret omnino, non uti siti
mederetur; sed ut Iudæo calicis a-
que frigidæ propinatori cœlum de-
beretur.

94. Paræmiastes indixerat. *Amicum tu-
um, & amicum Patris tui ne dimiseris.*
Iudam Iesus perseue-
rare cu-
rat.
Pro. 27. *pellat amicos. Non vos dicam seruos,
sed amicos.* Vt consilio Iesus pareat
Salomonis, seu Patris & si non se-

mel se se dedit occasio Iudam im-
probum seruum dimittēdi, Matthiã
que sanctissimum admittendi: flagi-
tia Iudæ iniquissimi tolerauit, iterũ
atque iterum admonuit, corripuit.
Quid plura? Cum dux eorum, qui
comprehensionem Iesu operam naba-
bant, apud hortum accessit ad Ma-
gistrum non iam seruus, sed hostis,
inclamat Iesus. *Amice, ad quid veni-
sti.* Vt ostenderet amicum, seu seruũ
veteranum nullatenus à se dimissum,
cum potius ille vitroneus à Domini
ca domo recessisset.

Antiquo Dei seruo Moyse delin-
quente, sic Deus. *Quia non credidistis
mihi, ut sanctificaretis me coram filijs Is-
rael, non introduceris hos populos in terrã,
quam dabo eis.* Num. 20. At mortuo
Mose, *Mortuus est ibi* (inquit Textus)
*Moses seruus Domini, iubente Domi-
no.* Ios. 1. Ac si diceret, Nullus sibi
persuadeat a deo me aduersus Moy-
sem antiquum seruum meum iratum
ut eũ à domo deturbarim. Mortuus
est seruus meus, in seruitute occubuit,
domesticus adhuc meus obiit, imò
ad præceptum meum celsit è vita.
Quam nobilis hæri proprium, de ve-
teranis seruis inclamare id quod de
Mose Dominus, *Mortuus est* (loquor
cum Caietano) *in statu seruitutis meæ,*

95.
Minimè
Moyles
dimissus
Nu. 20.
Jo. 1.

Caieta.

SECTIO TERTIA.

Sanguinis sudor.

Ex Cap. 22. Luca.

TEXTVS.

Verf. 44. *Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.*

COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES.

S. I. **L**iteris Lucas mandauit orationē
Iesu, quotiens autem orauerit,

quotiens ad Discipulos fuerit reuer-
sus, memorię non prodidit. Vnde mi-
nimè constat, num in tribus oratio-
nibus

nibus ab alijs Euangelistis adnumeratis sudorem sanguinis emisit, an verò in vna tantum, & quæ nam illa fuerit?

2. *An in tribus orationibus sudor daretur?*
 Querimus igitur, an in tribus orationibus Christus sudorem huiusmodi effuderit? Respondent communiter Doctores sudorem sanguineum emissum à Iesu in sola tantum oratione tertia, atque extrema, merore utique excrecente, atque inundante. Ego autem Iansenij hæreo sententiæ affirmantis. Angelum confortatorem in tribus orationibus apparuisse. Vnde reor ob sanguineum sudorẽ Angelica consolatione subleuari fuisse dignatum. Si ter igitur leuatus est, ter sanguineum sudorẽ effudit. Christus igitur (vti exponit Barradius) tam in prima, quam in secunda, & tertia oratione sanguineum sudorẽ effudit, præ summo animi angore; absterfo autem ter sudore ab Angelo assistente, ter redijt ad Discipulos.

Quotiens orat, sanguinem emittit, vt ostendat, orationem ex sanguine suo efficacem existere.

(*)

3. **N**on sine mysterio quotiẽs orat, quotiẽs sanguineum emittit sudorem, vt ostendat orationem efficaciam de sumere ex sanguine Iesu. Id quod Simon de Casia adnotauit, factus. *Sudat Christus sudore sanguineo, vt orationem efficacem supra naturam fieri omnino declarat, nec veram fieri nisi per sanguinem Iesu.*

Simon de Casia L. 13.

4. **V**olui assolet quæstio, Num Adam immediatè post transgressionem poenitentiam egerit? Variè respondent Doctores. Ego in præsentia cogor affirmare nõ immediatè mox post pec-

Adã oratione Christi sanguine iustin. xir.

catum poenituisse. Ratio est manifesta, quia si veniã deprecari debebat, & consequi, huiusmodi oratio efficax futura ex Iesu ad mixto sanguine. At non dum reuelata fuerat Adamo Dominici sanguinis effusio vsque ad illius sententiæ prolationem: *Ipsa conteret caput tuum. Aliter, Ipse. Gen. 3.* Vbi ad Iesu passionem indicitur respectus. Post Dominicum itaque obiectum sanguinem, post sacratissimum mundo promissum liquorem, potestiam homo & veniam petere, & impetrare. Pulchrè Casia. *Oravit Adam petens indulgentiam post peccatum, non illico sed in posterum. Id est, Non illicò post culpam oravit; quia Dominici sanguis non ei fuerat promissus; sed post promissionem orationem effudit. Orauerunt (adijcit rationem) omnes electi, sed nullorum oratio sine virtute sanguinis Christi verum sortitur effectum. Proinde Saluator in oratione sanguinem fundit.*

Gene. 3.

Casia. citat.

5. **O**rauerunt Virgines illæ per noctem aduentante Sponso, siue in nuptiali thalamo constituto, *Domine, Domine, aperi nobis. Quæis Iesus, Nescio vos. Mat. 25.* Quare non exaudiuntur? Quia stultæ, quia insipientes. Vndenam (ais) insipientes deprehenduntur? Non equidem *sumpserunt oleum secum.* Verum passim Doctores Dominicum sanguinem oleum iam, iam balsamum appellant. Vnde in olearũ vertice exorans non tam malus inter lygna sylvarum, quam arbor myrrhæ, siue oliua fructifera inter alias ostèditur, seu myrrham illam primã, seu oleum prætiolosissimum effundēs. En Virginum insipientia, non earum deprecatio erat Iesu sanguine rubricata.

5. Sine sanguinis oleo nõ exaudiri. Mat. 25.

Mitte (ait diues) Lazarum, vt intingat 6.

intingat digitum in aquam, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Luc. 16. D. August. affirmat non liberationem tunc ab igne tartareo, sed sanguinis Dominici illam expectere: Quare non simul petit à gehenna liberationem? Quia sine Christi sanguine ei omninò futuram inanem orationem videbat. Quod si redemptio illi apud gehennam commoranti donanda fuisset, oratio salutaris Iesu sanguine deberet intingi.

¶ Num Iesus verè sanguinis sudorem emisit?

7. **E**T factus est sudor eius sicut gutta sanguinis. Sicut gutta (inquit) sanguinis, id est, similis sanguinis guttis. An non erat sudor sanguinis guttae, sed sicut guttae? Euthy. Si significat Euangelista, non quod sanguinè sudarit, sed quod crassos deduxerit Dominus sudores. Què sententiam sic etiam reddit Theophyla. Hoc proverbialiter dicitur de eo, qui vehementer sudavit, quod sudavit sanguinem. Violens igitur Euangelista innuere, quod grossis sudoris guttis madebat, sumit quætas sanguinis ad exemplum.

8. **S**anguinis proculdubio sudor Dominicus. Sixtus Sen. huc ex D. Athanasio adfert anathematismum. Si quis negauerit verum hominem, quem Filius Dei assumpsit, sanguinem sudasse, anathema illi. Tanti apud Patres hæc veritas. Profectò particula sicut non repugnat.

9. Variè Doctores huiusmodi particulam exponunt pro sanguineo sudore. Significat (aiunt) hoc loco non similitudinem, sed veritatem; quem admodum particula Quasi veritatem significat. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi Vnigeniti à Patre. Ioa. 1. Vel, Factus est sudor eius non sanguis

merus, sed similis crassis guttis sanguinis; quia sanguini erat admixtus. Non solum enim (Lyranò autore) humores persudorem effluebant, verum & sanguis sudorem intingens. Mitto alias expositiones.

Mea expositio est. Factus est sudor eius sanguineus, sicut, seu similis guttis, quia guttatim decurrebat. Sicut gutta ait, ut sanguinei sudoris copiam innuat. Quamuis enim (loquor cum Caic.) non describatur sanguis decurrès, describuntur autem guttae sanguineae decurrentes, ut multitudo earum significetur.

Gutta. Euth. Thrombi, id est, crassissima gutta. Profectò thrombus idem quod grumus, seu globus. Vnde apud D. Iren. legitur Christum globos sanguinis sudasse. Et D. Iust. affirmat è Dominico corpore pro sudore concretam sanguinem defluxisse.

¶ An sanguineus hic sudor Iesu naturalis.

NON nulli negat naturalem fuisse. D. Hilar. Sudorè (inquit) Christi nemo infirmitati audebit deputare, quia & contra naturam est, sudare sanguinem. Nec infirmitas est, quod potestas, non secundum naturam consuetudinem gestit. Gabriel ex Beda. Sanguis quidem ille naturalis fuit; sed effusio eius cum sudore fuit miraculosa; ut tali signo insolito à seculis non audito, insolitam anxietatis suæ, & doloris magnitudinem demonstraret. Profectò tantorum virorum venia in retorta aliter meam sententiam proferam.

Naturalis equidem fuit sanguineus sudor ex naturali angore profectus. Indicabat sudor ille Saluatoris angorem, qui nõ poterat à spectatis; angor qui indicabatur, naturalis erat;

10. Autoris expositio.

11. Quid gutta? Irenæus. L. 3. c. 37. Iust. Dial.

12. Sententia negans. Hilar. L. 10. de Trin.

Gabri. Tra. de Pas. a. 4.

13. Naturalis fuit.

sudoris ergo indicium erat similiter naturale, & naturaliter indicabat an-
 gorem. Neque enim vires nature su-
 perat sudor sanguineus, quia (vti A-
 rillo. affirmat) non nulli iam sudore
 cruento exundare. Maldonatus no-
 ster refert Iudææ robustum homi-
 nem audita sententia capitali sudo-
 re sanguineo fuisse perfusum. Et ap-
 ud Episcopum Conimb. legi in Lu-
 sitaniæ Regno fœminam mariti mor-
 tem vsque ad sanguineas lacrymas
 deplorasse.

confluxit externum. Profecto sanguis
 ad cor Iesu vi timoris, & angoris ac-
 currit; sed vi obedientiæ & amoris ti-
 morem & angorem superantis inde
 ad reliqua membra fuit depulsus, se
 se que egit in sudorem.

Decurrentis in terram. Apte in ter-
 ram, quia terræ incolas homines, non
 Angelis aeris habitatores Christus
 redemptus aduenerat. Sive vt ve-
 rus Abel effusi sanguinis semine ter-
 ram fecundaret, vbi illa martyres
 parturiret.

16.
 In terrâ
 quare
 sudor
 decur-
 rit?

¶ *Quænam huiusce sudoris causa?*

D. Hieronymus, Orationis vehe-
 mentia. *Tam vehementer* (inquit)
Sa uator erabas, ut gutta sanguinis pro-
rum periret ex parte, quem totum erat in
passione suffurus. Gerson, Gaudium.
Facile (ait) est creditu quod cū ratio Chri-
sti cognosceret sensualitatem eidem esse
obedientem ad moriendum, suscepit ex hoc
in Deo singulare gaudium, & naturalem
feruorem, atque vigorem, per quem totus
sensualitatis sanguis fuit commotus, &
processit sanguinis sudor. Caietan. Sangu-
 inem iudat. deficiente sudoris ma-
 teria. Deficiente (fatus) *aquositate san-*
guinis, quæ est materia sudoris, non nihil
etiam sanguinis emisit. Erat enim corpus
exhaustum, & magnitudo passionum pel-
lens violenter sudorem, pepulit simul ali-
quid sanguinis, deficiente sudoris materia.

Respondendum itaque inauditi
 sudoris causam inauditam Christi a-
 goniam extitisse. Id quod Lucas sig-
 nificat, dum ait: *Factus in agonia proti-*
xius orabat, & factus est sudor eius sicut
gutta sanguinis. Inde ergo factus su-
 dor, vnde in agonia factus. An nõ (o-
 bibeis) timoris est sanguinem ad cor
 reuocare? Ergo sanguis timentis Ie-
 su potius ad cor, quam ad sudorem

14.
 Variæ
 sudoris
 sangui-
 nis cau-
 sę.
 Hiero.
 L. 2. ad
 Pelag.
 Gerl.
 L. de Pa.
 2.

15.
 Autoris
 senten-
 tia.

OBSERVATIO. I.

MORALIS PANE GYRICA
 CIRCA LITTERAM.

Quælibet Dominici sudoris gut-
 tula sanguinis globus, globo
 mundiali sufficiens.

D. Iren. sanguineas has sudoris
 guttas globos sanguinis appella-
 uit. Apposite equidẽ quæuis sangui-
 nis guttula globus vocatur, vt ex for-
 ma virtus innatur sanguinis prætio-
 sissimi. Etenim vel guttula toti orbi
 terrarum sufficiebat.

Exprimit hoc pulchre tunica Pon-
 tificia, quæ (Doctoribus attestatibus)
 Christi humanitatem referebat. Pro-
 fectò tota erat ex orbiculis (quæ ap-
 tẽ cõpellauit ocellos) innumeris elab-
 orata, & cõtesta. Ac si orbiculi hu-
 iusmodi poris vniuersi Domini cor-
 poris respõderet. Vti scilicet guttula
 rû orbes innueret se orbes innume-
 ros redimẽdos desiderare. Nec aliud
 exprimit malapunica *deorsum ad*
pedes tunicæ per circuitũ appensa. Exo.
 28. Vti videlicet guttularum orbes
 decurrentes in terram pluribus or-
 bibus terræ malis punicis designatis
diluendis infumerentur.

*Copio
 factu
 redemp-
 tio vel
 vai ho-
 muncio
 ni tota
 præsta-
 tur.
 Ad
 illud:

Et fa-
 ctus est
 sudor
 eius si-
 cut gut-
 ta san-
 guinis.

17.
 18.

Exo. 28.

19.
Copia-
sa redē-
ptio.
Psal. 129

Hinc Vares. *Apud Dominum mi-
sericordia, & copiosa apud eum redemp-
tio.* Psalm. 129. Copiosa, inquam, id
est, superabundans, quia pluribus v-
niuersis orbibus sufficiebat. Fluit san-
guis è Dominico corpore, qui qui-
dem pluribus vniuersis exundat. D.
Innocentius. *Aspersio sanguinis eius*
(exponit verba illa: *Copiosa apud eum*
redemptio.) *abundanter effusi ad plenam*
redemptionem sufficit pluribus vniuersis.
Non modo vni vniuerso, sed or-
bibus vniuersis omnibus. Id est, ia-
numeris orbibus, qui quidem diui-
na queunt excitari potentia.

20.
Ad or-
bes pos-
sibiles
sanguis
domini
recurrat

Vnde, quia Mundi non adsunt
actualiter, vbi tantum præteritum impē-
di possit, ad orbés posibles, id est,
qui diuina possunt excitari potētia,
globuli guttarum sanguinis accur-
runt, vt ad orbés innumeros saltem
possibiles innumerarum orbium gut-
tularum præteritum quodam modo ex-
tendatur. Manus cœlestis sponsi sic
ab anima fidei commendantur. *Ma-
nus eius tornatiles auree, plena hyacintis.*
Cant. 5. Vbi Rupe. Diuinitatem, seu
potētiā diuinā manibus designa-
tam aureis, tornariam appellat, quæ
omnia opera sua spherica perficit. Ip-
se *Deus erat, & est antiquus tornator,*
*qui tor nauit cœlum & terram, & spheri-
ca solis & Luna cunctarumque stellarum*
corpora toruo suo. Aureas autē ait esse
manus huiusmodi, quia diuinę, quia
potētissimę ad innumeros orbés pa-
trandos. Iam expono verba illa: *Ple-
na hyacintis.* Ad quem locum Philo-
Carp. *Per manus plenas hyacintis sue*
Tharsis, passionem ostendit. Hyacinti
ergo sanguis Iesu, & è manibus per-
ratis, & è capite spinis puncto, &
è corpore flagellis vulnerato, & è
sanguineo sudore effluens, ex senten-

Cant. 5.
Rupe.

Philo.

tia Doctōris. Cur sanguis Domini-
cus appellatur *Tharsis*? Quia (eo-
dem autore) *Tharsis orbis est genti-
lium Domini sanguine lucratus.* Ap-
tius dixeris, quia si *Tharsis orbis,* gut-
tæ sanguinis Christi orbis speciem re-
ferunt. Nam cum diuini illius Torna-
rij opus sint, non possunt non spheri-
ca figura designari. His positis, ad
questionem adduco D. Ambrosij le-
ctionem. Loco namque illius: *Ma-
nus eius tornatiles auree,* legit *Orbes au-
rei.* Id est, in potentia diuina adsunt
orbés aurei, siue orbés posibles in
creata ea essentia, qua in manu aut
potentia conditoris resident. Quare
igitur si guttæ sanguinis Iesu spheri-
cę, non velociter currunt ad orbem
actualem, sed in potentia diuinę ma-
nibus continentur? *Plena hyacintis.*
Quia paruus est, & exiguus vnus crea-
tus orbis tot tantisque sanguinis or-
bibus præteritissimis. Vndè sangui-
nis orbés innumeri ibi gaudent re-
sistere, vbi à potentia diuina torua-
ria scilicet, possunt innumeri alij or-
bés ad ad lucem vocari, vt in possi-
bilibus orbibus ludat innumeri san-
guinis orbés.

Hinc colligo Dominici sanguinis
mirabilem magnificentiam, qui qui-
dem innumeri orbibus sufficiens,
vni orbi, imò populo vni redimen-
do impendi dignatur. Vnde David.
*Quia apud Dominum misericordia, &
copiosa apud eum redemptio.* Copiosa
redemptio, quia (vti ostendimus)
innumeri vniuersis, siue orbibus
sanguinis præteritum erat sufficiens.
Mox adijcit. *Et ipse redimet Israel.*
Psal. 129. Expono ex Carthusiano.
Tam est misericors, vt copiosam re-
demptionem, siue infinitam sangui-
nis præteritum, quod infinitis orbibus

21.
Pro vni-
colomi-
ne totus
effundi-
tur.

Psal. 129
Carth.

erat sufficiens, sic Israelitico populo, imò vni ex fidelibus applicat, ac si in vnico homine omnes posibles orb-
bes continerentur.

22.
Damnati
ingratos

Proh sudorem sanguineum decur-
rentem *in terram!* Quam taxas ingra-
tos! Sanguis olim Abel vnum damna-
bat, clamitans, effusorem. Gene. 48.
Effusus ex sudore sanguis Iesu pro
omnibus, omnes damnat ingratos.
Melius inclamare sanguinem Christi,
quam Abel, Paulus affirmat. Quia san-
guis Abel clamabat vindictam, san-
guis autem Dominicus veniam incla-
mat, Patribus attestatibus. Id quod
de sanguine ex vulnerato corpore ef-
fluente expono. At sanguinis guttæ
vtroneè decurrentes *in terrâ* antè cla-
uos, flagella, spinas, & cuspidem, con-
tra omnes speciatim inclamant ingra-
tos. Pulchrè Simon Cassian. *Sanguis*
primi hominis iusti ad Deum contra fra-
trucidam clamabat de terra. Et sanguis
Christi orationis (seu in oratione apud
hortum effusus) profusus ad terram,
contra omnes ad Deum clamat de terra.
Igitur v& ingratis.

Simon
de Cal.
citat.

23.
Ideo est
talentū
infuda-
rio.

Si sanguis orationis Iesu pro om-
nibus in terram effusus contra om-
nes inclamat, quid non artibus con-
tremiscat vnusquisque peccator in
sudore Iesu sibi totius orbis, imo in-
finitorum orbium possibilium præ-
tium accipiens? Princeps dolter sui
præciosi sanguinis talenta omnibus
& singulis distribuit. Qui vnum acci-
pit talentum totum huiusce sangui-
nis prætio ac valore donatur. Repo-
situm igitur tanti sanguinis prætium
in sudario sine fructu reseruans Domi-
no reddidit, à quo mitti in tartara im-
peratur. Luc. 19. Quare? Quia? *Non*
satis est (loquor cum Arnol. Carnot.)
acceptum in sudario reposuisse talentum,

Luc. 19.
Arnold.
de verb.
Dom. in
cru.

nisi à negotiatione seruius reueratur cum
lucro. Talentum in sudario, siue in lu-
dore Dominico acceptum reponis?
sepelis? obliuioni committis? Vereor
ne, sudore sanguineo inelamante, de
trudaris ad tenebras. V& ingratis.

OBSERVATIO. II.

Ex ingenti patiendi gaudio san-
guineus hic sudor duxit
exortum.

Vndenam factus sudor huiuscemo-
di tam in auditus? Ex Gerson
tradidimus causam gaudium extitit-
se, quo sub proxima passione, mundi
que redemptione afficiebatur. *(Cum*
cognosceret (inquit) Iesus sensualitatem
eidem esse obedientem, ad moriendum. sus-
cepit ex hoc in Deo singulare gaudium, &
processit sanguis suor.

* Passio
Iesu Je-
ticia mi-
nistravit
Ad
Iud:
Et fa-
ctus est
sudor
eius.

24.
Gerson.
cita.

In cuius sententiæ confirmationē
duplex menti meæ obijcitur indica-
mentum. Prius quidem ex Gabrielis
Vaz. sententia collegi. Affirmat enim
Christum ab Angelo confortatum
antè sudorem: imò post colloquium
& confortationem Angeli dolorem,
& agoniam creuisse. Id quod ex Lu-
ca facile deduco. *Apparuit illi Ange-*
lus de caelo confortans eum, & factus in
agonia, prolixius orabat, & factus est
sudor eius &c. Vt se videt Iesus con-
fortatum, ac roboratum, ingentio-
ri agoniam immergitur, vnde sudor
sanguinis inauditus. Quorsum hæc?
Profectò is erat Iesu patiendi pro
hominibus affectus, vt cum pri-
mum se se roboratum, ac consolato-
tum videt, huiusmodi consolatio effi-
cit, quod angor ipse non prælliterat.
Vnde consolatio agrauat angorem,
sanguinei que sudoris fons amarus
exillit. Illud nempe minus pati inau-
ditæ

25.
Sudar,
quia co-
solatio-
nem ac-
cipit.
Vazq.
2. p. q. 12
D. 55.

ditæ passionis materiam Iesu ministrabat.

26.
Orat, ut
sanguis
cū dolo
re effun-
datur.
Calsia.
vbi.

Posterius autem ex his verbis elicio: *Factus in agonia prolixius orabat, &c.* Vbi huiusmodi Simon Calsian. pulchrè excitat quæstionem. *Mens mea* (inquit) *semetipsam cogit inquirere, sed non potest, tamen scire peroptat, si, an orabat prolixius, quia sanguis exibat; an sanguis effluebat ex corpore, quia prolixius, & vehementius orabat?* Non soluit Pater. At ego existimo Christum prolixius ac vehementius orauisse, quia sanguis exibat, quam misericordiæ affectu sisti curabat. Quare? Quia vltioneus ille sanguinis cursus. Vnde patiendi anxius, prolixius orat, vt cursus velociter decurrentis sanguinis retardetur, violentiæ flagellorum, clauorum, ac spinarum referuandus.

27.
Impossi-
bile Ie-
sum cru-
ci non
hære.
Mat. 27.

Enim verò quam plena gaudio tormenta Iesu vltius ostendam. Iudei Christum cruci suffixum precabantur. *Si filius Dei est, descendat de cruce.* Matthæ. 27. Imo & Principes Sacerdotum & scribæ ad postulata ad ieiunt promissa. *Descendat de cruce, & credimus ei.* Ibid. Num verè Iudæi promittebant, se conuertendos, si Iesus desereret partibulum? Minime. Quare igitur huiusmodi conditionem apposuere. Heus stulti, si è cruce descendit, vos efficiet stare promissis. Profecto iam constabat induratis Iudæis se se rem difficilem, imò impossibilem postulasse. Nihil enim impossibilius, quam Iesum à clavis, à cruce, à doloribus, à vulneribus separari.

28.
Mac im-
possibi-
litas pò-
deratur.

Non ne homini iusto, ac cordato impossibile quodammodo, se se dare è môtis vertice præcipitem? Tam igitur impossibile Christum tormen-

ta fugit. Accessit obim Diabolus Christo intendens suadere, ac persuadere præcipitium. *Mittete deorsum.* Mat. 4. Ad quem locum legi apud Patres insipientiæ incussandum Dæmonem, qui homini, quem Deum sapientissimum suspicabatur, ad præcipitium allicere intendebat. An nõ impossibile sapientissimo Filio Dei præcipitem se te è monte daret? Quis dubitet? Æque quidem, autore me, impossibile Iesum ab occasione patiendi separari. Imò separatio hæc à passione, Iesu quasi præcipitium extiteret. *Si Filius Dei es, descende de cruce.* Matthæ. 27. Ac si dicerent. *Mitte te deorsum.* Tantundem enim Saluatori non pati, quam præcipitari. Ad hæc appositè D. Chryso. *Considera autem nunc vocem filiorum Diaboli, quomodo imitantur vocem patris. Diabolus enim dicebat, Mitte te deorsum si Filius Dei es. Et Iudæi dicunt, Si Filius Dei es, descende de cruce.*

Matt. 4.

Chryso.
apud
S. Tho.

29.

An non inaccessus Caluariæ môtis, vbi Dominus fuit immolatus? Porro tam promptus ad passionem, ac si ad rem facilem duceretur, Typice olim de vitulæ oblatione sic, *Tollent vitulam de armento, que non traxit iugum, & ducent eam ad vallem asperam, & cadent in ea ceruices eius.* Deut. 21. si vallis, quomodo aspera? Aspera, id est, decliuis vocitatur. Vt illud ipsum ascendere ad Caluariæ verticem, idem sit volutariæ morituro, ac si decliuem vallem descenderet. Quare ascensio tam facilis Iesu? Quia ad accliuem montem ascendit, quasi nõ hominum, sed propriæ studeret vtilitati, seu voluptati incuberet, ac lætitiæ. Ideo in clamat. *Vadam ad montem myrrha.* Cantic. 4. Septuag. *Vadam mihi ad montem myrrha.* Facilis mihi

Tam Ie-
sus gau-
det pas-
sione,
quam si
propriæ
utilitati
vacaret.
Deut. 21.

Cant. 4.

acclius ascensio verticis, quia *mibi* ascendo meæ studeo lætitię. Sic Iesus suum ad passionem affectum exaggerat.

cuius, ut transeat. Ioan. 12. *Venit hora,* Non iam instat? præsens non est? *O quomodo coarctor!* Sudorem igitur sanguineum emittit ex agonia, qua afficitur, dum iam iam passioni proximus, cognoscit in proximum diem mortem suam, esse differendam. Per pulchrè idem Calsia. *Sudat Christus morte vicina, quia ventura in crastinum.* Plus enim afficimur proximi optatum assequutioni ex paruula mora interiecta.

OBSERVATIO III.

Inauditus hic sudor ignei amoris effectus.

* Affectus veri amoris, & effectus. Ad Illud:

Et factus est sudor eius &c. 30. Calsia.

VERIVS dixeris ex amoris æstu sanguineum effluxisse sudorem. Quod quidem Simon Calsia. affirmat, fatus, *Sudat sudore sanguineo, ut supra naturam communem hominum suum dicat esse amorem, quando aquam in oratione pro omnibus fudit, & sanguinem.*

31. Effudit hic aqua & sanguinem cum dolore pro effundendo sine dolore in cruce. Ioan. 19.

Proxima hæc verba in primis ponderanda sunt: *Aquam pro omnibus fudit, & sanguinem.* Post obitum Salvatoris è percusso latere aqua fluxit & sanguis. *Exiit sanguinis, & aqua.* Ioan. 19. Ac simul sunt Ecclesię sacramenta profusa. Ecclesia que sponsa arctiori Iesu charitatis vinculo adstringitur. Profectio sanguis & aqua tum temporis sine doloris sensu proprodiere. At Iesus non patiens Ecclesię utilitati sine adhibito labore studere: apud hortum ex agonię vehementia quasi præueniens sine dolore vulnus, *aquam pro omnibus fudit, & sanguinem.* Nec enim ardentè amat, qui sine exhibitio labore beneficia præbet.

32. Sudat, quia nimium mors diferebatur. Luc. 12.

Quid si ostendero ideò sanguineo sudore fuisse perfusum, quia mors nimium tanto amatori diferebatur? Id exprimunt verba illa: *Baptismo habeo baptizari, ò quomodo coarctor, donec perficiam?* Luc. 12. Ex huiuscemodi coarctatione expressus sudor inauditus. *Sciens Iesus, quia venit hora*

Vis ostendam huiuscemodi festinationem? Quia mors in diem proximam diferebatur, amor Iesu, ad inuenit, quodammodo pridie (salte figuratiuè) moreretur. An non sanguis hominis vita? Sanguinem igitur emittit, uti quodammodo vita profundatur. Eleganter id illustrat Calsianus. *Signum erat sanguis decurrens in terram profusionis anima Christi. In sanguine enim dicitur esse vita.*

Iam orationis Dominicę difficultem sensum rimari licebit. *Pater si possibile est, transeat à me calix iste.* Matthæ. 26. Nil opus flagellatio, clavis, spina, crux, milites. Ego me argore intus extraque vulnerabo, vitamque cum sanguine effundam. *Transeat à me,* non à clavis, cruce, militibus vita mea egredi à corpore compellatur.

Quod si, quod voluntarium est, magis sapit charitatis affectum, effusio sanguinei sudoris tota est voluntaria, totaque index voluntatis. *Sudat* (adhuc Calsianus) *Saluator sudore sanguineo, voluntariè illum scaturiens, fundendum sanguinem ex verbis clavis, lancea, præfigurans. Ut ostendat, totum esse voluntarium, quod agebat.* Illa ponderanda: *Voluntariè, & præfigurans.* Ac si diceret. Sicut voluntariè hanc

Calsian

33. Quodammodo moritur ante crucem.

Calsian

34. Vult à se calicem transire. Mat. 20.

35. Voluntatis sudor.

Calsian

hunc profundo sanguinem: sic reliqua voluntariè, de amanti more, tormenta sustinebo.

36. Cor Iesu diffusum fuit. Quodnam denique perspicatius amoris documentum, quam cor, instar cere, liquari? An non factum est cor Iesu charitatis flammis accensum, sicut cera liquefscens? Pfall. 21. Vbi D Iustin. in hunc morem. Sudor Christi, instar concreti sanguinis, distuebat: quod si licet cor eius contremisceret, eiusque ossa pari modo. Et cor eius simile esset coræ, quæ liquore destuat. Sic ille.

OBSERVATIO VI.

Vniuersum Ecclesiæ corpus Iesus sudore sanguinis diluebat.

D. Bern. super hæc: Decurrentis in terram, Vsq; tertio (inquit) factus in agonia orabat. Vbi quidem non solum oculis, sed quasi membris omnibus fluuisse videtur: ut totum corpus eius, quod est Ecclesia, totius lacrymis corporis purgaretur.

37. Bernar. Iam aqua, imo Christi salutifer sanguis decurrit ad terram, vti requirat aridam. An non stultus Paralyticus, qui requisitus non curat, siue (vt verius dicam) non permittit inueniri?

38. Pfall. Ioa. 6. Appositè D. Bern. Stulte, ecce (inquit) oleum Iesu. Quid tibi cum aqua? Si vis recipere sanitatem, ecce fons olei misericordie, in quo te nullus prohibet baptizari.

39. Excipe hodie requirere piscinam, sed excipere ad te decurrentem. Expresit eleganter Salomon in Epithalamio. Manus eius (inquit Sponsa) tornatiles. Cant. 5. Vbi Rupert. velocitatem decurrentium beneficiorum egregiè

expendens, fatur, Qui torno operatur, facilius, ac citius operatur. Sic iste dilectus. Tector sanguinis globos (vti loquar cum Irenæo) orbiculari velocitate decurrentes in terram. Iam respondet Sponsus. Umbilicus tuus crater tornatilis, nunquam indigens poculis. Cant. 7. Ach diceret, Nunquã terra cordis humani poculis indigebit, si tornatilis sit, hoc est, si decurrat ad sanguinem decurrentem. Aptius dixerim, si os auersum à voluptatibus ad excipiendum decurrentem sanguinem conuertat.

Enim verò oportet ad huiusmodi abluionem Dominicum sanguinem oculorum fidelis lacrymis admisceri. Ideo Bernar. totius Ecclesiæ corporis, veluti oculis, sanguinè affirmat profluxisse. Vbi quasi membris omnibus fluuisse videtur. Vti videlicet sanguinis guttæ à mysticis fidelium oculis effluentes, simul eliciant lacrymas peccatorum; queis quidem permixtus Dominicus sudor maculis peccati nostri diluendis impendatur.

Id quid præstitit olim Magnalena. Stans retrò, lacrymis cepit rigare pedes eius, & capillus terfit. Luc. 7. Quare pedes lacrymis irrigabat? Nã vti germen salutis exurgeret? Profectò, vti sudor Iesu lacrymis peccatrici immixtus sibi existeret salutaris. D. Ambro. Lacrymis lauit pedes, terfit comas, ut per eas sibi asumeret sacros sudores. Illud pòdera: Vt per eas. Potest enim referri particula, eas, & ad comas, & ad lacrymas. Assumit itaque sibi Magnalena per lacrymas sacros sudores. Sudor enim Iesu lacrymis nostris immixtus nobis salutaris existit.

* Cõferre curam puritatis, quæ sanguinis sudore diluente comparata est.

Ad illud: Decurrens in terram.

37. Bernar. ferm. 3. de Ram. 38. Pfall. Bernar. ferm. de vite.

39. Excipe decurrentem.

Cant. 5. Rupert.

Cant. 7.

40. Sanguinè lacrymis admisce. Bernar. citac.

41. Magdalena sic. Luc. 7.

Ambro. apud D. Thom.

SECTIO QUARTA.

Osculum Iudæ.

Ex Cap. 14. Marci.

TEXTVS.

Verf. 44. Et cum venisset Iudas statim ad eum ait: Ave Rabbi. Et osculatus est eum.

COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES.

¶ Quare signo opus fuerit, ad Christi traditionem?

S. I. Duzformæ in Christo



T. cū venisset Iudas. Quid signo opus fuit, cum tam notus Christus omnibus ellet? (Qui enim tradidit eum, dedit illis signum, dicens: Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Mat. 26.) Respondet Orige. ex antiqua traditione. Non solum duæ formæ in Christo fuerant, unam, secundum quam eum omnes videbant: alteram, secundum quam transfiguratus est coram Discipulis; sed etiam unicuique apparerat secundum quod fuerat dignus. Propter huiusmodi ergo transfigurationes eius signo indigebat. Chrysof. aliter. Signum (inquit) eis dedit, quia multoties detectus ab ipsis, pertransiit, nescientibus eis; quod & tunc factum esset, si voluisset. Porro Origenis sententiam non probo, quia nullius fundamenti; nec Chrysofomi, quia si Iesus tam faciliter ex eorum manibus dilabi poterat, cuiusnam existeret utilitatis signum?

Aliter respondetur.

2. Auctoris sententia.

Sequitur igitur Theoph. asserentem ideo Signum adhibitum fuisse, quia maior pars eorum, qui ad comprehendendum Christum venerant, milites fuerunt, id est, gentiles; qui quidem Iesum non assolebant audire, ut potest ad Iudæorum religione alieni.

3. Existimat Leontius Christum sua

tunc potestate fecisse, ut non solum milites; sed ne Iudas quidem ipse tantum diu cum eo versatus, ipsum agnosceret. Quem Chrysof. Cyrilli & Theophylacti sententia roborat. At (quid quid sit de militibus) cognitum a Iuda Christum ideo cogor affirmare, quia statim ad eum, ait: Ave Rabbi, & osculatus est eum. Cognoscebat igitur, quem osculabatur.

Leontij opinio improbat. Leont. Chrysof. Cyril. Theop.

¶ Quare potius osculi usus est, signum?

D. Vas refert Orige. opiniones. Alteram, Voluit reuerentiam ad magistrum seruare, non audens manifestè in eum irrucere. Alteram, Timens, ne si forte se manifestum aduersarium prouideret, ipse ei fieret causa euasionis; cum posset secundum opinionem eius effugere; & facere se imperium. Ipse autem tuam exhibens sententiam adijcit, Ego autem puto, quod omnes proditores veritatis amare veritatem fingentes, osculi signo utuntur.

4. Duplex opinio.

Nos verò opinamur, Iudam ita signum exhibere voluisse Iudæis, aut militibus, ut qua re Christum eis prodidit, eadem Christum suam celaret prodicionem. Non equidem celasset, si inusitatum signum tradidisset. Erat autem usitatum, ut osculo se Iudæi, præsertim inferiores superiores, salutarent. Ideo queritur Iesus apud Pharisæum, Intravi in domum tuam, osculum

5. Auctoris placitum.

LUC. 7. *mibi non dedisti.* Luc. 7. Nū putabat miser Proditor posse se scelus suum Christo occultare? Ita plane. Nec enim verè in eum crediderat; sed (Beda. Hieron. da, & Hiero. auctoribus) omnia miracula illius, quæ viderat, magis artibus tribuebat.

6. *Aue Rabbi.* Signum itaque datum militibus, præbuit apud hortum Iudas. Vbi ingreditur locum sibi notum mox accessit, seu potius irruit in Magistrum, & osculo quasi vulnere influcto, ait: *Aue Rabbi.* Apud Marcum Græcè legimus nomen *Rabbi* duplicasse. *Aue Rabbi, Rabbi.* Quare? Caiet. *In signum maioris reuerentia, & affectus; ut perfecta esset simulatio.*

7. *Quenā hæc saluatio?* At apud Matthæum, *Salue, (ex Græco) gaude, Rabbi.* Quam appositè! In de enim Iesu ingens gaudij, & exultationis seges, vnde suo sanguine totum redimit orbem. Quod si peccatum confitereris, gaudium prorsus adaugeretur. *Gaudium enim Deo super uno peccatore penitentiam agente.* Luc. 15. Ideo Iesus inclamat. *Iuda osculo Filium hominis tradis? Ad illa verba: Ecce turba, & qui vocabatur Iudas.*

LUC. 22. *Cyril.* Luc. 22. D. Cyril. fatur, *Dicit, Qui vocabatur Iudas, quasi nomen eius habens exossum.* Quare igitur Iesus hoc inuiso sibi vocabulo vititur? Profecto ut innuat videnā verè gaudio esset perfundendus. Iudas enim sonat confessionem. Ac si diceret. Me gaudere iubes? Gaudium meum plenum omnino, si post traditionem crimen confitearis.

Stultè Iudas conatur dissimulare prodicionem.

8. **V**idimus Iudam conatum esse ita militibus Iesum manifestare, ut simul, osculo præmissio, suā Iesu absconderet prodicionem. Id quod stultè Iudas architatus est. Quoniam modo enim se se amicum posset ostendere, qui cum hostibus Christi inibat societatem? Ad hæc Theoph. *Theop. Vide eius insensibilitatem. Quomodo credebatur in osculo Christum decipere, ut quasi amicus æstimaretur. Si amicus eras, o Iuda, cuius gratia (siue quare) cum inimicis accessisti? Sed omnis prauitas sine prouidentia est. Vltinam scaperes, ac nouissima prouideres. Profecto ob respectum ad carmen Dauidicū ostendam peccatoris insensibilitatem, & stultitiam, ex pœna, quæ illi in nouissimo respondet.*

9. *Virgines im- prudentes æternū cruciat stultitia.* Sultæ Virgines illæ absque prouidentia præparandi olei curā neglexere. Quarum profecto stultitiā Dominus ostendit, dum ait. *Amen dico vobis, nescio vos.* Mat. 25. Illud pende: *Nescio vos.* Defectus nē artis, aut sapientiæ apud Deum? Minime. At tamen existimo inscitia vocabalum à Domino vsurpatum esse ut eternum miseræ mente volentes verbum illud: *Nescio vos,* propriæ recordaretur inscitia, vnde horribilius torquerentur.

10. *Et Diuitem.* Confirmo ex Diuite malè prouido audiente. *Stulte, hac nocte reperent animam tuam à te.* Luc. 16. Misero æterna tunc pœna annunciat. Stultus autem appellatur à Deo, ut eternum stultitia interminabili stultitiæ consideratione, & obiectu puniatur. *Basil. hom. in Diui. Audi miser, te dignam appellationem. Stulte, hac nocte animam tuam*

*Stultus peccator, cuius stultitiæ apud Tartarū

OBSERVATIO I.
MORALIS PANEGYRICA
CIRCA LITTERAM.

abs te repetent. Superat aeternam penam
errisio hęc stultitia.

IT. Belluarum nomina peccatoribus

Pecca- tor bel- lua bei- linator queretur inscitia. sacra in Pagina accommodantur. In- menta appellat David Psal. 48. Serpē- tes, seu Viperas Baptista. Mat. 3. Equos Jeremias. Cap. 5. Vulpes Salomō. Cā- tic. 2. Per peccatum enim stultus de- linquens ab humanitate, seu rationa- litate recedens, ad belluinam insci- tiam declinavit. Vnde suppliciū Do- minus illaturus, peccatori molam al- ligat asinariam in profundum baba- thri demergendo. Vti scilicet æterna insipientiæ consideratione in rota, seu rotata interminabilitate torquea- tur. D. Ambro. ad hęc. *Postquam pec- casti, aliud esse, capisti; (Scriptura enim paulo ante) peccantem non hominē, sed serpentem, aut equum, aut vulpeculā aut iur. entū vocare consuevit) & illud, quod eras esse desisti. (ōdæmnaris autem in eo, quod ipse mutatus es. Vti scilicet insci- cię torquearis obiectu.*

12. In morē pecudis viuentes pecudes in infer- no. Psal. 48. Facilis iam Davidici carminis sen- sus. *Sicut oves in inferno positi sunt.* Psal. 48. An non oves iustorū simulacrū? Quare igitur sicuti oves peccatores in inferna detruduntur? Ad eos cre- do dirigere sermonem Vatē, qui sub ouilli vestimento lupos rapaces imi- tātur, qualis Iudas, qui simulata ouis mansuetudine, Saluatorem de oscu- latur, quem crudeliter dilaniare con- tendit. Cuius improuidentiam & stul- titiam supplicium manifestat. *Sicut oves enim, ratione utique carentes, in in- ferno collatus est.* Ad quem sensum me Chryso- st. adduxit fatus, *Sicut bruta vixerunt. Sicut bruta pereunt.* Siue nunquam desinunt deperire pecudū inscitiam imitati.

13. In laqueis Demo- Alibi Vates. *Ipse liberavit me de la- queo venantium, & a verbo aspero.* Psal.

90. Num bestię sunt laqueo vena- torio illigādi? Ita plane. Omnis enim peccator brutali laborat stultitia. Pul- chre D. Bernard. *Quid superbis ò homo? Quid te sciolum iactas? Vide, quia bestia factus es, cui venande laquei preparan- tur.* At vero in laqueum incidit, quā do æternis tormentis traditur. Vnde adijcit, *& a verbo aspero.* Ad que idē Pater, *Va tibi (inquit) popule stulte. Nec liberari vis de laqueo venantium. Nec a verbo aspero poteris liberari. Quodnam asperum verbum? An il- lud: Discedite maledicti? Non impro- bo. Attamen asperum verbum stul- titiæ vocabulum, Popule stulte. La- queis enim in morem brutorum pec- catores constituti in inferno illiga- buntur.*

Putas ne solis hominibus huius- modi calamitatem imminere? Ange- li enim æterno brutalitatis, ac stulti- tię obiectu ac consideratione crucia- buntur. *Sanguinem (inquit Dominus) animarum vestrarum requiram de ma- nu omnium bestiarum.* Gen. 9. Vbi Ru- pert. *Norme (inquit) bestiarum ma- ligni spiritus intelligendi sunt.* Quare in inferno collocati Demones bestiarū designantur appellatione? Quia (au- tore me) delinquentes ex Angelico cellso admodum intellectu ad stul- tiam depiarunt. Hinc Iob, *In Ange- lis suis reperit prauitatem.* Cap. 4. Heb. *Reperit stultitiam.* Respondens igitur peccato æterna stultitię consideratio nis pœna, apprimē peccatorum stul- titiam, atque improuidentiam mani- festat. *Omnis nāque prauitas (Vti Theo- philactus aiebat) sine prouiden- tia est.*

nis illi- gan. ur. Psal 90.

Bernar. serm. 3. ad hunc psalm.

14.

Angeli nūc bel- lue quia ob cri- mē stulti

Gene. 9. Rupert.

Iob. 4.

Theop.

OBSERVATIO. II.

Statim reprobus Iudas irruit in osculum illicò damnandus.

(*)

*Agiles
a pecca
ca signu
damna
tionis
præsefe
runt.

Ad
Illud:
Et cum
venis
set sta
tim ad
eū, ait.

15.

Ad cri
men fa
ciles,
properi
ad dam
nationē.

Psal. 11.

Rupert.
ad Cā. 5.

Diaboli
agilitas
delin
quentis.

Job. 1.

Grego.

Marcus statim Iudam ad Domi num accurrisse ait, Matthæus etiam confestim accessisse affirmat. An non o Iuda, deberes è tantæ innocen tiæ Iesu, vel è tantæ tuæ nocentiæ ob iectu retardari? Non fugiet milites

vincituros, qui vincendus appropie rat, *Surgite, eamus*. Proh damnandi ani mi pronitas, facilitas ad flagitium!

16. Quam verè Dauid! *In circuitu impij ambulat*. Psal. 11. Cur in circuitu impij dicuntur ambulare? Num quia in itinere non proficiunt, sed eodem semper redeunt? Sic Cassiod. Num quia semper anxietate interminabili circumaguntur? Ita Gregor. Ego autem circuitus, seu rotæ metaphora ad delinquendi facilitatem refero. Vti enim Rupert. ad illa verba: *Manus eius tornatiles*. Cantic. 5. profabatur. *Qui torno operatur, facilius, ac citius operatur*. Huiusmodi itaq; facilitati delinquendi æterna imminet ruina. Facilis ad peccandum es? Statim obiecto menti crimini assensum præbes? Perspicuum obijcis documentum, te nunquam quiete potiturum. Strab. sic.

17. Pondera, obsecro, Angeli excidētis in patrandò crimine agilitatem. In vno (ver. gra.) instanti creatus, in proximè sequenti instanti rotato cursu à voluntate diuina deuiauit. Vndè circuit in æternum. *Circumui terrā*. Job. 1. Quare æternus Sathanam circulus circumuoluit, & horribiliter discruciat? Quia tanta facilitas in delinquēdo huiusmodi erat pœna flagellanda. Pulchrè D. Grego. *Sathanam labo*

rans, circuit, quia quietus in cæli culmine stare contempsit. Huiusmodi enim facilitate ad flagitia accurrens peccator plerumque à via excidit salutari.

Beatus (rursus Vates) vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentie non sedit. Psal. 1. Vbi Cassi. *Considerandus est ordo verborum, Abijt, stetit, sedit. Abijt enim homo, cum recessit à Deo. Stetit, cum delectatus est peccato. Sedit, cum in sua superbia confirmatus, redire non potuit. Confirmatus, inquam, in sua superbia*. Illud expende: *Qui non abiit*. Recessus à Deo signatur abeundi vocabulo. Ac si quis delinquat in morè illius, qui abiit, qui recedit, qui fugit. Qua quidem metaphora agilitas ad delinquēdum exponitur. Qui igitur tam facilis ad delinquendum est, *in cathedra pestilentie sedet. Quare redire non potuit*. Quæ exaggeratione in felicem huiusmodi hominis agilis, ac proni ad delinquendū, (qui vel antè gehennam reproborū, seu damnatorum more propter persistentiā in culpa quodammodo est irreuocabilis) innuit statum.

Dum in fatuum, & in fatuatum Iudam ad iniquitatem facilem, *confestim* accedentem, & stridentem, *Aue Rabbi*; oculos conijcio: videor illud Pro uer. audire. *Præcordia fatui quasi rota carri, & quasi axis versatilis cogitatus illius*. Cap. 33. Vt enim illa rota, & axis pro sua cognata volubilitate mox ac circumuoluitur, stridet: ita plane & impius Iudas, cuius consilium in fatuatum, *confestim* uoluitur, ac stridet, *fatus, Aue Rabbi*. Quam pulchrè huiusmodi volubili stridori respondet o Domine, *vox tonitruitui in rota!* In cuius expositionem memini, me apud magnum exemplorū Speculum legisse,

18.
Facilis
ad deli
ctū qua
si hic dā
natus.
Psal. 1.
Cassio.

19.
Rotatus
ad deli
ctum Iu
das tor
queretur
in rota.
Pro. 33.

legisse, Iudam rotę ingēti illigatum, interminabili agitatione circumuolui, horribili itridore excitato; uti pœna illa agilitati, ad crimen perpetranda, responderet.

20. Ex Davide cōfirmo. Plal. 72.

Appositę, ad hæc David, *Propter dolos posuisti eis, deiecisti eos, dum alleuarentur.* Plal. 72. Aliter ex Hebreo vocabulo *bachelacoth.* In lubricitatibus constitues eos. Velit fesus. Propterea quod statim ad dolos accurrerunt cum Iudastatim accedente, & dolosis labijs osculante Iesum; posuisti eos torquendos in locis lubricis, rotis eos alligasti, ut interminabili circumagitatione eleuantur, & deiciantur.

* Sacilegis com muni cibus in digne, aut tem pla de turpanti bus pre poperu suppli ciam. Ad illud: Et oscu latus est eu.

OBSERVATIO III.

Pacis instrumento tam hominibus salutari abusus Iudas, illico damnatur.

Quam equidem irreuerentiam taxans Dominus, ait, *Iuda osculo Filium hominis tradis?* Ad quę verba D. Ambro. *Amoris pignore vulnus infigis? & pacis instrumento mortem irrogas? Filium hominis tradis? Magna, o Domine, significatio potestatis.* Quali diceret. Quia in pacis instrumentu deliquisti, eo abutens in animi ruinam pignore, quod planę ad eiusdem salutem fuerat ordinatum: Iesum mox potentissimum Iudicem experieris. *Improbam* hanc Cassia appellauit *iniquitatem.* Quid mirum volanti corripit romphæa? Hinc in Eucharistia, templique violatores insurgam.

21. Ambro.

22. Contra indignę comuni cantes. Cassia.

Simon de Cas. ad hæc. *Aduertant, qui Christi corpus sacramentaliter tangunt, quoniam si fidei, & amoris desit integritas, cum osculante Iuda sortientur similem portionem* Quia videlicet Iesum Filium hominis potentissimum Iudi

cem experientur. *Qui enim manducatur & bibit indigne, iudicium sibi manducatur & bibit.*

Israelitę olim grauissimę in Domino deliquere. Nam *& tentauerunt Deum in cordibus suis, ut peterent escas animabus suis, & malę locuti sūt de Deo.* Quid tunc Dominus? *Ideo audivit Dominus, & distulit.* Ideo. Amõ punitionis loco (vti misericordię diuitias ostentare) *Ignis accensus est in Iacob.* Psalm. 77. Vbi Cassiod. ignem huiusmodi *charitatis accensionem* interpretatur.

23. Illicõ in Mânade lingen tes flagel lantur. Plal. 77. Cassio.

Verum enim. *Ianuas cœli aperuit, & pluit illis Manna ad manducandum* Id est, eos Eucharistia refecit, eodem auctore, *Et pluit super eos sicut puluerę carnes.* Queis quidem terrenę, pulueru lentę que cupiditates significantur, vti idem Pater exponit. Quid plura? *Adhuc esca eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos.* Illud: *Esca eorum* expende. *Dum scilicet* (ait ille) *Manna, & coturnicum caribus vescerentur.* Desiderijs terrenis implicitus Eucharistiam absumis? Quam velox supplicium! Hugo Card. *Non diu distulit vindictam. Quia adhuc esca eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos.* Qui quę distulerat, quãdo contrã ipsum Deum inuisibilem insurrexerūt, illicõ sumit vindictam, quando amoris pignore abutuntur.

Hugo.

Exemplum in eodem Iudaa exhibebo. Iudas multa latrocinia committens, quia fuerat. Ioan. 22. patienter fuit a Domino toleratus. Idem verõ ad factam Synaxim indignę accedēs, incunctanter in Diabolicam ditionē emancipatus est. *Nam post bucellam, tunc introiit in eum Sathanas.* Ioan. 13. Vbi Pascha. *Iudas, donec bucellam acciperet, quamuis mente sanus, interdum tamen a Domini bonitate leniter crebro-*

24. Sacilego Iudę in oxsup pliciam.

Joan. 13. Pasch. ad Mat.

que

que monetur. Sed postquam indignus mystica presumpsit, inuasit eum Diabolus. Ut vel viuens descendat in infernum sacrilegus, aut in sacrilegum illicò infernus ascendat.

25. Mox Oza tēpli violator abripitur. Nyssen. Ora. 11. in Can. Iam ostendo, quam velox vindicta in templi violatores. Totum corporis, ac capitis cultum Moyses prescribens Sacerdotibus, nullum pedibus ornamentum imperauit. Exo. 28. Quare? Respondet Nyse. Hoc ipsum *pedi Sacerdotali cultus erat loco, quod ab omni tegumento nudus, ac immunis esset. Nam Sacerdoti incedendum erat sacro in pavimento, quod cadauerosis pellib⁹ calcere non fas erat.* Iuxta illud ad Moysen, *Solue calceamentum de pedibus tuis, terra enim, in qua stas, terra sancta est.*

2. Re. 6. Exo. 3. Oza itaque accurrit ad Arcā, ut labentem de plaustro teneret, & percussus à Deo est *super temeritate sua, & mortuus est ibi iuxta arcam Dei.* 2. Reg. Quare illicò punitur? Quia voluptatibus vacans, (uti placet Doctoribus) non nudis pedibus terram sacram cōtigerat. Et licitis profectò ille matrimonij voluptatibus operā dederat. Quid immundo igne conflagrans? Imo quid sacratissima abutens Basilica, ad immundos excessus?

26. Nadab & Abiud con-festim absumuntur à flamma. Leu. 10. Nadab & Abiud Aaronis filij sacrarum ceremoniarū violatores, dū alienum offerunt ignem, ab vltice flamma illicò exiliente absumuntur. Leu. 10. Vbi Doctores obseruant leuiter hos duos Sacerdotes deliquisse ex ignorantia quadam, & inaduertentia, quam facile tunc primū coram frequenti populo sacrificantes, potuerunt incurrere. Attamen pœna plectuatur incunctantèr capitali. Cur hæc? Respondet Abul. Quia leuissimè in Deum culpæ maiores pœ-

nas merentur. Ego autem aptius argumento dixerim, quia vel leues culpe apud sacratissimum tēplum, graui sūt, & p̄propere supplicio vindicā dē. Præcipuè verò si vel leues huiusmodi excessus ad libidinem pertinere videantur. *Idcirco* (inquit Petrus Dam.) *cælesti sunt igne consumpti, quoniam alienum ignem offerre Domino presumpserunt. Altaria quippè Domini non alienum, sed diuini amoris ignem accipiunt.*

Petrus Dami. Epil. 12. c. 4.

Inuenit Iesus olim in templo *uedentes oves, & boues, & columbas, & vularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo.* Ioan. 2. Vbi Orig. *Consideremus* (ait) *nè enorme videatur, quod Dei Filii, captis funiculis, parat flagellam, ad eijciendum eos de templo.* Mirum nè Agnum, qui coram tondente se obmutuit, in leonem tunc conuersum, ut incunctatèr assumeret vindictam? Id sanè referendum arbitror ad criminis qualitatem. Apud templum enim commissa flagitia velociori plaga assolent vindicari.

27. Christus illicò punit templi violatores. Ioan. 2. Orig.

In conspectu iudicis delinquis, & vis eum uti tarditate ad vindicandū Iudæ flagitium coram Iesu mente voluens Propheta, cecinit. *Quoniam dolosè egit in conspectu eius, ut inueniatur iniquitas eius ad odium.* Psal. 35. *Ad odium* (inquit Hugo Car.) *id est, ad vindictā.* Nihil enim vindictæ proximus quam coram Domino delinquere. Rem illustrat D. Ber. *Diuino se se vultui sistere non veretur, tanquam domesticus intrat, & exit, Magistrum salutat, genua flectit, osculatur ore sacrilego, dolosè agit; sed in conspectu Dei, ut inueniatur iniquitas eius ad odium.* Siue ut illico vindicta afficiatur iniquitas.

28. In conspectu iudicis delinques mox pœnas iuit Iudas. Psal. 35. Bern. in Decl.

Luciferi exemplo roborabo. Non semel

29.

Et Ange-
li. semel miratus sum illius horribilis
supplicij velocitatē. Delinquit, mox
ad inferos deturbatur. Quare? Ve-
rum præter quam quod Angelica na-
tura irrevocabilis erat ad frugem me-
liorem: qui in Domini, Iudicis utiq;
conspetu delinquebat, quasnam po-
terat inducias excogitare? Ezechiel,
Eze. 28. *In multitudinis negotiationis tuae* (Ange-
lum Deus alloquitur delinquentem)
repleta sunt interiora tua, iniquitate: &
peccasti, & eieci te de monte Dei. Cap.
28. Ac si in monte sancto Dei siue in
templo in morem vendentium, & e-
mentium, Diabolus negotiaretur,
In multitudinis negotiationis tuae. Quid
mirum enim, qui in conspectu Domi-
ni delinquebat, incunctanter flagel-
lam? *Peccasti, & eieci te.* Id quod D.
Chryf. Chrysol. confirmat, fatus, *Despera-*
fer. 16. *tus incurrit, qui in ipsis Dominantis ocu-*
lis offendit; & excusatione caret, qui fa-
ctus ipso iudice teste, committit. Sic Dia-
bolus, cum esset Angelus, dum in Dei su-
perbit aspectu, lapsus ad terram, ad tarta-
ra deiectus, in Diabolum mutatur ex An-
gelo. Particulam illam libra: *Dum su-*
perbit, lapsus ad terram. Ac si illud ip-
sum superbiere, & eleuari, deiici esset,
& ad tartara detrudi. Tam velox vin-
dicta super templorum violatores.

*Vir-

tuosa e-
xercitia
non de-
seri à
peccato
re, reu-
er-
sionis
signum.

Ad

Illud:
Es of-

calatus
est eū.

30.

Beda.

OBSERVATIO VI.

Num salutare iudæ osculum ex-
titisset, si addidisset amplexum,
id est perseverantiam?

(*)

De osculi signo à Iuda exhibito
Beda inquit, *Adhuc habet aliquid*
calatus Iudas de verecundia Discipuli: cum eū
est eū. non palam tradidit persecutoribus; sed per
signum osculi. Cur igitur benignissi-
mus Iesus non illum ad meliorem fru-

gem reuocavit? Quia (autote me) nō
mysticè addidit Iudas amplexū. Men-
tem expono. Conferunt equidē pro-
bæ actiones, vt potè adorationes, ge-
nuflexiones, orarij recitationes, & cæ-
tera huiuscemodi (tanquam remouēs
prohibens) ad salutem. Non semel
Deus ad misericordiam ex huiusce-
modi actionibus excitatur. Sed tunc
plerumque, cum homo hisce actiōni-
bus perseveranter inhæret. Demus
benerabili Doctōri, gratia differēdi,
aliquid verecundię in osculi tradito
signo fulgurare. Hoc autem *aliquid*
de verecundia Discipuli illorum exer-
citantorum, de quibus sermo my-
sticam expressiōnem existere cōtem-
plemur. Deberet profectō Iudas am-
plexu Dominū illigare, firmiter que,
hædere in morem, vitali arbori ad hæ-
rescere. Leuiter accessit ad osculum,
leuiter recessit. Quid mirum absque
medicaminis effectu perijisset?

Filium Vidua illa olim habebat in 31.
gremio, mortuum utique, cum acce-
dens Elias siue mysticus Iesus, ait, *Da*
mibi filium tuum. Tulitque eum de sinu
græm, & portavit in cœnaculum, vita pla-
ne donandum. 3. Reg. 17. Vbi illud
aduertam, è gremio materno, seu ex
Ecclesiæ brachijs à Iesu mortuum, vt
fufcitaretur assumptum. Ille namque
ad vitā sæpè reuocatur, qui apud do-
mū Iesu firmiter perseverat. Ad hæc
Gillibert. *Non expedit tibi, extra ma-*
terni sinus ambitum reperiri, ne forte non
tollat te verus Elias in cubiculum suum.
Tolle, bone Iesu, & hunc mortuum nostrū
de matris gremio. Inclamantem profe-
ctō, *Tenui eum, neque dimittam.* Appo-
sitè equidem Simon Casi. *Nec nota-*
batur (inquit) Iudæ animus, cum fune-
reum ex anima mortua, extra Christi tan-
geret sanctum corpus. Illam particulam:

Extra

Extra adnota precor. Id est, *Extra domum*. Ac si diceret, Animus Iudæ nō mutabatur, nec ad contactum Dominici corporis ex osculo Iudæ cadauer resurgebat; quia *extra domum* Dominicam commorabatur. *Elaboret ergo* (ait D. Gauden.) *omni studio unusquisque nostrū permanere in domo Domini.*

Disce hinc in Religionis monte, Dei domo, constitutus, nullatenus inde transmigrare, sed ibi firmiter hærere, licet enim vel ægrotans, vel vitæ functus reperiaris, ad vitam tandē à diuina probabiliter valdè vocaberis munificentia. Id quod Dauid in- clamabat, *In Domino confido, quomodo dicitis anima mea, Transmigrā in montē, sicut passer.* Psalm. 10. Augustin. egregie, *Unus mons (Religionis auctore Casiod.) est in quo confido; quomodo ergo dicitis, ut ad vos transeam. Quod si hoc fecero, ero sicut passer, aucupis iaculo perimendus.*

33. Quid, *Ero sicut passer?* Manifestam profectò hic allusionem inuenio ad coruum è mittica Dominica domo recedentem. Reuertebatur equidem, sed nō inibi diū commorabatur, (vti ad notat Caiet.) vnde domui non hereticens firmiter, perijt omnino. Haud aliter Iudas Iesu domum dimit- tens, cum post bucellam egressus est, rursum pergīt ad arcam, simulans columbam, pro oliua referens pacis in- signe, *Et osculatus est eum.* Recedens deniquè à domo medis in mundiali- bus fluctibus suffocatur. Euseb. com- plet. argumētum. *Perfectus est, qui dice- re potest, in Domino confido, quomodo dicitis anima mea, Transmigrā. At imperfe- tus est, qui ex hoc in illum locum emigran- do, circumcursat.*

34. Mihi igitur indicat, quid Iudæ pro- fuerit è *Discipuli reuerentia*. (loquor

cum Beda) exhibuisse? Non ne benigniter excipitur? Non ne inter amicos adnumeratur? Non ne affectuosis ver- bis admonetur? Non ne opportunis inspirationibus excitatur? Quid plu- ra? Ex osculo signum præferbat Iu- das, ne ab Angelis ab hominibus, à creaturis irrationalibus post tantum patratum flagitium, percuteretur. *Et posuit Dominus in Cain signum.* Gen. 4. Ge. 4. Ne videlicet à quocumque Diuinæ Maiestatis iniuriæ impeteretur vltro- re. Num Iudæ fuit osculum, quod Caino signum? D. Hieron. *Tradidit persecutoribus per signum osculi. Hoc est signum, quod posuit Dominus in Cain, ne quicumque inuenisset, occideret eum.* Non ipse cucurrisset ad laqueum, nulle ne ei creaturæ auderent inferre nocu- mentum?

OBSERVATIO. V.

Iesus in actione cum osculan- te Iuda, non in affectu conueniebat.

Docet Iesus Religiosos, in co- munitate que degentes, quomā- modo possint cum improbis socijs circa actiones communes conuenire, ab eisque animo longè separari. Au- tor huiusce cogitationis Simon de Cas. fatus. *Et osculatus est eum. Ecce ve- ritas, & falsitas: bonitas, & iniquitas: hu- militas, & superbia: patientia, & ira: Charitas, & inuidia: liberalitas, & auari- tia in actibus, non in animis conueniunt. Christus omnium origo bonorum, in suis virtutibus, & moribus semper idem.*

David Christi agens personam, tibi sit in exemplum. *Habitauit cum ha- bitantibus Cedar, multum incola fuit ani- ma mea. Cum his, qui oderunt pacem, erā pacificus.* Psalm. 119. Quid Cedar? Hu-

*Qui ne
cessario
degit cū
impro-
bo ius-
tus, con-
ueniat
in con-
uiuio,
non in
affectu.
Ad
illud:
*Et oscu-
latus
est eum.*
35.
Calsia.
lib. de
Pa.

36.

go Card. *Cedar seu Tenebra, significat presentem mundum, in quo malitia regnat, & amatores ipsius tenebrosis actibus involutos occupat.* En iustos inter peccatores actionibus consentientes communibus, minime in animis conveniētes.

37. *Proprio etiam ore profatur Vates. Cum hominibus operantibus iniquitatem, cogor in habitare. Fritici nāque in morem, inter zizania dego, simul vescimur, bibimus. Et non comunicabo cum electis eorum.* Strab. *Et non combinator in delicijs eorum.* In corporeis actionibus combinabor, in animi consensu longissime recedā. Concludit pulchrè. *Singulariter sum ego, donec transeam.* Psal. 140. Hebra. *Singulariter simul sum ego.* Quonāmodo singulariter, siue solus, si simul cum peccatoribus commoraris? Quia simul habito, circa corporeas communitatis actiones, simul comedo, ambulo, dormio. At si ad animi affectū respicias, *singulariter sum ego, siue singularis;* (loquor cum Hugone Card.) *quia si cum malis corporaliter ambulo, consensus eis non præbeo.*

38. *Si patientissimus Iob Iesu imaginem referebat, appositè in cōspectu Iudæ de osculantis potest inclamare, Frater sui draconum, & socius struthionum.* Cap. 30. *Hærens homini, ne dicam Diabolo, serpenti doloso, crudeli, meam sinceritatem, & benignitatē minime exui.* De Iobo Chryl. inter

improbos degēte id profatur, quod de Iesu apud osculantem Iudam Casianus. *Hic, Ecce (aiebat) veritas, & falsitas: bonitas, & iniquitas: humilitas, & superbia &c.* Ille autem. *Columba Iob in medio accipitrum, avis in medio laporum, stella in medio nubium, lilium in medio spinarum, germen iustitiae in opido iniquitatis.*

Difficilis hominibus doctrina. *Facile est, (verbis utor Nazianz.) his, qui inter improbos degunt, vitium contrahere, quam virtutem impertire. Quemadmodum etiam facilius est, morbo alieno infici, quam sanitatem largiri.* Unde apposite Simon de Cassia illud apposit: *(Christus omnium origo bonorum, in suis virtutibus, & moribus semper idē. Inter tenebras enim elucere, proprium Dei, à quo lux vera procedit. Lux in tenebris lucet, & tenebrae ea non comprehenderunt.*

Prorsus diuinum iater fratres improbos inoffenso pede in ambulare. Sæpe miratus sum samuelis in tanta improborum fratrum sceletum colluione puritatem. Quo magis Filij Heli tenebricoso igne succendebantur, eo magis Samuel (cum eis corpore, supra se animo) ad diuinum rapiebatur amorem. An non id quid diuinum hallat? Philo Hebr. *afirmat Samuelem non tam fuisse hominem, quam vitæ genus afflatum diuinitus, & extraheraptum Numen.* Quia videlicet inter tenebras rutilus ambulabat.

SECTIO QUINTA.

Petri gladius.

Ex Cap. 18. Ioannis.

TEXTVS.

Verf. 10 *Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percussit Pontificis seruum, & abscidit auriculam eius dexteram.*

Verf.

Dixit ergo Iesus Petro: Mitte gladium tuum in vaginam, Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum?

COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES.

¶ Num Discipuli Dominum intellexissent.

S. I. **MON** Ergo Petrus. Matthæus non declarat quisnam fuisset, qui percussit Malchum. Et ecce (ait)

unus ex his, qui aderant. Vel ex tribus, quos Christus ad orationem secedens, adduxerat, vel ex undecim Discipulis vnus. Lucas verò omnes Discipulos, qui aderant, paratos indicat, ad pugnandum, fantes, Domine, si percutimus in gladio?

2. Non intellexerant Apostoli (prohabilitate aſſero) quod paulò antè Saluator dixerat. Apostolis enim profantibus, Ecce duo gladij hic: respondit, Satis est. Quia cum dixit, Qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium, minimè significauit armis sibi opus esse, aut ijs Discipulos vti oportere; sed tantum significare voluit, magnum imminere periculum, quod non solet ab hominibus nisi armis propulsari. Neque cū dicit, Satis est, significat duobus illis gladijs esse hostibus resistendum, nec pluribus opus esse; sed dicit, Satis est, quia nec illis, nec alijs gladijs sibi opus.

3. Cum igitur Christum omnes interrogassent, Si percutimus in gladio? Petrus antè quàm Christus responderet, Pontificis seruum percussit; quem, quia summi Sacerdotis minister erat, verosimile est, & audaciorem cæteris fuisse, heri sui auctoritate confisum, & infestiorum Christo, Domini sui inuidiam, & malevolentiam imitatum. Cum itaque

cæteris hic præiisset, primusque conatus esset manus iniicere in Saluatorem, Petrus Iesu responsum non expectans, audacem hominè in Christum irruentem maiori conatus est audacia repellere.

Simon obediens benè interrogauit, sed malè non expectauit responſionem.

(*)

Q Vem equidem Petri errorem ponderans Simon Calsi. Luculenter profatur, Petunt scientiam, siue licentiam Discipuli, si Dominum, & ergo Petrus, se ipsos tueantur gladio, aut si ferro impetant inimicos? Sed interrogatur in casu, si antè responsum exitur in opus. Fruſtra Petrus interrogat, dum antè Christi responsum ipse percussit. Non dedisset profectò licentiam malè agendi, aut taliter se tuèdi, qui malè actum verbis increpauit in Petro, & facto auriculam sanauit in seruo. Leuitate vsus est Petrus, qui antè responsum Domini vulnerauit. Paueis illustro.

* Veri obediens est, interrogare, & expectare responſionem.

Ad Illud: Simon Calsi. citat.

5. Iesus apud Pilatum. Omnis, qui est ex veritate, audit vocem meam. Cui Pilatus, Quid est veritas? Et cum hoc dixisset, iterum exiit ad Iudeos. Ioa. 18. Si interrogas, quare non expectas responſionem? Augusti. Credo in mente illi venisse continuo consuetudinem Iudeorum, qua solet eis dimitti vnus in Pascha, & ideo non expectauit, vt responderet, ne mora fieret. Qui interrogat Deum, nec responſionem expectat, vt iuxta diuinum præscriptum operetur, indicamentum præbet inter indignos,

5. Pilatus interrogauit expectauit responſionem. Ioa. 18. Augusti. Alcu-

ad numerandum, etiam cum bonæ operationis prætextu hospite diffugiunt in salutato. Quid ad percussio- nem?

6. O quam pulchrè David hanc ex cogitationem confirmat! *Elevatio ma- num mearum sacrificium vespertinum.* Psalm. 140. Id est elevo manus ad orationem, ut Deū interrogem. Quid? Num gladio utendum mihi aurora properante. Nam in matutino interficiebā omnes peccatores terra. Bellè Chrysostom. *Matutinum expectat vespertinum.* Expectat, inquam, quidnam à Deo circa matutinam internetio- nem, vespertino roganti affectui respondeatur?

¶ Num percussit Petrus Malchum antè Iesu comprehensionem, vel postea quam illicatus est?

7. Dissentire videntur Evangelistæ. Matthæus, & Marcus prius com- prehensionem memorant, post per- cussionem scribunt. Lucas vero ac Ioannes prius de percussione agunt, quam de comprehensione. Aliqui sentiunt, comprehensionem præcis- se, Matthæi nitentes verbis. *Tunc ac- cesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum. Et ecce unus ex eis, qui erant cum Iesu, extendens manum, exemit gladium, & percussit servum, &c.*

8. Opinor cum pluribus Petrum, antèquam Christus comprehensus esset Malcho auriculam abscidisse. Hisce moueor rationibus. Petrus & Discipuli, cū primū viderunt Chri- stum comprehendi, fugerunt; ergo antequam Iesus comprehenderetur, Petrus servum Pontificis percussit. Si enim Petrum Iesum illicatum as-

pexisset, haud ausus esset tot hostes inuadere. Præterea, Christus tetigit Malchum, & vulnere adhibuit me- dicamen, quod factum videtur manu non dum vinculis alligata. Verba de- nique Lucæ id omninò confirmant. *Videntes hi, qui circa ipsum erant, quod futurum erat.* Non Petrus & Apolto- li vi lebant, quod factū, sed quod fu- turum, id est futuram comprehen- sionem.

Quid ad Matthæum, & Marcum?

9. Communiter respondetur, vfos fuis- se anticipatione. Ego autem existimo sic exponendos. *Accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum.* Malchus & vnus aut alter militū audaciores mox post exhibitum à Iuda osculi signum, ac- cesserunt, & comprehendere conati sunt, quod cum Petrus aspiceret, ex feruore fidei (loquor cum D. Pascha.) *& charitatis, ex auiditate defensionis p̄j* Magistri percussit servum Principis Sa- cerdotum. Sed ab Evangelistis non potue- runt simul dici, quæ simul in vno tempore facta sunt. Videntes autem reliqui mi- lites, quæ Malcho acciderant, se se cō- tinuere, rei exitum expectantes.

¶ Num petrus deliquerit?

10. *Simon Petrus habens gladium, eduxit eum, & percussit Pontificis servum.* D. Augult. affirmat Petrum vulne- rando peccauisse. Quem aliqui se- quantur ex reprehensionis Domini- cæ consideratione. Taxavit eum; er- go deliquit. Non bona consequen- tia. Multa enim bona fide, & ignoran- ter gerimus reprehensionem obnoxia, quæ aliena à culpa non tam reprehen- duntur, quam erudiuntur.

Sentio igitur cum D. Pasca. Petrum minimè deliquisse, cū ex feruore fidei & charitatis accēderetur. D. Ambro-

Exponitur Euāgelistæ.

Pascha. L. 12. in Mat.

10. Sententia affir- mans. Augult. L. 22. cō. Faul. 6. 70.

11. Auſto- ris mēs.

lius,

Ambr. *lius. Petrus eruditus in lege, promptus*
 L. 12. in *affectu, qui sciret Phineæ reputatum*
 Luc. 22. *ad iustitiam, quod sacrilegos peremis-*
 set, percussit Principis Sacerdotum ser-
 num. Non itaque deliquit, qui ex

D. Leo. *iustæ vindictæ affectu vulneravit. D.*
 de Pas. *Leo. Petrus, qui animosiore constantia*
 domino cohærebat, & contra violento-
 rum impetus feruore sanctæ charitatis
 exarserat, in seruum Principis Sacer-
 dotum usus est gladio. Non ergo sede-
 liçto contaminauit.

I 2. *Haiusmodi à criminis suspitione*
 Liberat *Petrum eximit Euangelista, Simon*
 Euange *Petrus habens gladium. Simon idem*
 lista Pe- *quod obediens. Expono sic. Confide-*
 trum à *raut Petrus se ex præcepto Domi-*
 criminis *ni gladium habere. Dixerat enim Ie-*
 suspitio *sus gladium emendum, nec impera-*
 ne. *uit duos ibi obiectos gladios, Ecce*
 duo gladij hic, proijci, aut deponi à
 Discipulis. Habens igitur gladium
 Petrus ex præcepto (vti ipse intelli-
 gebat) Dominico, nec inutiliter ge-
 standum, quod vel tunicæ commu-
 tatione acquiri oporteret: eduxit eū,
 & Malchum vulneravit. Allicio Be-
 Beda. *dam ad meam interpretationem. Con-*
 sidera (inquit) Petri & amorem pium,
 & humilitatem. Alterum enim (gla-
 dium eximere) ex diligenti feruore fe-
 cit; alterum (Malchum vulnerare) ex
 obedientia.

Attamen Lucas indicat non omni-
 nõ fuisse decissam. Non enim ait
 Christum auriculam tepoluiffe, sed,
 cum tetigisset auriculam eius, sanauit,
 eum. Vnde probabiliter qui in hunc
 senserit modum, opinabitur.

Multi mylterium adinueniunt in
 dextere auriculæ percussione. Id
 quod nec affirmo, nec nego. Licet
 autem litteralem scripturæ sensum
 inquiri, & ab allegorijs abstinere
 contendo, attamen D. Paschasij at-
 texam mysticam huiusce loci expo-
 sitionem. *Non qualecumque (ait) in-*
 fligit vulnus, nec cuiusque. Sed seruo
 Principis Sacerdotum amputauit auri-
 culam dexteram. Quia ipsi Principes
 Sacerdotum iam seruierant peccati, quo-
 rum omnis auditus non in dextris, sed
 in sinistris erat: legis; & ideo iure am-
 putatur ab eis quidquid dextrum erat.
 Malchus Rex interpretatur, quia po-
 pulus Iudeorum, quamuis à Domino
 in Regnum sit electus, ipsi seruos exhibe-
 buerunt, culpis exigentibus, sempiter-
 nos. Et ideo præciditur ab eis auditus
 dexter, cum auferitur intelligentia diui-
 ni verbi. Petrus abscedit auriculam, quia
 accepit clauas Regni cælorum. Ille iure
 condemnat, qui absoluit. Sed solus Do-
 minus, qui præcisâ sanat, solus qui ex
 Iudæis quam plurimos auditum red-
 dit, &c.

I 4.
 Dexte-
 re auri-
 culæ my-
 lterium.
 Pascha.
 citat.

¶ De auriculæ abscissione.

I 3. *ET abscedit auriculam eius dexteram.*
 An om- *Num omninò auriculam Petrus*
 ninò au- *amputauit, ita vt decideret in ter-*
 ricula *ram? Satis liquidò ex Euangelistis*
 abscissâ *colligi non potest. Probabilius pror-*
 sus eam abscissam fuisse. Id enim scin-
 dendi, & amputandi verba, queis
 Euangelistæ vtuntur, præferunt.

¶ Iesu increpatio.

DIXIT ergo Iesus Petro, &c. Qua-
 tuor (ex Euangelistis collegi)
 rationibus conatur Iesus persuade-
 re Discipulis minimè vsu gladij oportere
 rapi ad vindictam. Prima. Mitte
 gladium tuum in vaginam. Omnes enim
 (ex Matthæo) qui acceperint
 gladium, gladio peribunt. Caput 26.

I 5.
 Abstinere
 à vulnere.
 Ratio

Beda.

Gladio utique spirituali. Sic Beda. *Omnes, qui gladio percusserit, gladio morietur, quia ipso peccato, anima morietur, quodcumque commiserit.* Caieta. facilius ad litteram. *Omnes, qui gladio ini- que interfecerint hominem, morte digni sunt.* Ut scilicet sententia Dominica non defacto, sed de merito intelligantur.

Caieta.

prehensores insurgis? Non hi, sed Pater calicem manu tenet, Pater me potari iubet, hi solum ministri. Accipite Simonem de Galsia. *Orauerat iā in horto, ut molleretur calix amarus, & inexauditus abscessit, de reto manum te Paterno, ut ipse biberet calicem passionis.* Inquit ergo Petro, Pater dedit calicem mihi, non alij reddunt. *Quis remouebit, quod Pater decreuit? Quis bibes, quē ego bibiturus sum? Non vis tu homo, quod vult Deus? Si non bibo, quis bibet? Si non patior, quis pro genere humano patietur? Amara est potio, sed sitim vos malis caloris aestuatis.* Haftenus ille.

Simon de Cal. ciat.

16. Secūla.

Ratio secunda. *An putas (ex eodem Matthæo) quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modū plusquam duodecim legiones Angelorum? Non ò Petre, tuo gladio indigeo, si hostium manus effugere intēderem.*

Chryf.

Rogat Chryfosto. cur non dixit, *An putatis, quia non possum omnes hos perdere?* Respondet, *Quia non dum constantem de ipso fidem habebant.* Vos igitur pauci, & infirmi milites, nempe duodecim (numerum Apostolorū retinens, Iudam que adhuc vti amicum adnumerans) A Patre possum non solum duodecim Angelos fortissimos, sed plusquam duodecim Legiones Angelorum impetrare, qui omnes hostes impetentes valerent cōminuere.

17. Tertia.

Tertia adhuc ex Matthæo. *Quomodo implebuntur Scriptura, quia sic oportet fieri? Ne ad mei defensionem Petre, insurgas. Oportet enim impleri Prophetarum circa meam comprehensionem, & passionem vaticinia.*

18.

Quarta. 10a. 18.

Quarta denique ex nostro Ioāne. *Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum?* Cap. 18. Pater iussit, calicem passionis amarissimum ū me absumi. Usque igitur ad extremam guttulam hauriendus. Quare existimas Iesum degustauisse acetum? Quia extrema calicis erat stilla. Vnde illicò Christus, *Consummatum est*, utique poculum, quod Patris volūtas propinavit. Quid ò Simon, aduersus cō-

OBSERVATIO. I. MORALIS PANE GYRICA CIRCA LITTERAM.

Iubet Iesus Discipulos acquirere gladios, non vt hostes percutiāt, sed vt potentes percutere, à vulnerando abstineant.

(*)

D. Ambros. hanc ex Petri ore indicat obiectionem. *O Domine, cur emere me iubes gladium, qui ferire me prohibes? Cur habere precipis, quem vobis promi?* Respondet acutè. *Nisi forte ut sit parata defensio, non ultio necessaria: & videar potuisse vindicari; sed nolluisse.*

Hoc Iesus vtitur argumento, vt Apostolum à vulneris inflexione reuocaret. *An putas, quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modū plusquam duodecim legiones Angelorū?* Mat. 26. Possum equidē; hoc mea benignitatis insigne; posse vindicari, sed nolle, immo potius malle tradi morti, quam operā nauare vindictæ. Adhæc Amb. *Multis (inquit) hoc mi-*
quum

*Præclarū homini, potuisse vindicari, sed noluisse Ad illud: *Habēs gladiū, eduxit eum.*

19. Ambros. L. 10. in Luc.

20. Exeplū Iesu.

Mat. 26.

quam videtur; sed non iniquus Dominus, qui cum se posset vlcisci, maluit immolari.

21. Ideo su per fecimur gladiū ge itat. Plal 44 Vbi D. Pascha. *Quam appositè David! Speciosus forma prae filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis. Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime. Psal. 44.*

Vbi D. Pascha. Post egregiam formam decoris, post gratiam diffusam in labijs, imperatur à Patre, ut accingatur gladio sua fortitudinis, ad vltionem inimicorū.

Si ad vltionem paratus gladius, bibret manibus rutilum, æthera vulneret, oculos fulgore perstringat. Profectò supèr fœmur in loco suo, siue clausus vagina, gladius reūdet; vt innuatur paratam esse defensionem: & simul appareat Iesum potuisse vindicari, sed noluisse. Genus namque nō vulgare vindictæ est, potuisse quidē, sed noluisse assumere vindictam. Vnde

Pasch. *benè Paschal. Accingatur gladio sua fortitudinis, ad vltionem inimicorū. Tūc enim vitus Dominus, quando percutiendi potestas non ad manum accedit, non ad actum reducitur; sed lateri hæret, sed reconditur, domino aliquandò durius concertaturo.*

22. Et ostētat ore. *Cum intenderet Iesus peccatores deterrere, apparet ore gladiū vtraq; parte gestans acutum. Num manu ætenueretur strictum? Minimè, sed ex ore Dominico procedebat gladius. Apoc.*

Apoc. 1 Pascha. *1. Refer ad mentem Paschalis proximi sententiam. Post gratiam diffusam in labijs, imperatur à Patre, ut accingatur gladio sua fortitudinis. Quod si ori gladius apponatur, nunquam minus pronus ad vulnus infligendum. Labia etenim gratiarum fons quoniam modo poterunt vulnere efficiat igo? Certe illa ipsa mansuetudo ò peccator, vulnus est. Nunquam potētior cordato gladius, quam cum parcat, dum vulnerare potest.*

23. Saul vul neratur dū par citur. 1. Re. 24. *David olim & resonantibus fidi bus cor Saulis demulcere curauerat, & pluribus obsequijs, ne dicam beneficijs, auersum animum ad se conatus fuerat reuocare. Quod cum omnia in casum admouerentur; accidit non finè cœlestis Numinis providentia, vt David nactus fuisset occasionem, qua impuē hostem potuisset comminueret. Potuit equidē, sed noluit. Vnde Saul facinus miratus inauditū, ad meliorem tunc frugem redactus, inclamat, *Iustior tu es, quam ego. Dominus reddat tibi vicissitudinem hanc pro eo, quod hodie operatus es in me. 1. Reg. 24.* Vbi Strab. *Abysse. inquit Saulem tunc penitentem de persecutione David. Quod enim tot tantoque officia, ac beneficia nō potuerant perfecit hoc, scilicet Dauidem potuisse quidem percute re sed noluisse.**

24. Apus Regno, qui par cendo, vincit. *Tunc Saul adiecit notanter, Et nūc, quia scio, quod certissimè regnaturus sis, & habiturus in manu tua Regnū Israel, iura mihi in Domino &c. 1. Reg. 24.*

Vbi queris, vndenam Saul certissimè regnatum Dauidem, & in manu habiturum Regnum Israeliticum, cognouerit? Hebræi apud Lyra. *Hoc sciuit per signum sibi datum à Samuele, quia ille regnaret post eum, qui scinderet vestē eius. Aptius ipse Lyra. Ex eo quod potuisset vindicari, & noluisset, constitetur ipsum Dauid esse dignum Regno. Ad nota itaque verba illa: Et habiturus in manu tua Regnum. Non solum expressa benignitate tua colligo, te regno potiturum; sed omnes subditos sub manu tua obediētissimos esse cōtinēdos. Quia videlicet qui potēs videri, non vult, potētissimè efficiet vel subditum perditissimum ad meliorem frugem reuocari.*

Nunquam igitur Rex tam potens 25.

Sic Deus.

ad subditos debellandos, quam cum abstinere à vindicandi potestate. Salomon sic expendit Dei ergà delinquentes benignitatem. *Non enim impossibile erat omnipotenti manui tuæ, immittere illis multitudinem versorum, &c. Sed miserere omnium, quia omnia potes.*

Sap. 11.

Sap. 11. Ac si diceret, Non solum peccatorum miserere, quia misericors es, vt misericordiæ præbeas documentum; sed quia omnipotens, vt omnipotentiam tuam possis, debellato sine vulnere peccatore, manifestare.

Cor. 9. Proh imperatorum fortissime, si tribulationem, si angustiam, si famem, si nuditatem, si periculum, si persecutionem, si gladium horribiles despicias hostes, quonammodo fragilis carnis tibi est formidini vulnus? Quia profecto hostium aliorum à longè emicat gladius, caro autem gladius ad manum. Egregiè Origenes. *Iste, qui cælestium virtutum aduersum se, si commoueantur bella, non metuit, carnem suam metuit, & ex ea consurgentes insidias formidauit, quando dicebat, Macero corpus meum, & in seruitutem subijcio. Qui de nobis procedit hostis, cauendus est ipse. Quis mirum à Paulo hostes longè distantes despici? Mirum proculdubio esset, si corâ præsentis hostio non contremisceret. Gladius enim sub manu valdè timendus.*

1. Co. 9.

Origenes L. 7. in Epi. ad Rom.

*Occasio delinquenti ad manum potestatis tenuissima.

OBSERVATIO II.

Percussit Petrus Malchum, quia gladium ad manum habebat.

Ad illud: Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum. Mat. 18. Hiero.

Ergo. Quam moralis consequentia! Habebat gladium? Ergo eduxit eum. Si Petrus abstinuisset à gladio, abstineret à vulnere. O quotiès, quia gladium occassionis ad manum habes, animo tuo exitiale vulnus indidit, fligis!

Hinc Dominus, *Si manus tua scandalizat te, abscinde, & projice abs te.*

26. Mat. 18. Vbi D. Hieronymus. *Igitur omnis truncatur affectus, & vniuersa propinquitas amputatur.* Illam particulam *Igitur*, copula cum Ergo Evangelistæ. Ergo Petrus habens gladium ad manum, eduxit eum. Igitur vniuersa propinquitas amputatur, omnisque à manu absterretur occassio delinquendi.

27. *Manus gladii tenes amputanda.* Mat. 18. Hiero.

28. Eximius miles, imò ducum imperator Paulus, *Quis (inquit) nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio?* (omnium formidabilius adiecit) *an gladius?* Rom. 8. Idem alibi. *Castigo corpus meum.* 1.

Rom. 8.

Vidisti foeminam lasciuientem Iosephi castissimi tenentem pallium, ipsumque Iosephum illud proijcientem. Ge. 39. *Ad quem locum D. Basil. Sel. Tenacibus manibus retentam permittens vestem, libidinis effugit ansam, fuga usus pro armis, tradit vestem, vt temperantiâ teneat. Armis vitur fugæ aduersus palium à foemina contactum? Ita plane. Contrectatio enim illa gladius erat, aduersum quem gladio fugæ vti Iosephum oportebat. Vnde idem Pater ingeniosè adiecit, *Omnia muliebria spiculata sunt.**

29. Gladium ad manum Ioseph fugit. Gen. 39. Basil. Seleu. ora. 8. de Ios.

Verba illa ponderanda: *Conuerte gladium tuum in locum suum.* Matt. 26. Gladij (ac si diceret) locus non manus, sed vagina. *Suū dixit. Vt innuat & gladium diuersa loca occupare debere. Ad domum mulierculæ diuertis? Ad locum gladij properas vulnerandus. Vidit olim David è salario suo mulierem lauante, & ipse lapsus est,*

30. Ad locum gladij accedentes corripiantur.

2. Re. 11

cum

cum tamen non ad locum gladij accipitis properasset. 2. Reg. 11. Et tu ad locum gladij accurris, & à vulnere liberari existimas? Quis nam huiusce gladij locus nisi meretricia domus? nisi theatrum? Porro D. Chrysolto. contra illos, qui ad gladij huiusmodi locum appropriant, fatetur. *David talis ac tantus latus est, huc vulneratus; tu te putas non posse ladi? Et ille quidem non vidit meretricem in domo, (gladium in loco suo) sed ex solaris domus sua: tu autem in teatro, ubi locus condemnat animam.* Hæc proxima verba haud cadant sine pondere: *Locus condemnat animam.* Si enim anima hæret loco gladij, quomodo sine exitiali vulnere recedet?

Chryf. hom. 1. in Psal. 50.

31. Ne carni gladium exhibeas. Rom. 6.

Indices, precor, quoniam modo, si fragilis caro locus gladij est, potero à tam proximi aduersarij vulnere liberari? Paulus ad hæc. *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato.* Rom. 6. Id est, ne carni vestræ arma, gladium scilicet aduersum spiritum præbeatis. Nostræ utique potentia, & prudentia est, carnem adedò infirmare, vt gladium illa minimè possit educere, imò vt omnino non habeat. Appositè Cyrillus Alex. *Nolite dicere, volumus; & non possumus; volumus continenter vivere, sed carnis fragilitate decipimur, & impugnamur stimulis eius. Tu das stimulos carni tuæ, tu illam aduersus spiritum tuum armas, & potentem facis, cum eam facias.* Quid illustrius?

Cyril. L. 9. in Leuit.

*Peccatū gladius animi in terne cas. Ad illud:

OBSERVATIO III.

Qui alium occidit, gladio peccati perit.

VT I Petrum ab instituto reuocaret Dominus, in clamat. Om-

nes, qui acceperint gladium, gladio peribunt. Matt. 26. Vbi huiusmodi à Doctoribus quæstio suscitatur. Non omnes, qui gladium accipiunt, gladio pereunt. Id quod non indiget probatione. Non igitur aptè à Domino prolatum, *Omnes, qui acceperint gladium, gladio peribunt.* De gladio spirituali aut inferni, aut peccati Saluator loquitur. De inferni gladio percutienti tyranos Simon de Cassia. De peccati autem romphæa sic Augustinus à me datus in Commentarijs. *Omnis, qui gladio percussus, gladio morietur; qui ipso peccato anima moritur, quodcumque (herbare videlicet) commiserit.*

Gladio peribit. Explicatur hic locus illo Genesios. *Deligno scientia boni, & mali ne comedas. In quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris.* Cap. 2. Cur addidit *Morte*, si, *Morieris*, sufficiebat? Scio Hebraismum esse, ac si diceret. Mortem incurretis, vt ait Lipom. At spiritualiter expendens cum Ambrosio, Voluit, declarare Deus mortis genus. Ac si diceret, *Gladio peribis, peccati gladio vulneratus morieris.* Quia *causa* (ait ille) *mortis inobediencia est.* Hoc gladio percussus & corpore & spiritu interim?

Consurrexit olim Cain aduersus Abel, & interfecit eum. Porro Dominus benignissimus, *Posuit in Cain signum*, nè à quocumque iuentus interimeretur. Genes. 4. Proh legislatoris futura præscriptio! *Qui gladio interfecerit, gladio peribit.* Iube fratricidam gladio vulnerari. Et cur gladio bis à Deo daretur Cain; si non Deus vindicat bis in idipsum? Iam se se Cain, percutiens fratrem, peccati gladio vulnerauerat. Pro verbo illo: *Et interfecit illum*, legit Philo. Hebr. *Et interfecit ipsum.*

Et percussit Pontificis seruum. 32. Mat. 26.

August. L. 2. de ser. Do. in mon. c. 29.

33. Gladio morietur peccator. Gen. 2.

34. Mortuus Cain liberatur à nece secunda. Gen. 4.

Philo
L. quod
deter-
rius po-
tiori,
&c.

Particulam autem: *Ipsum*, non de Abele, sed de Caino sic exponit. *Pri- ma quidem specie Abelem occisum sub- indicat; sin autem diligentius rem expen- das; ipsam Cain à se ipso. Proinde sic le- gendum, Insurrexit Cain, & occidit se ipsum. Et merito quidem. Peccatum namque gladius animo verius, quàm corporientis, mortem inferens.*

35.

Ex Isai-
a confir-
matur.

Isaias concinens profatur. *Tu au- tem proiectus es de sepulchro tuo, quasi stirps inutilis pollutus, & obuolutus cum his, qui interfecti sunt gladio. Cap. 14. De sepulchro tuo, id est, de corpore tuo. Cum his, qui interfecti sunt gladio; videlicet, cū hominibus gladio pec- cati interfectis. Vnde Septuag. Cum mortuis defossis gladio descendentes in infernum. Secundum quidem mi- seri animi sepulchrum, qui gladio peccati percussus pro sepulchro vti- tur corpore. Ailredus *Omniū* (ait) *reproborum sepulchra eorū sunt corpora.**

Ailred.
apud

36.

Peccato-
ris nul-
lus vsus

An non perspicuum signum læ- thalis vulneris animo inflati est, nul- li vsui hominem aptum remanere? Quis dubitet? Qui igitur gladio per- cutit proximum iniuste, se se gladio peccati sic vulnerat: vt nulli vsui ap- tus reperiat. Quodnam eviden- tius signum læthalis percussione?

Ge. 27.

Post benedictionem Iacobo imper- titam, Rebecca felici adolescētī, Ti- bi, o fili, frater tuus Esau mortem mi- nitatur. *Fuge igitur ad Laban fratrem meum. Cur utroque orbabor filio in uno die? Vulgariter iam circūfertur my- stica D. Ambr. expositio, Non qua- si metuisset Rebecca, quod adipug- nam venientes, mutuis conciderent vulneribus. Sed quod si alter alterū occideret, vterque incurreret mor- tem eodem die. Occisus quidē cor- poralem mortem gladio aris; fratri-*

Ambr.

cida verò mortem spiritualem gla- dio peccati. Hęc communiter. Ego autem huiuscemodi è gladio pecca- ti vulnus ex eo innotescere reor, quod postquam Esau interimeret Iacobum, nulli vsui ipse Esau aptus re- maneret. Se se igitur, occidēdo, oc- cissit. Pulchrè Caieta. *Cur utroque or- babor filio in uno die? Altero, quia occi- detur; altero, quia non erit mihi vsui oc- cissor filij mei. Et quidem peccator nō facile cuiquam bono vsui utilis re- peritur.*

Caiet.

OBSERVATIO IV.

Petrus iubetur in locum suum gladium adducere, vt tractent fabrilia fabri.

Matthæus autem, *Conuerte gla- dium in locum suum. Vbi scitè Si- mon Caf. Locus gladij est vagina, non hominis carro. Si nominis corpus locus ef- ficitur gladij, aut erit in corpore aliquid exortum impertinens secundum, atque cu- randa; aut erit in corpore culpa com- missa in eodem multando consilio iudicis. Quod ergo est medici agricultor omittat; quod verò est iudicis, pis- ator non faciat. Proinde iuste dicitur Petro, & omnibus spectantibus ad similem actionem, Con- uerte gladium in locum suum.*

* Ne te
alieno
muneri
ingeras,
quod
non di-
dicisti.

Ad
illud:
Mitte
gladiū
tuum in
vagi-
nam.

37.
Simon
Cafsi.
L. de Pa.

Huiusce sententiæ duplicem pon- dero particulam. Altera sic, *Quod est medici, agricultor omittat. An non locus agricolę termini versandi aratro, fœ- cundandi fimo, honorandi semente?* Si agricola suos terminos excedens, aratrum conuertat in calamum, colē- dos, terminos gerens, medicum, in papirum: deficient planè cadaueri- bus sepulchra, ipsique agricultori exitialis ruina parietur. Habet & Dia- bolus terminos suos, quos iam inde

38.
Quod
est me-
dici a-
gricul-
tor o-
mittat.

à para-

à paradisi exordio zizanijs seruit. Vnde ad illud, *Inter semen tuum & semen eius.* Gen. 3. Caiet. affirmat *semē Diaboli esse zizania*, quæ quidē malus hic agricola in medio tritici semper super seminare curat. Qui igitur ab initio huiuscemodi agriculturæ (aptius dixeris agri perditioni) operam dedit, sub mundi termino, ultra agri terminos exiliens medicinæ incumbet studio. Vnde quod est medici admittens, & hominibus, & sibi parabit ruinam. Appositè equidem Clemens Romani *Ista signa, quæ ad salutē hominum profunt, & aliquod boni hominibus conferunt, Malignus facere non potest.* (quia scilicet ultra exitialis agricolæ terminos) nisi in fine mundi tantum. Tunc admiscere ei conceditur aliqua etiam de dextris signis. Id est, ut agritudines sanet. Et propter hoc, tanquam qui exceßerit terminos, destruetur. Illud pēde: *Tanquam qui exceßerit terminos. Munus tuum ò Zabule, terminos zizaniarū semente deprauare, id quod ab exoriente mūdo præstitisti. Quid tibi cum ægrotis? Quid tibi cum calamo? Mitte ò miser, in locum suum,*

reuertere ad terminos destruendos, ne & tu ex alieno munere destruaris. Alteram expendo particulam *Cassiani, Quod est iudicis, piscator nō faciat.* Piscator reficiat retia sua, flumina percurrat, maria fatiget. An non tabernacula, siue tribunalia iudicum sedilia? Quid ergo cum tabernaculis piscatori? Vereor ne piscator assidere curans tribunali iudiciario, mundum afferat ad ruinam. Piscator Petrus iam rursū iudiciarium gladiū eduxerat, ab alieno que loco rapuerat, dum apud Thabor, *Faciamus* (ait) *hic tria tabernacula.* Mat. 17. Tabernacula? Quid cum iudiciario tabernaculo piscatori? Ad iudicis piscator munus properas? Mundo exites exitialis. Eleganter ad hæc Timot. Antioch. *Quid tibi in mentem venit, Petre? Quæ non didicisti, facere aggredieris? Retia didicisti contexere, num etiam tabernacula edificare? Tibi ue* (ait Iesus) *parebo, an mundum saluabo? Hicine maneam? Quis mundum redimet? Tui ne solius terram geris, an non totius mundi? Tractent igitur fabrilia fabri.*

39.
Quod est iudicis piscator non faciat.

Mat. 17.

Timot. Antioch. Orat. de Cru.

Clem. Rom. L. 3. Recog.

SECTIO SEXTA.

Comprehensio Iesu.

Ex Capite 26. Matthæi.

TEXTVS.

Verf. 56. *At illi tenentes Iesum, duxerunt ad Caypham Principem Sacerdotum.*

COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES.

¶ Num principes Sacerdotum, & Magistratus, & seniores ad comprehensio- nem Iesu venerint?

S. I. Redemptio.

¶ Væ testimonium dat occasionem quæstioni, *Dixit autem Iesus ad eos, qui venerant ad se Principes Sacerdotum, & Magistratus templi, & Seniores, Quasi ad latronem existis cum gladijs, & fustibus? Luc. 22. Matthæus autē affirmat eos cōuenisse in domo*

Caiphæ nocte illa. *Illi* (inquit) duxerunt Iesum ad Caipham, ubi scriba, & seniores conuenerunt. Cap. 26. Concordiam sic Beda excogitauit. Non, *er* se ipsos; sed per eos, quos miserunt ad comprehendendum Christum; quid aliud, quàm ipse in sua iussione potestate uenerunt? Hoc probabile.

Beda.

2.

Aucto-
ris mēs.

Probabilius tamen existimo uenisse ad Christum comprehendendum ex Principibus Sacerdotum, Magistratibus, & Senioribus nonnullis in domo uerò Caiphæ alios rei exitum expectasse. Caiet. *Tanta erat istorum inuicem cecitas, ut incredibilo non sit ex quo liber ordine (scilicet Primorum Sacerdotum, Magistratus templi, & Seniore m) aliquem personaliter aduenisse, & uo horruisse talem uisitationem. Sine itaque ad presentes per se ipsos, siue ad presentes per suos ministros sermo dirigatur: id utroque exponendi modo manifestat, hocce Primores tanti esse sceleris auctores.*

Caiet.

3.

Iesus il-
ligatur.

Ioannes denique testatur Cohortē, & Tribunum, & ministros Iesum comprehendisse, & illigasse, funibus nimirum, uel etiam ferreis cattenis ad robustiorem custodiam. Tum Discipuli omnes (Matthæo adnotante) fugerunt. Petrus uero, & Ioannes à fuga retracti, usque ad Domum Caiphæ sequuntur Saluatorem. *Cum Iesu* (inquit Orige.) *pro nobis omnibus moriente mori, ut nos uiuamus, hominum non erat, quoniam omnes fuerant in peccatis; & omnes opus habebant, ut pro eis alius moreretur, non ipsi pro alijs. Ideoq; aufugere permittuntur.*

Orige.

4.

Nū Ioa-
nes ado-
lesceos
sindone
amictus

¶ Num Ioannes adolescens sindone amictus? ¶ Adolescens autem quidam sequebatur eum, (addit Marcus) amictus

sindone super nudo. Cap. 14. Quisnam hic? D. Gregor. Beda, Glos. Ambro. Baron. affirmant fuisse Ioannē Euangelistam. Improbo hanc opinionem hisce nitens fundamentis: Ioannes tempore passionis agebat iam annū trigessimū, ut scite probat Caieta. Non ergo dici potest *adolescens*, siue ut ex Græco Originali, *adolefcentulus*. Deinde. Undenam Ioannes seu sindone seu cenatoria ueste (uti inquit Ambro.) indutus super nudo prodire cogeretur? Num probabile Ioannem uestium obliuisci potuisse, cenatorio indumento ad hortum pergēs? Minime igitur adolescēs hic Ioānes.

Caieta.
Jent. 6.

9.4.

Ambr.
Plal. 36.

Epiph.
har. 78.

D. Epiphanius reputat fuisse Iacobū minorem linea solitum ueste indui. Profecto nec tunc Iacobus adolescens, nec ullam vim adijcit lineæ uestis coniectura, quæ non sindon, sed uestis appellaretur. Marcus indicat non fuisse Apostolum, Discipuli omnes fugerunt. Adolescens autem sequebatur eum. *Adolefcent*, (inquit) *non Discipulus*. Si Discipulus esset, proculdubio dixisset. *Vnus autem ex ijs sequebatur eum.* Theoph. putat fuisse adolescentem ex domo, in quo cœnauerat Iesus.

Ego autem opinor fuisse adolescentulum aliquem horri seu custodem seu operarium, qui tumultu excitatus, & ductus curiositate, Christum secutus est.

5.
Aucto-
ris mēs.

OBSERVATIO. I.
MORALIS PANE GYRICA
CIRCA LITTERAM.

Principes, Magistratus, & Seniores personaliter ad Iesu cōprehensionem progrediuntur, ex ciuilitate uilescentes.

*Ira, & crudelitas Reges efficit, feruos.

Ad Illud: At illi tenētes Iesum.

Quis-

6. **Q**uisnam illi? Lucas *Principes Sacerdotum, & Magistratus templi, & seniores.* Quisnam tantam muneris celsitudinem, ac ingeniorum superbiam ad tam abiectum ministerium depullit? Audite, precor, Simonem Casi. scitè profantem. *Ecce Principes, & Magistratus, & Seniores personaliter progrediuntur ad nefas, qui per malè subiectos poterant cruda perficere. Nam saepe crudelitas vilescere fecit animos generosos, & dominationem coegit peragere officia seruitutis.* Munus igitur seruorum exequentur, quia crudelitas eos ad seruitutem deturbauit.

Simon Casia. L. 13.

7. Super bestias homo accepit dominatum. *Dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestiis terra.* Gen. 2. Principes terræ, nempe homines ob crudelitatem se se miserè in bestias diras conuersi addicunt seruituti. Chryf. *Tu, qui naturalem bestiarum feritatem in eam, que contra naturam est, mansuetudinem saepe commutas, quam habebis excusationem, tuam mansuetudinè naturalem inferitatem, que tua natura est inimica, conuertens?* Clamat iam Propheta. *Vbi sunt Principes terræ, & qui dominantur super bestias.* Bar. 3. Ac si diceret. Non sunt iam Principes, si ob feritatem conuertuntur in tygrida, homini vti mancipia obsequium præstitura.

Homo feruus post irā. Gen. 2.

Chryf. hom. 4. in Mat.

Bar. 3.

8. Seruus crudelis Hero. des.

Ioseph. L. 17. Ant. c. 10.

Vulgariter iam circumfertur locus ille Geneseos, *Iniecit vxor Domini eius oculos suos in Ioseph.* Ge. 39. Cur non dixit Domina? Respōdet D. Ambro. *Rectè quidem vxor Domini, non ipsa Domina dicitur. Nam quomodo domina, qua seruulis libidinis incentiua præstabat. At ego huiuscemodi seruitutem non ex libidine solum, sed ex iracundia, & crudelitate, qua Iosephum in carcerem detrudi imperauit, ortum habuisse reor. Princeps itaque Ægyptia illa ob iracundiam ipsius iracundiæ mancipium affecta est.* D. Chryf. egregiè, *Vxor Putipharis Ægyptiana quid erat Regina.* (potestate videlicet) *Num quia maximam habebat potestare? Illa quidè repulsam passa recessit, & alij anima morbo mæcipata est, nempe ira. Id est, mancipiū iræ facta est.*

9. Ægyptia addita seruituti. Gen. 39. Ambr. L. de Io. c. 5.

Chryf. ad Psal. 48.

Quam præclarè Theognis! **Nihil tam ò Cygne, iniustum est, quam ira, que dominum ledit, & animo commoto, miserè seruum facit.*

10.

* Verbi Dei libertas. Ad illud: At illi tenentes Iesum.

OBSERVATIO. II.

Christus apud hortum, nō apud templum, vbi docebat, illigatur, libertatem innuens prædicationis.

Constitutus in horto comprehenditur, qui docens in tēplo quotidie minime vnquā illigatus est. *Quotidie (ait Dominus) apud vos sedebam docens in tēplo, & non me tenuistis.* Quare apud templum nacti non sunt Iesu comprehendendi opportunitatem? Pulchrè Simon Cas. *Non ceperunt in templo docentem quotidie.* Turbarum ne verentes tumultum? Profectò altiori mysterio factum est, ne Christus docens caperetur in templo, in quo nec potuit lapidari. *Libertas doctrinae, atque verborum*

11. Met. 26.

Simon de Cas. L. 13.

rum

rum Dei profugitur, quod Christus in templo docens non capitur. Discant hinc verbi Dei preces in Regum conspectu non timere. Libertas etenim verbi Dei eum efficit terroribus, ac periculis superiores.

12.

Verbum Dei non potest illigari. 2. Tim. 2. *Prædicatorum Princeps Paulus sic concionatores eripere curat à timore. Verbum Dei non est alligatum. 2. Tim. 2. Ac si diceret, Quid in Principum, in Tyrannorum conspectu pavore concurimini verbi Dei fruētes libertate? Quando verbum Dei illigatum fuit? Exponit sic Celsia. Verbum Dei non est alligatum, neque conclusum aliquando fuit funibus Tyrannorum.*

Celsi. itac.

13.

Ideo non incidit in cor auari, vbi laquei. Num. 23. *An non fortissimæ ad comprehendendum avaritiæ cattenæ? Porro pressus avaritia incidit in laqueum Diaboli. Dominus autem posuit verbum in ore eius, scilicet Balaam. Num. 23. Cur non posuit in corde, vt de cordis abundantia os loqueretur? Profectò avaritiæ cupiditas cor miseri præconis possidebat. Orige. Iniecit verbum Dominus in os eius, quamuis non dum cor eius capere posset verbum Dei. Quare non poterat excipere? Adhuc enim erat in corde eius mercedis cupiditas. Si cupiditatis ibi laquei, non potest verbum Dei excipi à corde. Præcordia enim à cupiditate possessa potius carcer, quam hospitium, verbum Dei alligabunt, retinebunt. At verbum gaudens libertate, retinendum, alligandum non est.*

Orige.

14.

Est aurum vincula nesciēs. Ose. 2. *Aurum nescis vincula, profatus scitè Menander. Ex ipsius namq; prætio vincula quæque comminuuntur. Apposita sententia hæc ad Osee ex positionem. Nesciuit (de malis verbi Dei ministris) quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & aurum multiplicavi ei. Cap. 2. Vbi Hieron. pro auro pul-*

Hiero.

chra eloquia interpretatus est. Quid cum auro Dei verbo? Num quia verū que rutilat, flectitur, operit, præciosum est? Ita plane. Sed argumento affinius, aurum rectè exprimit pulchrum prædicationis verbum, quia sicut aurum vincula nescit, ita verbum Dei alligari non potest.

Vndè reprehensibilis admodum concinator, qui Regalibus curijs in clamans, ob Principū timorem amissa libertate verbi, illigatur, & constringitur. Bellè ad hæc Petrus Blesens. *Verum sacro eloquio pollens, qui tenetur fontes suos deriuare foras, talentum que sibi à Domino creditum cum lucro reportare, omninò in excussabilis est, si curialibus vinculis se iniecit. Quid illustrius?*

Pondera illud: *Qui tenetur fontes suos deriuare foras. Quam male, imo quam difficile fons incarceratur! Potest ne lux vinculis illigari? Porro per rimulas & ingressum molitur, & egressum. Haud aliter fons vix potest recludi. Quare D. Ambro. fatus. Domine, verbum tuum lumen est, verbum tuum fons est. Sapientia equidem clamat in plateis. D. Bernard. acutè, Et verè in plateis, quia in latitudine. Nescit contrungi verbum, nescit incarcerationi. Taxat Blesens. concionatores eos, qui talentum Domini terra in fodiant. Ac si tyrannide vsi iniuste verbum, liberum utique, vinculis, ac carceri amandarent.*

Experimentum capere curabant Iudei, num Iesus Dei verbum existeret? & in clamant. *Si Filius Dei est, descendat nunc de cruce, & credimus ei. Mat. 27. Si Filius Dei est. Id est, si Dei verbum potens animos conuertere. Vndenam, o Hebræi documentum accipietis Iesum esse Verbum? Si descendat,*

15. Carpuntur concionatores. Petrus Bles. Epi. 26.

16. Verbum Dei recludit potest.

Ambr. in Pl. 45.

Bernar.

Blesens. citat.

17. Confirmatur.

dat, si uolet, si se se facile à vinculis clauorum expediat. Quia uerbum non potest alligari.

18. **Verbū** minimè clauis impeditum. Mar. 15. Centurio uident, quia sic clamans, expirasset, ait, uerè hic homo. Filius Dei, seu Verbum Dei erat. Mar. 15. Ac si ad pulsationem Verbi Dominici, colligeret, id à vinculis solutum, sicuti Petrus è carcere eductus fores domus, ubi continebantur Discipuli, pulsabat. Iesus igitur vinculis adstringebatur, Verbum autem non potuit constringi. Vnde D. Bernar. Oculi pronuntiabat infirmum morte turpissima condemnatum, cruci illigitum: auri Dei filius. Dei Verbū innotuit. Quia uidelicet solutum diuagatur, & ad aures, ad præcordia pulsabat. Inde proculdubio pectora percutiendi dimanat affectus.

Bernar. fer. 18. in Cant.

OBSERVATIO III.

Magnam Christo properanti ad passionem, & mundi redemptionem, approbrium, vi comprehendi.

*Ultronens Iesus ad passionem sub eundam nostram pigritiam taxat.

Ad illud: At illi tenentes Iesum. 19. Pascha. L. 12. in Mit. **Q**VI ultroneus currebat ad uincula, festinabat ad mortem iustè conqueritur, Tanquam ad latronem existis cum gladijs, & fistibus comprehendere me: Vbi Pascha. Ac si diceret, Stultum est, eum quarere cum gladijs, & fistibus, qui ultroneus se uestris tradidit manibus. Proh ingrata cæcitas spõse.

20. **A**peri (ait Iesus) mihi sponsa mea, quia caput meum plenum est rore, & cinctus officini mei guttis noctis. Canti. 5. Quasi passionis suæ (Patribus attestatibus) ultrò minimè rogatus munera largiretur. Et tunc inter tenebras iam in lectulo, iam per plateas, iam ad hortum descendente[m] requirit Sponsam. O quam tenebris obcæcata dormie-

bat! Ad hæc Paschas. *Nimia cæcitas est, in nocte querere cum facibus ac si à uestris aspectibus declinantem, qui semper uobiscum eram clamans, Aperi mihi Sponsa mea. Quid ergo necesse fuit per hunc proditorem quarere me, & ac si fugientem, inuestigare. Quid est, quod agitis, nisi quia uos demonstratis esse in tenebris.*

21. **P**erspiciuo Iesus utitur argumento, ut probet se uoluntariè ad uincula tendere. Petro seruum Principis Sacerdotum uulneranti inquit. *An putas, quia non possum rogare Patrem meum, & ipse exhibebit mihi modò plusquam duodecim legiones Angelorum?* Mar. 26. O bone Iesu, recordare precor, te Patrem orauisse, uti calix transferretur, nec tamè exauditum. Hinc profecto infero Iesum uitroneum ad uincula properare. Vti Paternæ uoluntati subiacere constet, non est de trās motione calicis exauditus. Vt autem appareat ultroneum ad laqueos properare, aperit fore, ut infallibiliter circa Legionum Angelicarum præsidium exaudiretur si Patrem exoraret. Apositè Simon de Caf. *Subinfert Christus, quoniam conformate Paternæ uoluntati & suæ libens patitur, cum dicit. An putas, quia non possum rogare Patrem & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones Angelorum?* Casia. L. 13.

22. **A**n non ultroneus comprehenditur, qui cognoscens laqueos, minimè declinat? Iudas osculo Filium hominis traditurus, uenatorij canis instar, accessit ad prædam. At Iesus nullatenus aufugijt, sed doli præscijs, se se retibus implicauit. *Surgite eamus, ecce enim appropinquat &c.* Dauid ad Abner insidijs Ioab occumbentem, *Nequaquã (inclamat) ut solent ignaui, mortuus est Abner. Manus tua ligata nõ sũt, & pedes tui non sunt compe'dibus aggrauati.*

21. Ad probat Iesus.

Casia. L. 13.

22. Laqueos, non declinauit.

Theod. q. 13.

uati: sed sicut solent cadere coram filijs iniquitatis, sic corruisti. 2. Reg. 3. Vbi scitè Theodor. Non es ligatus, sed simulatio amicitie tibi vulnus intulit. Ac si diceret, ligatus nō est Abner, quia mortem non effugiebat, potius ipse Ultroncus simulati amici terendit ad laqueum.

23. Laqueis iatagit implica xi.

Dum obijcio menti Iosum Discipulos excitantem non ad fugam, sed ad appropriationem tradituro ex laqueorum præcognitione surgite eamus: apparet, quam appositè de illo.

Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos. Deute. 32. Ad quem locum Patchaf. Ergo ipse est aquila, qua dem prouocat pullos suos ad volandum, dicens, Surgite eamus: expandit alas suas super eos, ut protegat. Si ergo me queritis, scite hos abire. Laqueo eorum captus est insidijs. Cognoscebat insidias? Ita planè. Declinabat quas insidias Proditoris dignoscebat? Minime vero. Ultroncus igitur illaqueatus est, iustèque conqueritur. Tanquam ad latronem existis cū gladijs, & fustibus &c.

Deu. 32. Patch. L. 3. in Ith.



LIBER

LIBER QVINTVS.

CHRISTI PASSIO EX CAYPHA:

COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES IN CAP.

26. Mat. 14. Mar. 18. Ioa. Obseruationes morales panegyricæ in
Christum patientem.

DIVINIS Pastor ille, ouibus recedentibus illigatus ad Annam, ad Cay-
pham adducitur. Ex Abel pastor ouium à Cain agricola interceptus.
Ge. 4. Ad quæ Rupert. Totum, quod pertulit Abel, parabola
est vel figura Domini nostri Iesu. Fuit ille Pastor ouium, & Chri-
stus, Ego, ait, sum Pastor ouium. Et sicut Cain agricola persecutus est pasto-
rem Abel, ita Annas & Cayphas hunc Pastorem bonum occiderunt. Vnus
enim & alter cum illo Cain (de persequentium more) vnum corpus effecere.

MAT. MAR. IOAN.

Ex cap. 14. Mar. Vers. 55. Sumi vero Sacerdotes, & om-
ne consilium quarebant aduersus Ie-
sum testimonium, nec inueniebant.

Ex cap. 18. Ioa. Vers. 61. Iesus autem tacebat, & nihil
respondit.

Vers. 22. Vnus autem assistens ministro-
rum dedit alapam Iesu, dicens, Sic res-
pondes Pontifici?

Vers. 23. Respondit ei Iesus. Si male lo-
cutus sum, testimonium perhibe de ma-
lo; si autem bene, quid me cadis?

Ex cap. 14. Mar. Vers. 65. Et ceperunt quidam conspuere
in eum, & velare faciem eius, & co-
laphis eum cadere, & dicere ei, Pro-
phetiza.

Ex cap. 26. Mat. Vers. 69. Petrus vero sedebat foris in
atrio: & accessit ad eum una an-
cilla, dicens, Et tu cum Iesu Galilæo
eras.

PARAPHRASIS.

55. Nullus hostis capitalior Iesu, quam summi
impij Sacerdotes, qui quidem cum scribis &
senioribus conuenere. Et ne viderentur ho-
micidæ potius, quam læsæ pietatis ultores,
aduersam Iesum falsum testimonium venari
contendunt; nec tamen vltimam potuit hu-
mana versutia excogitare.

61. Ad hæc obtulit Iesus, nec quidquam res-
pondit. Frustra enim se se defenderet in-
nocentia.

22. At Pontifex, quo speciem aliquam legiti-
mi iudicij præberet, multa interrogat, quæ
cum Iesus modeste satisfaceret, quidam mi-
nistrorum, haud expectato sui Domini ius-
su, in faciem Iesu alapam impingit, addens
cõnitium, Siccine tu respondes Pontifici?

23. Respondit Dominus libere quidem, sed
mansuetissime. Loquor apud iudicem ei res-
pondeo rogatus, hic rationibus, non alapis
agitur. Si quid malè dixi, doce: si nihil ma-
li locutus sum, cur tu iudicis minister in iu-
dicio, tacente iudice, me diuerberas?

65. Iam equidem velut rite damnatum Iesum
quidam ex illis cœperunt conspuere, alij ve-
ro obtegere faciem eius, & colaphis impa-
tis, inclamare, Vaticinare, quis te percussit?
Haud difficile vaticinium. Sed Dominus
quasi velamine obtegens, se simulat non vi-
dere, ne illico punire cogatur.

69. Interea Petrum in atrio sedentem, ac pro-
cul triste spectaculum contemplantem adit
ancilla, fata, Tu quoque fuisti huiusce Gali-
læi affectator.

70. Petrus autem ad mulierculæ vocem exani-
matus, coram omnibus Domium abne-
gavit

At ille negavit coram omnibus, dicens, Nescio, quid dicis.

gavit. Quod cum non semel accidisset, galli cantu excitatus, & præcipue oculorū Iesu admonitione ad se reuersus, statim resipuit, & egressus foras, amarè defleuit.

SECTIO PRIMA.

Iudæorum calumniæ.

Ex Capite 14. Marci.

TEXTVS.

Verf. 55. Summi vero Sacerdotes, & omne consilium quærebant aduersus Iesum testimonium, nec inueniebant.

COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES.

¶ Cur Sacerdotes, & omne consilium falsa testimonia requirebant?

S. I.
Calsi.
respon-
sio.



VEREBANT aduersus Iesum testimonium. Quorsum, o deprauati Proceres, testimonium quæritis, qui in-

nocentem interim iam decreuistis? Intendebant proculdubio speciem aliquam iuris illi obtendere accusationi. Simon de Calsia. Inquirebant testimonia, ut zelo iustitiæ puniretur, quæ ipsi zelo inuidiæ sectabantur, & iustitiæ velamēto inuidiam, & animi crudelitatem palliare tentabant. Siquidem plurimi.

2.
Aucto-
ris placi-
tum.

Hoc equidem à me in Parap. datum, sed magis consonè & litterè, & Sacerdotum improborum procacitati, qui tam apertè Iesu collocabant insidias, reor, ideo testimonia contra Saluatorem quæsiisse, quia ipsis non licebat ad capitalis sententiæ accingi executionē, sed damnatum ad Romanum præsidem debebant adducere, ut iure examinatus ministratibus secularibus militibus reus supplicio capitali traderetur. Ideo quærent falsa testimonia, quæ apud Præsidem suū possint inuidiam palliare, Iesumque reum capitis persuadere. Confirmo

Caieta. ex Caiet. Quia non poterant Iesum dam-

nare ad mortem cum executione, reserua-
to iudicio mortis (id est, executionis capitalis sententiæ) Romanis, ideo quærebant testimonia, quibus possent apud præsidem Pilatum obtinere mortem Iesu.

¶ Num inuenerint hi falsa testimonia à se requisita?

NEC inueniebant. Græce bis legitur. Quærebant falsum testimonium, & non inuenerunt: & cum multi falsi testes aduemsent, non inuenerunt. Inuenerunt illi quidem falsos testes, qui falsa testimonia proferrent; at falsa testimonia non potuerunt inuenire. Nō semper qui in proximi exitium falsos adit testes, nactus est impiæ mentis executionem. Facillimè namque Iudex inuisibilis falsorum testium asolet in fatuare sententiam.

3.
Græca
lectio.

Num falsi testes? Ergo falsa testimonia proferebant. Ergo inuenerunt Sacerdotes, & omne consilium falsa testimonia, quæ quærebant. Fateor falsa testimonia inuenisse; sed minimè inuenere, quæ requirebant. Conabantur, enim aliquid aduersum Iesum confingere, & probare testibus iniquis, quod Iesum mortis esse ostēderēt reum. Id quod nullatenus nec

4.
Quod-
ninq̄
rebant
testimo-
nium?

post

ciat. At iudicium peruertens nulla-
tenus aut Deus aut Pater est, vnde
Cruas sine Deo, ac Patre misere
disturbatur, ac comminuitur. De fi-
lijs predictis Samuelis adiicitur. *Fuit
nomen filij eius primogeniti Ioel; & no-
men secundi Abia.* 1. Reg. 8. Quid
Ioel? *Fuit Deus.* Quid Abia? *Fuit
Pater.* Quasi post iudicij peruerho-
nem nec Deus iam, nec Pater esset.
Sic Rabanus. *Bene qui in inchoata in-
storia non permanserunt, Fuit Deus, &
Fuit Pater, nominati sunt.* Quare? Quia
sine rectitudine iustitiæ Respubli-
cæ plerumque & Dei & Patris pro-
tectione orbatur, vnde misere cogi-
tur deperire.

cum nullatenus audiretur, virgam
mittit in terram in dolosam serpen-
tem commutandam. Cur ita in cos-
pectu Principis iniqui portionem pla-
nè locum dolosus, confictus, quam
fidelis & verus adspicitur. *Putchre
D. Chryl. Probatus! Præceptum Do-
mini contemnitur, & persuasio serpen-
tis auditur; desipitur Deus providens,
& serpens auditur decipiens.* Proceri-
bus quidem hoc vitium magis genui-
num, vt velint magis mendacijs titil-
lari, quam dicis stimulari veraci-
bus.

Exo.
Chyfo.
Jer. de
Laps. ho-
mi.

1. Re. 8.

Raban.

II.

Non audiuntur viri veraces à Re-
gibus iniquis. Deus Moyli, *Ingrede-
re, & loquere ad Pharaonem & ege ræ
gypti.* Ille autem obiecit, *Quomodo
audiet me Pharaon, præsertim cum incir-
cumcisus sim labijs?* Exo. 6. D. Augusti-
nus transfert. *Ecce ego gracili voce sū.
Quid si gracilis sit vox? An mitteris
Niniuitas prædicatione alta reductu-
rus? Non ferrea voce tibi opus est,
sed sibilo aure tenuis.* D. Augustin.
appositè. *Mirum est tam gracili vo-
ce Moysen fuisse, vt ne ab vno qui-
dem homine posset audiri. An forte Re-
gius fastus non permittebat eos de pro-
ximo loqui secum? Ac si diceret. Vbi
Principis superbia aderat, ibi fide-
le, ac verum testimonium necessum
erat conticescere. Quia veritas à cõf-
pectu iniquorum Procerum able-
gatur.*

Veraces
exuiat.
Exo. 6.
August.
quæ. 16.
in Exo.

*Vbi
iniqui
Proce-
res, falsi
testes.
Ad
illud:

Principes iniqui requirunt falsos
testes, falsi testes Principibus
assident iniquis.

(*)

Quare
bat fal-
sum te-
stimo-
nium.
9.
Palcha.
L. 12. in
Mar.

VIX equidem Principum aspe-
xi iniquitarem, vix Sacerdotum
Principes, Ierosolymæ Proceres vi-
di iniqua testimonia quæritantes,
cum inelamavi, O quomodo testi-
bus iniquis, animi vermibus popu-
lus scatebit! Inueni mox D. Pascha-
sum huiusce cogitationis autorem.
Principes Sacerdotum quærunt fal-
sum testimonium aduersus innocen-
tem? Conuenient planè multi tes-
tes iniqui. *Miser populus, cuius Prin-
cipes iniqui sunt, & quorum seniores per-
uersi, qui multi falsi testes in eorum num-
quam desunt Consilij. Nam Princeps,
qui audit mendacia, omnes ministros ha-
bebit impios, quanto magis & si quæsie-
rit eos?*

10.
Dolosi
coram
impro-
bis Re-
gibus.

Vbi Princeps improbus, ibi do-
losi. Loquitur Moyses ad Pharao-
nem Regem iniquissimum. Quod

OBSERVATIO. I.
MORALIS PANEGRICA
CIRCA LITTERAM.

Iesu innocentiam nec falsa testi-
monia poterant obscu-
rare.

* Inno-
cètia nõ
obscu-
rantur
quæcia.
Ad
illud:
Quare
bat te-
stimo-
nium, nec
inuenie-
bant.

An bant.

123

An non cœlestis innocentia quæ nec hostium figmentis obscuratur? *Multis (ait D. Leo.) modis Iudaica impietas laborabat, ut occasionem aliquam perpetrandi in Dominum Iesum sceleris inueniret Mendacia, quæ falsi testes iniustus Sacerdotibus famulando, protulerant, nihil adferebant.*

le, tolle, crucifige eum. Io. n. 19. Hinc potius colligitur innocentia Iesu. Cum mala opinio constans non est, sed vulgaris vox modo affirmat, modo abnegat pro mutabilitate cognata, signum est absolutionis. Id quod pulchrè adnotauit Simon Cas-

Cassia.

12.

Neque ad viam huiusce iniustæ probationis excogitandam, ad oppugnationem instituendam. Matthæus, *Querebant falsum testimonium contra Iesum, & non inuenerunt.* Capit. 26. Aliter, *Et Mat. 26. non inuenerunt exitum.* Tanto illi per-

non conueniant, irreprehensibilis vita fuit. Conuenientia verò vitam arguit criminofam. Quali diceret, Cum vulgaris opinio constanter hominem condemnat, damnabilis proculdubio apparet, cum autem vulgus variè loquitur, constantia virtutis arguitur. Vulgus etenim tam addictus malæ locutioni, ut minimè decenter de proximo loqueretur, nisi ab ipsa impelleretur veritate. Aliter D.

Pasch. l. 12.

choare viam. Paschasius. *Non inuenerunt exitum, id est, quomodo vel ipsum falsum testimonium collocarent, vel quomodo fide sic proferrent, ut vel verisimile haberi videretur.* Proh innocentia Iesu, quæ nec quoniammodo in disputationem incidat potest ab hostibus excogitari.

Ambrosius duo pugnantia testimonia, Hosanna &c. & Tolle, tolle. Facit coherere. Cum, Tolle, tolle, inclamat, loquebatur deprauatis affectus. Cum Hosanna resonat, veritas, inuitis hostibus, vociferatur. Verè (inquit) memorabile diuina operationis insigne, ut aduersum se testimonium extorqueatur inuitis; cum Iesum negant affectibus, quem uerbis consententur.

Ambrosius
l. 10. in
Luc.

14.

Iesu manus sine dolo. Cant. 5. *manus in Iesu sinu residentem, Manus eius tornatiles. Canti. 5. Aperiens Samuel incorruptus olim Iudex manus, inclamauit se minimè muneribus corruptum. Profectò apud manus latibula, loculi, queis potest auaritia abscondi. At manus Iesu omnino immaculatæ conspiciuntur, quia tornatiles. Interlin. In nullo reprehensibiles. Tornatilis enim manus nulla potest latibula fouere.*

Enim verò efficacius innotescit 16.

Iesu sanctitas dum Principes, seu Iudices testes efficiuntur innocentia. Egregia profectò huiusce innocentia testificatio Iudæ proditoris. *Peccavi, tradens sanguinem iustum. Matthæ. 27. Vxoribus Pilati. Nihil tibi, & iusto illi. Ibi. Latronis, Hic nihil mali gessit. Luc. 23. Centurionis, Verè hic homo iustus erat. Ibid. Turbarum adstantium morienti. Percutientes pectora sua, reuertebantur. Luc. 23. Ipsorum denique Demonum. Exhibant clamantia, & dicentia: Quia tu es Filius Dei. Lu. 4.*

Iudices
Iesu prædicant
innocentiam.

15. An non vox popularis, Dei vox? *Audite turbas. Hosanna Filio David: Benedictus, qui venit in nomine Domini. Matthæ. 21. Obijcis turbas etiam postmodum vociferantes, Tol-*

Turbarum
acclamatio.
ne innocens
Iesus.

Porro Iudices testes effici innocētię, dum quærentes testimonia conficta, non inueniunt præclarissimū est sanctitatis documentum. Pilatus iudex clamat, *Ego nullam inuenio in eo causam.* Ioan. 18. Principes iudices falsa testimonia requirunt, nec inueniunt ipsi effecti testes sanctitatis. D. Paschas. adhæc. *Principum concitatio, Sacerdotum, & scribarum conuocatio, nec non & seniorum, atque omnis Concilij cōspiratio. Ut maior laus Christi, ac vita & doctrina irreprehensibilis predicetur. Quisic omnia irreprehensibiliter fecit, & aduocuit; ut in eo nihil inuenirent mali simile multi mendaces, callidi, & astuti Principes.*

fius. Et non inuenerunt. Non quia falsum non inuenerunt, sed quia sic inuenire non potuerunt, ut falsitas non uideretur. Nunquam enim falsus testibus (ijs scilicet, qui ad iniustam testimonificationem assolent conducti,) credulitas adhibetur.

Cuius veritatis testem exhibeo falsorum testium parentem Zabulum. Qui quidem merito testis deprabatus nostrorum fratrum nuncupatur. Non obscurum olim vel ipsi Dæmones de Christi Domini diuinitate testimonium præbuere. *Exibant autem Demon a à multis, clamantia, & dicentia, Quia tu es Filius Dei.* Luc. 4. Sed statim sequitur. *Et increpans, non sinebat ea loqui.* Quare prohibebat Dæmonia profari? Respondent Doctores, Quia volebat mysterium diuinitatis tunc occultari. Si hoc intendebat, cur ab initio loqui non impediebat? Quia Diabolus falsus testis cum esset, nullatenus crederetur, etiam si verum protulisset. Vnde testimoniū Diaboli quasi minimè exhibitum. Si ne ergo o Domine, eum vociferari, si minimè credendus. Non prohibuit Iesus Diaboli testimonificationem, quod esset credendus; sed ut manifestus Dæmoniorum aduersarius crederetur, sed ut adulationem sibi inuisam omnino demonstraret; sed ut immundum os obstrueret, ne indignè existeret præco veritatis. Non igitur prohibetur Diabolus, quia credendus esset. Nunquam enim falso testificatori, etiam cum vera euulgat, credulitas exhibetur.

18. Diabolus vera profrens nō creditur.

Luc. 4.

OBSERVATIO. II.

Quærentes falsum testimonium in medijs falsis testibus non inuenerunt; quia testis falsus non creditur.

VBI eleganter D. Paschasius, *Quia falsi testes erant, qui accesserunt, quomodo non inuenerunt falsum testimoniū, quod quærebant?* Respondet, *Inuenerunt utique falsum, quod quærebant, & non verū quia Iesus innocens erat.* Hinc alia insurgit difficultas. Si inuenerunt falsum testimonium, quod quærebant, quoniam modo asserit Euangelista falsos testes, siue potius Primores illos falsum testimonium non inuenisse? Rationem reddit notanter Textus. *Quærebant falsum testimonium, nec inueniebant, cum multi falsi testes conuenissent.* Id est, Ideo non inueniebant, quod quærebant; quia falsi testes illi, qui ad comprobationem aduocabantur. Testis etenim falsus nunquam creditur. Adijcit Pascha-

Loquutus olim Dominus de delictis comprobandis, ait. *Si steterit testis mendax contra hominem, accusans eum prauaricationis, stabunt ambo, quorum causa est, ante Dominum* 19. Médax non creditur. Deu. 19. in conf-

Pasch. cita.

*Falsus testis non creditur, etiā cū veraprofatur. Ad illud: Nec inueniebant. 17. Pascha. L. 12.

nō sunt illi testes.

in conspectu Sacerdotum, & Iudicum, qui fuerint in diebus illis. Deu. 19. Vbi requiro, Vndenam testificatio illa suspecta reddebatur? Num reclamatur accusatus? Minime, sed eo ipso, quod homo ille testis mendax iam haberetur, habitus, cui minimè fides adhibenda esset. Quare vt credibilis sit falsus testis necessum non apud homines causam discuti; sed apud Deum. *Stabant autè Dominum.*

20. Iustus Origenes contra Celsi calumnias in Christi assicias respondere, profatur. *Criminationibus eius nihil inest verisimile. Quia eius, quia mendacis testatoris, quia ab omnibus non semel mendax deprehensus. Mendax ille? Ergo nobis tacendum.*

Confirmatur ex Orig. Orig. Cō. Cel.

21. Id quod eleganter probat Iesu exemplo. Apud Caypham à falsis testibus impugnatus, cum Princeps Sacerdotum inclamarer, *Nihil respondes ad istorum aduersum te testimonia: Iesus tacebat.* Mat. 26. Apud Pilatum autem: accusatus nihil respondit, ita vt miraretur Præses. *Non audis (inquit) quam multa aduersum te dicant testimonia? Et non respondit ei vllum verbum. Erat enim (ait Origenes) re vera dignum, quod quibus vel mediocriter prudens miraretur, eum qui falsis testimonijs vrgeretur, cum posset se defendere, adeo nihil horum curasse, vt strenue accusatores contemserit.* Iam non mirabilis taciturnitas Iesu, si contemptibiles accusatores. Et quando falsi testis accusatio non fuit contemptibilis?

Jesuprobat exēplo.

Mat. 26.

22. Probauit euentus. Præses post accusatorem

Crediti

accusatorum instantiam, post Iesu silentium procurat (ait Pater) *dimitti Iesum, Vtrum vultis dimittam vobis Barabam, an Iesum? Sciebat enim, quod per invidiam tradidissent eum. Iesus ergo falsis testimonijs premitur, silet quidem nunc, nec respondet voce.* Et tamen innocens habetur vel à profano Iudice. Vndenam id? Quia falsorum testium nunquam accusationes vllius ponderis reputantur.

Testes denique contestantes illos auriculares testes, Audiuimus Iesum proclumasse, *Possum destruere Templum Dei, & in triduo adificare illud.* Mat. 26. Et tamen *conueniens non erat testimonium.* Quemadmodum olim Senes apud Danielem circa arborem testimonia non copulabantur. Porro hi testes vna voce fatentur Iesum asseruisse, *Possum destruere Templum &c.* Quare igitur testimonia haud conuenientia reputantur, vnde repellenda à iudicio? Euangelista respondet. *No uissimè autem uenerunt duo falsi testes.* Qui quidem vera pronuntiabant (licet iuxta sensum, quem intenderant, falsum asserbant) & tamen minimè credebantur; quia falsi testes etiam cum vera narrant cum deprauatis Senibus Susannæ calumniatoribus amandandi sunt. *Non erat (inquit Simon de Cas.) conueniens testimonium. Iure conueniens non erat, quia dolus & fraus conuenierant.* Id est, quia dolosi & fraudulentis testes conuenierunt. *Venerunt duo falsi testes. Queis mimè fides adhibenda est.*

23. Duo falsi testes, etiam si verum enunciabant, non credebantur.

Cassia

SECTIO SECVNDA.

Silentium Iesu.

Ex Capite 14. Marci.

TEXTVS.

Verf. 61. Iesus autem tacebat, & nihil respondit.

COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES.

Iesu silentium apud Caypham.

S. I. Silentium Iesu inter calumnias.



IESVS autem tacebat. Formula iudicij tunc erat, ut locus reo se defendendi, & respondendi præberetur. Redit Cayphas ad morē aliquid expiscandi ex ore Dominico. Exsurgit ira concitatus, & tanquam furiosus contra ordinem iudicij. Iudex enim tranquillitate animi pietatem debet ostendere. Nihil (inquit) respondes ad ea, qua isti aduersum te testificantur? Iesus autem tacebat. Quare? Plures causas Doctores excogitauerunt. Aliquas innuendas duxi.

*Ira hofium locus dandus. Ad illud: Iesus

Tacet Iesus, ne exasperato Iudæorum vulnere, ad alia flagitia excitarentur.

(*)

autem tacebat. 2. Cassia. L. 13.

SIMON de Cassia, primam causam expressit. Nec ad obiecta respondet, insinuans cum negantibus veritatem non esse in iudicio differendum, nisi superioris iudicio arceantur. Semper enim responsio falsitatem per amplius exhauriret de illorum cordibus. Et adderentur pecca peccatis, & cumulus falsitatis excresceret. Profectò hinc potuissent dignoscere Iudæi Iesum esse Dei Filium, qui ut Patrem imitaretur, ansam quâcumque auferre curabat, vnde hostes potuissent ad noua crimina excitari.

3. Mox ut Cayphas Iesu silentium ad-

notauit, dixit, *Adiuuro te per Deum vivum, si tu es Christus Filius Dei benedicti.* Quasi aliquod ex silentio Iesu documentum accepisset, uti eum Dei Filium assereret. Quid mirum, si Patris morem referebat homines à peccati illice retrahendi? Ex Leuitica tribu olim centum quinquaginta viris ad inferos deturbatis, propterea quod, fumantibus thuribulis, summum Sacerdotium præripere conarētur: præcepit Deus Eleazaro, ut tolleretur thuribula, quæ iacebant in incendio, & producta in laminas affigeret altari. Num. 16. Quare? Caieta. *Vt essent in signum filijs Israel.* Ne rursus ad huiusmodi sacrilegia prolaberetur. Accomodatius argumento existimo, ut omnis occasio simile patrandi sacrilegium tolleretur. Nam si integra remanerent, ad sacrilegos apud facile traherentur. Si producta quidem in laminas, sed non altari suffixa, facile inde sublata in noua thuribula conflarentur. Ne quis accedat, (inquit Textus) *alienigena, & qui non est de semine Aaron, ad offerendam incensum Domino: loquente Domino ad Moysen.* Id est, præcipiente thuribula in laminas produci, & affigi altari. Caieta. *Loquente Iehouab.* Ac si Iesu proprium omnem delinquendi ansam ab hominibus sceleratis auferre.

Iesus refert Patris morem.

Nu. 16.

Caieta.

Quæstio voluitur, num expiationis die Angelus corporali specie apparuisset, 4. Confir. mo.

Exo. 25.
Abul.
Caicta.
paruisset, vt ad interrogata respōderet? **A**ffirmat **A**bulentis, dum indicat in solo huiuscemodi die thymiamasoliticum adhiberi ad tegendam oraculum fumi exhalatione. **C**aicta. autem asserit, Deum in propitiatorio infigurabilem se adorandum præbuisse, ne quod periculum idololatriæ illi populo daretur. Non id abnegamus. Imò qui semel visibiliter dignabatur apparere in Iesu Dei inuisibilis, & visibilis hominis honorem expiationis die: vt ostenderet veram per Iesum magni consilij Angelum expiationem: thymiamatis fumo Angelum visibili spectatæ obiectum regi prouidebat, ne occasionem idololatriæ præberet Hebræis. En Iesum sub fumi nube absconditum, curantem vtique, ne peccatoribus occasio delinquendi exhibeatur, Paternam circa hoc referens prudentiam.

quem Hebræi de Aegypto extulerant, incoepit Manna per æthera volitare. **Exo. 16.** Incipiente vero cibo, quem de Regione Chananitide acceperunt, Manna defecit. Eloquium enim eccleste minimè apud indignos euulgatur, quod equidem eis nullatenus potest adherere.

Exo. 16.

Si omnis peccans ignorans, quid verbi Domini sapientiæ enim ignorantia? **Egresso Iacob foras, venit Esau.** **Gene. 27.** An non simul duo fratres vtrò citroque alterearentur, sibi que inuicem responsa dederēt. Quid necessum exire Iacobum ad Esau ingressum? Respondet Philo Heb. *Quātis per enim ambulat in anima prudentia, exterminatur inimica insipientia; sed quā primum illa migrat, alter reuertitur gaudens ob discessum inimica insensissima, propter quam exiit avertat.* Quando enim sapientia, & prudentia in insipientiæ conspectu emittit vocem suam?

7.
Fugit in
sipientes.
Gen. 27.
Philo. 2
L. de
Temul.

*Verbū
Dei fu-
git indi-
gnos.
Ad
Illud:
Iesus
autem
tacebat.
5.
Pascha.
L. 12. in
Mat.
6.
Mannæ
in mōre

Tacet Iesus, ne coram indignis diuinum eloquium profunderetur.

Sub typo filij liberæ, & nato ancillæ idem Deus olim expressit. *Et ecce (inquit Sara) ancillam, & filium eius: non enim heres erit filius ancillæ cum filio libera.* **Gen. 21.** Libera admodum veritas minimè cum peccatoris seruitute coheret. Vnde Iesu veritatis testimonium proferente apud Pilatum, seruus ille pro seruili conditione recessit. Quasi scilicet mancipium, à libera libertate eijceretur, *Nulla enim (inquit D. Bernardus) conuentio veritati, & vanitati; luci, & tenebris; spiritui, & carni; igni, & tepiditati.*

8.
Fugie
mendaces.
Gen. 21.
Ber.
ser. de
Afcti.

¶ Iesu apud Pilatum taciturnitas.

Legimus etiam Iesum apud Præsidem, hostibus calumniantibus, obticuisse. *Et non respondit ei ad vllum verbum, ita vt miraretur Præses*

9.
Primat

vehementer. Matt. 27. Quare Pilato respondere noluit? D. Hieron. Ne crimen delictens, dimitteretur à Preside, & crucis vitibus differretur. Unde Amb. (Christus ait) tacens in Evangelio, operabatur salutem omnium. Quia si loqueretur, suam apertens innocentiam, hostiumque retundens calumnias, Preses beneuolus eum proculdubio ab solueret.

10. Teophyl. putat Iesum respondere noluisse, quia sciebat se nequaquam dimittendum, quamuis plenè ad hostium opposita satisfaceret. Confessatus Euthy. ait, *Superfluum ducebat Christus responsionem, qua Pilato daretur, cum non posset Iudaeos comprimere. Unde in Patris conspectu magis damna- biles redderetur, ad maiores blasphemias ex iusta responsione, & defensione Dominica prouocari. Id quod proximè paucis illustratum, ad huc Ezechiae exemplo confirmo.*

11. Ierosolyma ab impio Rablace ob- sidione tenebatur, quod cū blasphemias contra Deū frequentissimè fœdo ore proferret, nihil Hebræi, sic Ezechia Rege præcipiente, respondebant. *Si luerunt, & non responderunt ei verbum. Mandauerat enim Rex, dices, Ne respondeatis. 4. Reg. 18. Quare tã profundum silentium indicitur? Respondet Proco. Nihil ad blasphemias istas respondere pijsimus Rex passus est, ne ad maiores prouocaret. Haud aliter Iesus non respondit calūnijs lacessitus, ne ad maiores blasphemias vel inuitas impijsimos aduersarios excitaret.*

12. Præterea exemplum nobis præbere voluit Dominus tacendi in medijs calumnijs. Noluit denique respondere, qui sponte voluit pro nobis immolari. Qui enim vltroque properabat ad mortem, fatius duxit

sibi conticendum, quam refellendis criminibus operam dare. Quid non Agnus immolandus, coram condente se obmutesceret? Isa. 53.

OBSERVATIO. I. MORALIS PANEGYRICA CIRCA LITTERAM.

Silentij Iesu laudes.

D. Ambrosius taciturnitatis Iesu causam sic expromit. *Bene tacet, qui defensione non indiget. Id est sermo- nis. Ipso namque obrutescete, & eius opera in clamabant, & æternus Pater ad ipsius se se accingebat defensionem. Vtrumque illustro.*

13.
Ambr.

Caput primum.

¶ *Tacente Iesu, eius opera vociferabantur.*

*Silentium efficit nota opera inciamare.

Ad illud:

Profecto Origenes coactus ad calumnias, quas Celsus contra Christicolos iactabat, respondere, sic profatur. *Christus falsis grauatibus testimonijs tacebat obtinuit. Sciens tota sua vita & actis inter Iudaeos spectatis, melius falsitatem delationis coargui, quam vllis verbis, aut defensionibus. Tu vero, Ambrosi, nescio cur aduersus Celsi calumnias voluisti nos respondere, quasi non manifeste varietatis conuincatur rebus ipsis, longe efficacius, quam vllis literis, aut orationibus. Rebus (ait) ipsis. Id est, Christicolarum vitæ puritate.*

Iesus autem 14. Orige. L. cont. Cels.

Pontifex equidem interrogauit Iesum de Discipulis suis, & doctrina eius. Iesus autem nihil profecto circa indicatam calumniam in Discipulos respondit. Ioa. 18. Quare igitur, qui pluribus defendit doctrinam, Discipulos permisit sine defensione in Prin-

15. Vita Discipulo- rum pro eis respondit. Ioa. 18.

cipis

cipis Sacerdotum animo periclicari? Credo, quia nullatenus vocis defensione indigebat illorum vita, quæ puritate sua in clamando, hostium calūnias refellebat. Appositè Orig. Silet quidem, nec respondet voce. Dum per germanorum Discipulorum vitam reclamatur suis accusatoribus, ac refellit omnium testium mendacia.

Orige. L. cont. Cels.

16.

Respon dit le- sus. Psa. 101. Celsi.

Ore Iesus Davidico in clamauit, Et respondebo exprobrantibus mihi verbum. Psalm. 101. Quando Dominus responsum calūniatoribus præbuit? Simon Cass. eleganter. Non respondebat tunc Christus exprobranti sibi verbum. Sed respondit in posterum, per nouitatem scilicet in morte ostensam, qua etiã a paganis creditus est esse Filius Dei. Responsum est per creaturas, quæ de ipso moriente testata sunt. Respondit per resurrectionem a mortuis, apparitiones, & ascensionem in caelos.

17.

Prodi- giosus tacens appa- ruit. Mat. 27. Pasch. L. 12.

Imo tunc, cum obticet, illa ipsa inter calumniatores taciturnitas eum effecit in pagani conspectu admirabilem, & prodigiosum. Non respondit ei verbum, ita ut miraretur Preses vehementer. Mat. 27. Vbi egregiè D. Paschal. Mirabatur constantiam eius, mirabatur, quomodo sic taceret. Illud enim ipsum tacere inter calumniatores, mirabile proculdubio est. Et quænam verbalis respōsio eum adeo mirabilem ostentaret, ac ipsa taciturnitas? Quis non poterat admirari inter tantam rabiem accusantium, & clamores vulgi, & furores Seniorum, cum videret eum tam transquillum ad stare, tam mutem, & quietum, cum omni grauitate imperterritum, qui petebatur ad mortem, & nullo mouebatur affatu?

18.

Opera in clama- bant.

Virtutibus igitur vociferantibus aptè Iesus labia silentio obfirmat. Ierem. Ponet in puluere os suum. Thr. 3.

Aliter, Dab t in sepulturam os suū. Vbi eleganter D. Ambros. Ostendit quandã, supra modum patientie, taciturnitatem, ut tanquam sepeliat os proprium, ne loquatur; & velut quodam aggere virtutum obstruat. Tūc etenim virtutes obaturatæ oris munere fungentes prominent, eleuantur, vt Iesu prædicent innocētiam. Quid restabitur lingua, quod tot vel ex ipso silentio emergentes virtutes tuba altius euulgāt?

Caput secundum.

Tacente Iesu, eum Pater protegēbat.

Non indiget (vti cum Ambrosio loquimur) defensione, qui eo ipso quod tacet, Patrem excitat, vt ad defensionem sese eius accingat.

Dum obticet inter hostium calūnias, Pater ascendit ad tribunal, vt protegat innocentem. Huiusmodi Iesum contumelia laceſcuerē, Non ne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu, & Dæmonium habes? Queis Saluator. Ego non quero gloriam meam, est qui querat, & iudicet. Ioan. 8. Ac si diceret, Pro me non intēdo respondere, nec Iudex a Patre constitutus iudicare inter memet ipsum & vos. Pater enim licet mihi comiserit omne iudicium, me tacēte, accurrit ad tribunal. Chrysoſt. Illatas (ait) contumelias Patris iudicio reſeruat. Vt nobis profectō insinuet: quantum nos esse patientes debemus.

Ore Davidico proclamat. Redime me a calumnijs hominum. Psa. 118. 134. Quarè non dixit. Redime me a vinculis, a cruce libera, eripe a flagellis? Quia tam proprium Patris iudicantis munus tacentem in medijs calumnijs Iesum protegere, vt quasi vni huic defensionem addidit, ad vnum

* Silentiū Deū ad nostram excitat protectionē Ad illud: Iesus autem tacebat

19. 20. Pater occurrit ad tribunal vt liberet. Ioan. 8.

Chryſt. hom 18. in Euāg.

21. Propriū id Patris Psa. 118.

hoc munus obeundum innocetur. **D. Ambr.** ulterius pergit euentum meditatus. *Christus calumnijs appetitus, silentium detulit triumphale.* Triumphale equidem, quia Pater, cuius exorabat protectionem, nunquam non tacentibus dum à calumniatoribus appetuntur, subuenire dignatur.

Ambr. ser. 17.

22.

Susanna tacenti Deo subuenit. Dan. 13.

Tacentibus dico. Nec enim solus Iesus huiusmodi à Patre manere donatur. Omnium enim obticentium inter calumnias intendit iudex, imò & testis protectioni. Testor Susannâ à Præbyteris calumniatoribus agitatam, tacentem quidem, sed tunc Deum animi vberi sermone exorantem. *Ex clamauit autem voce magna Susanna, & dixit, Deus æterne, &c. Da. 13.* Est enim (inquit D. Ambrosius) *magnam, & negotium silentium, ut erat Susanna, quæ plus egit tacendo, quam si esset locuta. Tacendo enim apud homines, locuta est Deo. Nec quarebat pro se hominum iudicium, quæ habebat Domini testimonium.*

Ambr. L. 1. Of. s. c. 3.

23.

Vidit Pilatus Patrem defendentem.

Cum Pilatum obijcio post prolatas aduersariorum Iesu calumnias, in clamantem, *Innocens ego sum à sanguine Iusti huius*, subest in mentem requirere. Quid nam ò Præses, vidisti, ut huiuscemodi proferres sententiam, quando iuxta allegata eum capitis reum declarare ex Iudæorum mente, deberes? Profectò cum inter calumnias iustus obticet, nescio, quid diuinum innuens protectorem præferebat. Ideo Pilatus tacentem Iesum curat absoluerè, quia quodammodo Patrem vidit defensionem incumbentem. Nec enim iustus tacens inter hostium cõfictas querellas sine Deo protectore vnquam incesit.

24.

Abimelech

Abimelech Isaac sanctissimum suo Regno iussit abire, & ad exilium pro-

perare. Patriarcha profundo silentio labia obfirmans, excelsit è Regno. Vix recesserat, quando eiusdem Regis præcepto conuenitur Isaac, & in veterem patriam, consortiumque reuocatur. *Vidimus (inquiunt) tecum esse Dominum, & idcirco diximus. Incauus fiedus. Gen. 26.* Vbi questio exoritur. Quando videre Gerarite Dominum esse cum Isaac? Nû ante quàm ei imperium exulandi intimaret? Absit. Nec à Regno pelleretur, qui tam utilis existeret posset ex protegentis Domini patrocinio. Num postquam relegatus est? Minime. Dixissent etenim, *Videmus tecum esse Dominum, non, Vidimus.* D. Chrysolomus existimat tunc Geraritas vidisse Dominum apud Isaacum commorantem cùm obticens discedebat. Nec potest esse silentium inter iniurias sine comitantis Domini patrocinio.

exemplo probatur. Ge. 26.

Chrysol. ho. 57.

OBSERVATIO. II.

Silentium Iesu innocentiam aperte manifestabat.

* Silentium aperit innocentiam ad illud:

AD quem locum D. Ambr. *Quid opus erat ei loqui ante iudicium, cui ipsum iudicium erat plena victoria? Vnctum erat cum iudicatur Christus, quia sic innocens approbatur. Vnde ait Pilatus, Innocens ego sum à sanguine Iusti huius.*

Iesus autem tacebat 25.

Ambr. citat.

Susanna olim habita Præbyterorum testimonio, ut quæ nuptialè thalamum macularat. Nihil de respõsione curabat (ut vidimus paulo superioris) quæ à testibus religata, nihil iam nisi de animi salute gerebat. Tunc igitur, quando Susanna tacebat, illius innocentia in clamabat afferens protectionem. Nihil enim sic innocentiam aperit quam silentium. D. Ambrosius confirmat, fatus. *Non amat multis innocentia*

26. Susanna tacendo innocens apparuit. Dan. 13.

Ambr. in Tob. c. 20.

innocentia

nocentia se defendere. Susanna vocis assertione non eguit. Multa Prasbyteri loquebantur, qui laborabant verborum furore obducere veritatem; sed tunc filia Iuda tacuit apud homines, loquuta est Deo.

27. Quid referam Iob patientissimū, qui taciturnitate laborum suorum vicit impugnationes. D. Ambr. adhæc.

Iob. 2. Ambr. in Psal. 38. Iob plagam suam silentio vicit, & tolerantiam suā taciturnitate superavit. Plaga enim sanctissimum virum non semel accusabat, quasi grauer deliquisset. Tolerantia ipsa aduersus admirabilem virum insurgebat. Ille autem silentio reportabat victoriam. Nunquam enim non taciturnitatem comitatur triumphus. Valerianus Episc. Cemelian. Plena victoria est ad clamantem tacere, & non respondere pronosanti. Profecto tam est taciturnitati debita victoria, vt si externi hostes superandi non adint, ipsa plaga premeas, ipsa tolerantia quodammodo profiliant in hostes, vt habeat silentiū quos superet, quos vincat aduersarios. Vicit igitur obticendo plagam, superavit tolerantiam, quia innocēs, vtrōq; à plagis impetitus apparuit.

28. Multas in D. Stephanum contumelias iaciebant Pharisei & lapidibus duriores, quibus audiendis studebat Leuita, non curę respondendi. An nõ deberet innocēs ad Dei gloriam animi innocentiam sermonibus ostenta

AA. 6. re? Profecto dum obtigeret, clarior obijcitur omnium oculis innocentia. Et intuentes eum omnes, qui sedebant in concilio (vbi causa Stephani contra iuris præscripta, vigente aduersariorū calumnia, discutiebatur) viderunt faciem eius, sicut faciem Angeli. AA. 6. Vndenam Angelicus ille fulgor? Respōdet noster Salmeron innocentiam Leuitæ à silentio illius inter calumnias

excitatam in Angelicum fulgorem prodijisse.

Refer ad memoriam Iosephum & calumnijs foemine impudicę lacepsitum, & profundo silentio labia obfirmantem. Profecto vxoris calumnijs auditis à Iosephi Domino, *nimum cre-* *dulus verbis cōiugis, iratus est valde, tradidit que Ioseph in carcerem.* Gene. 39. Nec amplius est Putiphar delinquentis recordatus. Vndenam igitur ira deferbuit? Ioseph inter calumnias obticuit. Quonammodo igitur potuit Putiphar non ad ipsius innocentie cognitionem deuenire, licet pudicitie vxoris consulens fortassè Iosephum iusserit vinculis retineri?

OBSERVATIO III.

Silentium Diuinitatis Iesu præco.

PARUM esset Iesum ex taciturnitate innocentem ostendi, si non filius Dei Filius apparuisset. Post quā Euangelista scripsit, *Iesus autem tacebat, & nihil respondit*, mox adiicit Pontificis attestatōe, *Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis, si tu es Christus Filius Dei benedicti.* Profecto non solum credidit Iesum innocentem. Nō enim (ait Cassia.) ipsum per Deum adiurasset, nisi ipsum amare, aut timere credidisset; sed & Dei Filium vehementer suspicatus est. Quomodolibet (addit ille) *Cayphæ adiuratio capiatur, Christum arguit esse Filium Dei. Cur Cayphas adiurat, si est Dei Filius, nisi quia possibile credebat personam quandam Deum posse habere Patrem?* Vndenam autem huiusmodi personam esse Christum suspicatur, nisi quia eum inter calumnias hostium immobiliter vidit obticentem?

29. Et Ioseph. Gen. 39. Ambr. L. de Iob. c. 5.

* Silentium Diuinitatis Iesu præco. Ad illud: Iesus autem tacebat 30. In testē Cayphæ adduco.

Cassia.

31. Imò & Pilatus gentilis ex silentio Iesu aliquid supra naturam humanam auspicatus est. *Et non respondit ei verbum, ita ut miraretur Prasfes vehementer.* Matth. 27. Mirabatur, quia inibi Dei omnipotentiam videbat excitantem miracula. Rem illustrat D. Pascha. *Mirabatur (inquit) constantiam eius. Fortior namque erat in eo virtus, quam humana natura se habeat. Et ideo poterat non solum admirari Pilatus; verum etiam vehementer. Quoniam taceret sine ulla defensione sua.*

32. An non plusquam ridiculum videretur, si se Dei Filium assereret, quando nihil è Patris æterni referret conditionem. Equidem prudentissimè se testatus est & Regem, & Dei Filium, qui in medijs calumnijs obtinerat. Silentium enim (viti ait Cyprianus) & indicia diuinæ maiestatis expressit, & Paternam patientiam præsentavit. Undè appositè Tertulianus Iesu taciturnitatem commendans, ait. *Hinc vel maximè Pharisei, Dominum agnoscere debuistis. Patientiam huiusmodi nemo hominum perpetraret.*

33. De Mose Paulus, *Moyfes ponebat velamen super faciem suam, ut non intenderent filij Israel in faciem eius, quod euacuatur.* 2. Cor. 3. Ac si diceret, Ideo Moyfes velamine operiebatur, quod facies eius euacuabatur, siue disperebat. Inuisibilis enim, Dei instar, reddebatur. Undenam præcor? Existimo illum ex taciturnitate interprobra ad Diuinitatis quodammodo fastigium eleuatum. Rem approbat D. Ambro. *Quantas (ait) à populo illatas Moyfes absoluebat contumelias? Quam mihi sermone post iniurias appellabat! Merito aestimatus est super homines, & ut vultui eius non possent intendere.*

OBSERVATIO. VI.

Tacebat inibi Iesus in iudicio nouissimo responsurus.

D. Ambro. deniquè Dominici silentij sic causam euulgat. *Quid autem opus erat ei loqui ante iudicium, cuius tacebat iudicium erat plena victoria.* Sensus genuinus est. Non erat opus Iesum respondere verbis, si quidem ipsum Pilati iudicium eum expressit innocentem. Attamen in hunc etiam modum possunt verba explicari. Non erat opus Iesum respondere ante iudicium hominum, nè condemnaretur, si menti præsentabat tunc iudicium illud nouissimum, quando parturiens loquetur, si nunc silenter hominis silitur tribunali.

Post silentium Dominus in Cayphæ conspectu se affirmat Iudicem futurum. *Et videbitis Filium hominis.* &c. Qua re iudicij tunc fecit memoriam? Quia silentium Domini nunquam non ad strictum illud tribunal respectum indicit. Hunc ad sensum adfero Dauidicum carmen. *Et respondebo exprobrantibus mihi verbum.* Psa. 118. Vbi Simon Calsi. *Ex Christi persona loquebatur Dauid. Non respondebat tunc Christus exprobrantibus sibi. Sed quod in presenti non erat, promittebatur esse futurum.*

Sed & apud Pilatum eodem respondendi more vsus est. Non enim prius se futurum Regem, aut Iudicem affirmavit, quam inter medios calumniatores obmutuisset. *Regnum (inquit) meum non est de hoc mundo.* Ioa. 18. Erit quando responsum calumniatoribus exhibeam. D. Chryso. *Dicentibus (ait) maleficum esse. Et quo eum arguerent, non habentibus, tacuit tamè. Quid inde? Tunc loquutus est ad Pilatum ad altiora erigens.*

*Patientia victoris in iudicio. Ad illud:

Iesus 34. Amor. circa.

35. Post silentium se iudicem minatur apud Caypham

Est 18. Calsia.

36. Et apud Pilatum

Ioa. 18.

De Regno scilicet *tunc* factus, cum se se inter calumnias tacitū obiecit.

Silet Iesus in morem pręgnantis.

O quomodo in mentem subit mihi tubam horribilem iudicij ex tā profundo silentio generari! Obtruncit olim Pater Ioanes Zacharias, Elisabeth vsa simul est taciturnitate, ne impręgnationem euulgaret. *Ecce* (in dicitur Zacharię) *eris tacēs*. Elisabeth autem *Occultabat se mensibus quinque*.

Luc. 1. Quorsum hæc? Chrysolog. *Pater tacet, Mater celat. O quanto silentio vox nascitur! O quanta taciturnitate tuba in clama natura generatur!* Deus Pater silet, tacet Mater, id est, Iesus longo interuallo superās maternam erga natos charitatem. Quid ex tam profundo silentio nisi parturientis vociferatio, nouissima tuba? *Silui. Parturientis loquar.*

Cum Iesum inter calumniatores tacentem video, imò recedentem, & locū dantem mihi propono, iaculatorum recordor, qui quidem cedētes, & velut fugitantes grauioribus vulneribus inlequentem afficiunt. Cum Iudæi in Iesum indignarentur, ipse *relictis illis, abiit foras*. Mat. 21. An nō cellioris potentia documentum prebuisse, si responderes, si in calumniātes insurgeres? Profectò fugit ad iudiciale tribunal, terga vertit, ut thro no absideat. Indē grauioribus calumniatores ictibus vulnerabit. Egregiē admodum D. Ambros. rem illustrat. *Si seruus conuictum dicat, iustus tacet; si si criminetur, iustus non respondet. Hæc sunt arma iusti, ut cedendo vincat. Sicut periti iaculādi cedētes solent vincere, & fugientes, grauioribus sequentem vulnerare ictibus.*

38. Iaculatoris exemplo expenditur.

Mat. 21.

Ambr. L. 1. Of. li. c. 5.

37. Polit silentium parturientis Iesus loquatur.

Luc. 1. Chryf. ler. 92.

Isai. 42.

SECTIO TERTIA.

Alapa Iesu.

Ex Cap. 18. Ioannis.

TEXTVS.

Verf. 22. *Vnus assistens ministrorum dedit alapam Iesu, dicens: sic respondes Pontifici?*

Verf. 33. *Respondit ei Iesus, Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo; si autem bene, cur me cadis?*

COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES.

¶ *Cur Minister alapam Christo impigerit?*

S. An hic Malcus?



S *Sistens vnus ministrorum.*

Quinam? Chrysostom. & Euchy. arbitrantur fuisse Malchum, quem percusserat Petrus, quem sanauerat Iesus.

Nulla apparet ratio, qua id credere persuadeat. Vndē exittimo alium ex ministris Pontificis huiusce flagitij

autorem; cum quia quos Iesus curauit corpore, sanauit & mente: tum quia Ioannes hoc probabiliter loco Malchum nominasset, si fuisset percussor, sicuti ad nominarat cum fuit a Petro vulneratus.

Dedit alapam Iesu. Cum Iesus ad Caypham adductus fuisset, interrogat eum Pontifex & de Discipulis, & de doctrina. Cui Dominus, non vt Caypham

2. Cayphæ interrogatio.

Caypham reprehensione vulneret, sed ut vulneratam defendat veritatē, profatur. Tu me tacitè accusas, occultam me tradere doctrinam, quod prorsus à veritate alienum. Publicè cum docuerim non meos hosce paucos Discipulos solū, sed Iudæos omnes. Publica loca elegi docendi, nēpe Synagogas, & Templum, in occultis, & abditis nihil sum locutus. Non igitur mea apud te doctrina taxabilis debet apparere. Vana est Domini responsio vni ministrorum iniuriis, nec qualis auctoritati Pontificiæ dedebatur. His alapam Iesu dedit, rem gratam Pontifici se tacere existimans.

Sic respondes Pontifici? Ac si diceret, Sermo tuus est in Pontificem iniuriosus, ideo eius iniuriam alapa propulso. Pessimus minister, qui magis pro Principe, quam pro veritate decertat. Iniquus feruus, qui antè Domini præceptū iniuriam irrogat. Caret iustitia ministrandi, etiam si iussus percutit, quem omninò nouerit innocentem. Tria hic simul admiranda concurrunt. Serui immanis impudētia percutientis mortuorum sulcitatorem; Pontificis iniquitas tantum scelus in conspectu suo commissum à seruo dissimulātis, incredibilis Christi patientia, exclamante Chryloto.

Chryf. Exhorrescat calum, contremiscat terra de Christi patientia, & seruorum impudentia, adde, & de Pontificis iniustitia.

4. Sed quare minister ille Christum alapa vulnerauit? Probabilè cum Toleto existimo hunc ministrum ex præcipuis fuisse inter ministros, qui proximus tunc Iesu, adulari intendens Pontifici, & zelum honoris eius præ se ferre, nō ignorans quanto odio ab omnibus haberetur Saluator, ideoq;

sibi omnia impunè licere adiudicans, non erubuit hoc patrare flagitiū. Typus præcesserat in Michea, qui alapa percussus fuit à Sedechia Pseudo propheta adulante Regi Achab contra veritatis præscriptionem. 3. Reg. ult.

Percussa facies Iesu, ut à facie nostra ruboris dedecus auferatur.

Mysticam D. Cyrillus attexit causam percussiois huiusce. Hoc enim dedecore nostrū dedecus, quo propter peccatum dedecorati sumus, Christus in se transfudit, ut à nobis auferret.

Dedecore Deus peccatorum facie obnuilauit in peccati efficax medicamen. Vnde Dauid, *Tota die uerecundia mea contra me est, & confusio faciei mee cooperuit.* Psal. 43. Deus prouidus adeo erga delinquentes, ut omnino malum (loquor cum Tertuliano) pudore fecerit perfudi. Vti videlicet odio prosequeremur.

Hinc AntiChristus faciet omnes pusillos, & magnos, & diuites, & pauperes, & liberos, & seruos habere caracterem in frontibus suis. Apoc. 13. Quare? Ut efficiat ad audendum inuerecundos. Quodnam perspicacius damnationis documentum? D. Ber. *De die in die peccata peccatis addo, erubescenda video, nec erubesco, quod est mortis signū, & damnationis indicium,*

Cur existimas Adamum velociter (sic Patribus attestantibus) ad meliorem se se post præuicationem frugem recepisse? Quia pudore affectus confugit ad latibula foliorum. Gen. 3. Decantauit Dauid, *Confundatur, & conuertantur valde velociter.* Psal. 6. Valde equidem Adam velociter conuertitur, quia pudore illius facies obtenebrata

Rubor ex peccato.

Ad illud:

Dedit

alapa

Iesu.

6.

Cyrol.

7.

Confusio vti-

lis.

Psal. 43.

Tertul.

Apolo.

c. 1.

8.

Ruboris defe-

ctus no-

xitis.

Apoc.

13.

Bern. i.

de Me-

dit. c. 12

9.

Rubor

Adam.

Gen. 3.

Psal. 6.

nbr.
ad Ge. tenebrata est. D. Ambrosius, *Habent remedium qui se absconderunt, nam qui absconditur, erubescit; qui erubescit, conuertitur valde velociter.*

10. Alapa crudelitas. Sunt qui affirmant adeo fuisse grauem Dominicæ maxillæ ex alapa verberationem, vt per totam domum in sonuerit, & vestigia in Iesu facie impressa remanserint, in terramq; Saluator fuerit prostratus, armata denique manu impactam fuisse, adeo valide, vt sanguis ex naribus, ore, & oculis profiliret. Legatur noster Seruius.

¶ *De Iesu humili responsione.*

11. Respon- sio Iesu. **R**espondit ei Iesus, *Si male locutus sum testimonium perhibe de malo, si autem bene, quid me cadis? Ac u diceret, sententiam tuam declara, confirma, ac ostende me male locutum fuisse, id autem coram Iudice, & Pontifice. Si autem bene locutus sum, sine causa me cadis. Mansuetè admonet percussorem iniuriæ sibi illatæ, se que vera, & recta locutum esse confirmat, & Pontificis iniquam insinuat dissimulationem.*

12. Patien- tia Iesu. Auguff. De Iesu patientia, quam nos simul docere intendit, D. Auguff. fatetur. *Si cogitemus, quis acceperit alapam, non ne vellemus eum, qui percussit, aut cælesti igne consumi, aut terra dehiscente sorueri, aut correptum Demoniõ volutari, aut aliqua huiusmodi qualibet pæna, vel etiã grauiori puniri? Quid enim horum per potentiam iubere non potuisset, per quem factus est mundus, nisi patientiam nos docere voluisset, qua vincitur mundus? Homini autem impatientiam in conspectu Dei alapa diuerberati ita describit. D. Athanas. Tu homo, non sustinens ab homine tecum eiusdem natura contumelijs affici, imitare Dominum tuum. Si enim ille, cum Deus esset, tolerauit pro*

te ab homine peccatore colaphis cædi: tu in dignaris, quoniam hostis tibi conuictum dicit, & paras ultionem. Proh immensam animi stoliditatem, & stultitiam magnã! Ideo nobis pæna destinata est, & ignis ardens; quod cum rationales simus, irrationabilibus bestijs nos similes reddamus.

Quærit hic D. Augustinus, *Cur non fecit quod ipse præcepit. Si quis te percussit in una maxilla, præbe ei alteram.* Et respondet, illud præceptum nõ esse ad literam intelligendum, vt præbeamus alteram maxillam; sed vt animo tranquillo iniurias perferamus; parati potius alteram præbere maxillam, quam iram concipere, aut vindictam desiderare.

Testimonium perhibe de malo. Cyril. *Ostendat in quo erram.* Cur mansuetifimus respondit Iesus? Ex ultimo respõdise, ne tacens videretur comprobare, se male locutum, Pontificemque iure eius taxasse doctrinam; Quia igitur de causa Pontifici responderat, eadem etiam nunc respondet percutienti, non quidem propter illatam sibi iniuriam, nec precipue vt percussorẽ corripiat; sed vt se verè, & rectè locutum esse ostendat, doctrinamque suã publicam, & mûdo notam significet, nec verum esse, quod ei impositum fuerat, nempe in tenebris docuisse. Plura in Panegyricis.

OBSERVATIO. I.
MORALIS PANEGYRICA
CIRCA LITTERAM.

Alapa percussus Iesus non præbuit alteram maxillam diuerberandam, quia primum vulnus abunde hostium crudelitatem exfaciuisse videba-

tur.

13. Cur alterã maxillam nõ præbuit? Auguff.

14. Cur respondit Iesus?

*Iniuria vincit quorum libertor mento- rã vim. Ad illud: Dedit alapã Iesu.

15.
Calsia.
13.

VBI rursus Simon Calsi, dat quæ-
stioni. *Cur aliam ò Iesu, non parvas
maxillam, prout in tuis sermonibus do-
cuiisti, ut tali opere validior sit sermo do-
ctrina? An ut affectus tædio, dicis, Quid
me cadis? Affectus ne tædio noluit al-
teram præbere maxillam, quasi incla-
maret, Satis est; Minimè equidem.
Nec grauioribus opprobrijs Chri-
sti patiendi desiderium exfaciatur.
At tamen tanta immanitas percussio-
nis & iniuriæ, ut desiderium ingens
patiendi potuerit exsatiari.*

16.
Sicis le-
sa ex-
pleri po-
tuit v-
nius ala-
pepotu

Christus equidem sitit opprobrijs
satiari. At constitutus in via, cū non
dum ad suppliciorum horribilium
terminū (siue potius dixerim inchoa-
tionem) deuenisset, bibit de torren-
te, alapa diuerberatus est, & quasi ex-
satiatus in clamare, crecto capite, po-
terat sufficit. *De torrente* (ait David)
in via bibit, propterea exaltabit caput.
Psal. 109. Ad quem locum Calsiod.
*Torrentis fuit turbulenta persecutio iudæo-
rum, de qua Dominus. (Christus bibit in
via. Quonammodo in via? Credo ex
eorum sententia, qui asserunt, apud
Annam (cum Dominus in via conli-
tueretur ad Caypham) alapa fuisse
vulneratum: tunc in via ex turbulen-
te persecutionis biuisse torrente, ac
propterea quasi expleta siti, extolle-
re caput potuisse.*

17.
Oppro-
brijs sa-
turatur

Tertulia. *Saginari voluptate patien-
di discessurus volebat.* Non dixit, tor-
mentis patiētia, sed voluptate, ut ma-
gis affectum ad tormenta subeunda
animum Dominicum indicaret. Iesus
igitur tam anxie expetēs opprobria,
mox ac diuerberatur alapa, poterat
ex saturari. Ieremias, *Dabit percutienti
se maxillā, saturabatur opprobrijs.* Thr.
3. Vbi D. Ambr. *Non dixit, Subiit op-
probrium; facile est enim, unam aut alte-*

Thr. 13.
Ambr.

*ram contumeliam sustinere; addidit, Sa-
turabitur opprobrijs.* Quali vna maxilla
percussio plurimas vique ad saturita-
tem cōtumelias, plurima opprobria
complecij potuisset.

Vox illa Dominica est. *Desiderio de-
sideraui hoc Pascha manducare vobiscū.*
Luc. 21. De desiderio inhiāte ad pas-
sionem exponit Tertulianus. Pende
illa veba: *Desiderio desiderauit.* Cui mul-
tiplicat: An non ut desideriorū suo-
rum, erga passionem, tormēta, opro-
bria, multiplicatē ostenderet? Hac
igitur multiplicitas desideriorū vna
maxille percussione poterat exsatiari.
Per pulchrè D. Pascha. ad Thre-
nos. *Ostenditur auaritas desideriorum, cū
dicitur, Dabit percutienti se maxillam,
& saturabitur opprobrijs.* Ac si diceret.
Non solum simplicis desiderij, sed
multiplicis desiderij patiendi audi-
tate faciem præbuit percussio. Nū
non tam anxie fames, tam ingens de-
sideriorum auditas vno alape vulue-
re exsaturari valebat?

18.
Deside-
ria pa-
tiendi
poterat
alapa ex-
plere.
Luc. 21.

Profecto huiusce saginæ magnitu-
dinem indicabo, si ostendero nō so-
lum Iesum patiētem. Quid si Diabo-
lus conatus in Iesum omnium tor-
mentorum vim acerbate exsatiatus
planè fuit? Omnes conatus suos im-
petusque Diabolus in pendit in vno
patientissimo Iobo, typum Iesu gerē-
te, comminuendo intendit colloca-
re. *(collegit (inclamat Iob, siue eius
ore Iesus) furorem suum diabolus in me,
& comminans mihi, infremuit contra me
dētibus suis. Aperuerūt super me ora sua,
& probantes percusserūt maxillā meam.*
Iob. 16. Super quem locum Lyranus
Diabolum eiusque assecras affirmat
totum conatum, totam famem suam
apposuisse, vti Iob comminueret, si-
ue vti Iesum affligerent. Totusq; im-

19.
Et ex-
pletur
Diabo-
li tor-
quentis
auditas
Iob. 16.

petus

perus vsque ad maxillæ diuerberationem defecit. *Percusserunt maxillam meam.* Quid plura? Adijcit Iob. *Satiati sunt pennis meis.* Quasi vnus maxillæ percussio tot, tantaque in Iob, siue in Iesū aceruarit opprobria, vt vel ravidissimorum leonis, & canū torquendi fames saginaretur. Disce hinc quam omnium tormentorum vim vincant iniuriæ proximis illatæ.

etæ non studere. Non itaque Iesus legi tunc solum exhibendæ alterius maxillæ paruit, sed alteri legi voluit perfectiori parere, molliter vtq; hostibus respondendo, vt tibi leges incredibilis patientie præscriberet. Id quod eleganter persequitur Nyssen.

Nyssen

Vbi alapis maxilla percussa: tunc ille quomodo vltus est? Non ne poterat ter a hitib? abolere? vel dimouere ex proprijs terminis mare, & voragimbus terram submergere? vel Sodomiticum imbrem ignis demittere vnicō verbo, vel aliquod aliud acerbum supplicium irrogare? Attamē hac omnia mihi patienti quæ animo pertulit, vita que tua per se ipsum leges patientie dedit. Illud aduerte. Vbi alapis maxilla percussa. Nō enim vna maxilla solummodo vulnerata. Nam & alterā dignatus est exhibere. Illud enim ipsum patienter tatum tolerare opprobrium, idem profus, ac rursus altera in maxilla diuerberari.

*Patientia egregiam facinus.

OBSERVATIO. II.

Patientia Iesu idem ac alteram præbere maxillam.

Ad illud:

Dedit alapa.

20. Cassia. l. 13.

ALiter respondet idem Cassi. quare Iesus alteram non præbisset maxillam verberandam? Quia videlicet patienter iniuriam tolerare, tam egregium, quam alteram maxillam exhibere. Id quod supra ex D. August. adnotauimus. *Virtus* (inquit Cassi.) *magna est tranquillo animo pati.*

21. Altera maxilla obtulit.

Plerumque equidem alapa repentino motu solet impingi ad eum, vt percussus minimè vltro neus vulneretur. Quare Iesus Discipulos monet oportere, vt repentino huiusmodi motu ab inimicis percussi, alteram vltro neè maxillam exhibeāt; vt qui nō voluntarie vna fuere alapa vulnerati, ad alteram vltro nee festinent. At Christus Dominus cum esset omnes hostiū præueniens impetus, non inuoluntari^o prima fuit alapa vulneratus. *Dabit* (inquit vates) *percutienti se maxillam.* Thr. Qui ergo vltro neus iā suscepit in iuriam, non erat cur alteram maxillam exhiberet. Addidit igitur & mollem responsionem, vt non solum semel, sed & bis vltro neus maxillam offerret.

Thr. 3.

22. Duplici legis fecit a. buade.

Cassia equidem in virtutibus perfecta appellat, imò perfectissimū facinus, in iuste percussum iustæ vindicabit.

Lex equidem exhibendi alteram maxillam ex D. Matthæo ponderanda est. *Si quis te percusserit in dextera maxilla, præbe ei & alterā.* Cap. 5. Vbi D. Hier. illud: *Alterā de altera dextera exponendū censet. Percussa dextera nostra, non debemus sinistram præbere; sed alteram, hoc est alteram dexteram.* Qualem? Liceat mihi exponere dexteram benigniter amplexantem illū, a quo iniuria mihi illata est. Illud enim ipsum percussi dexteram percipientem amplexari, idem est, ac alteram dexteram maxillam præbere. Accurè admodum Simon de Cassia. *Perfectum est* (inquit) *in virtutibus eū qui te percutit, cum odio te feriat, tu dextera charitatis constringas.*

23. Altera dextera exhibuit.

Cassia.

*Patientia in iniurijs inimicum diuerberat.

OBSERVATIO III.

Si non alteram maxillam præbuit

Z buit

Ad illud: Respon dit eise Jus. Si male, &c. 24. Ambr.

25. Deus sic vindicta sumit. Exo. 9.

26. Percu- tiens per cutitur. Ezech.

Ambr. L.1. Of. fi.c.21.

27. Impin- gens ala pam, si bi alte- ram im- pingit.

buit percussori Iesus, alteram alapam impegit.

D Ambrosius prafata verba Mat thæi exponens, Si quis in dextera maxilla te percufferit, prabe illi alteram, sic legit. Si quis alapa te percusse- rit, prabe illi & alterâ alapam. Id quod ad patientis responsionis refert mol- liciem. Quasi videlicet alapa per- cutiat hostem, qui post tantam accep- tam iniuriam benigne responderit. Sic Deus Pharoni Hebræos non iam maxillas, sed oculos Dei percu- tienti Dominus, Nunc extendens manum, percutiam te Exo. 9. Extendis manum vti alapâ impingas Hebræis, meam faciem, meam similitudinē re- ferentibus: Extendens manum, te al- tera alapa percutiam. Id circo autem posuice. Chaldæus, Sustinuite. Ac si Deum parienter hostem crudelissi- mum sustinuisse, idem sit ac illum ex- tensâ dextera percussisse.

Vilus mihi Ezechiel ad conspec- tum Domini hodie proclamasse. Ec- ce dedi faciem tuam valentiorē facie- bus eorum, & frontem tuam duriorē fron- tibus eorum. Cap. 3. Pagnnius ex He- bræo. Ut adamantem fortiorē silice de- di frontem tuam. Vbi hostes Iesu cum silice componuntur, qui percussus scintillas vibrat, vt proxima incēdat. Ambr. Si lapides teras, non ne ignis e- rumpit: Obijcias tibi quæso Ministrū silicem percutientem adamantem pa- tientissimum. An non ipsa percussio exitialis percussori, qui quidem incē- ditur è vulnere, & distorquetur?

Et quidem iplerumque per patiē- tiam efficis, vt sua met pœnitētia ver- berantem reuerberes, seu potius pœ- nitens ipse sibi alapam impingat. A- pud eundem Ezechielem Dominus.

Displiebitis vobis in omnibus malitijs vestris. Cap. 20. Septuaginta appoli- te. Et percutietis facies vestras. Percu- rientes Iesum, vos dire vulnerabitis patisntissimum Iesu, responsum au- dientes. Non ne (inquit bellé D. Am- brosius) sit per patientiam, vt sua am- plius pœnitentia reuerberes verberantem?

Rursum expende proximum Eze- chielis locum. Ecce dedi faciem tuam duriorē frontibus eorum. Cap. 3. Sep- tuaginta, Et erit semper firmior petra. Tertul. Omnis iniuria manu iucussa, cū patientiam offenderit, eodem exitu dispu- getur, quo telum aliquod in petra constan- tissimâ duritia libratum, & obtusum. Cō- cidet enim ibidem irrita opera, & infru- ctuosa; & non nunquam repercussum in- eum, qui emisit, reciproco impetu sauiet. Illa itaque manu crudeli iniuria lapi- deę faciei Iesu incussa tanta excepta patiētia in suū relapsa est iaculatorē.

OBSERVATIO. IV.

Respondit Iesus percussori, nō vt conqueratur de propria iniuria, sed de iniuriantis in cōmodo.

Profectò respondit Iesus non vt de proprio vulnere cōqueretur, sed de vulneratoris exitio Præmitto Simonem Calsi. Perfectū est in virtu- tibus ei, qui te percutit, inferre verba sa- lutis. In id tendebat Saluator, qui vult omnes homines saluos fieri, vt hunc male ministrantem & in ministrū superna vi- tæ conuerteret. Vnde illud: Quid me ce- didis? tantundem, ac si proclamasset af- fectu materno in conspectu filij vul- nerati. Porque (vt Hispane expo- nam) te hazes mal? Ac si plus ex per- cutientis incommodo, quam ex pro- prio vulnere sauciaretur.

D. Ambrosius. Si malè locutus sum

Ezech. 20. Ambr. L. 5. in Luc. 28. Sagitte in infe- rentem reuertū tur. Tertul. L. de Pa. c. 8. incre- dibilis peccati malitia. Ad illud; Si ma- le locu- tus sum 29. Calsia. L. 13.

*Cæden-
tis plo-
rat vul-
nus.
Ambr.
ser. 20.
in Psal.
118.
Phil. 2.
Orat. 2.
Od. 6.*

*Et c. (Iesus ait.) Si autem bene, quid me
cædis. Quasi infirmus cædis deplorat iniu-
riam. Non cæsi, sed cædis. Deplorat
iniuriam, quam filius ipse cædens ac-
cepit, vulnus namque lapidi constan-
ti impingens, grauiter læsus est. Pau-
lus, *Vt sis sine querella, & simplices Fi-
lij Dei.* Phil. 2. D. Ansel. *Vt proximus
non possit de vobis conqueri.* Profectò
si vox *Querella* consideretur, nē qual-
cumque querimonias significat, sed
eas solum modo, quæ ex amore oriū-
tur, vt videre est apud linguæ Magi-
stros. Ita ille.*

** Desine mollium*

Tandem querellarum.

Planus iam Apostoli sensus. *Sitis sine
querella simplices Filij Dei.* Nihil effi-
ciatis, vnde pater vester cœlestis ad-
uersum vos molles possit excitare
querellas. Quare te tuomet vulnere
infecto læsisti?

*I.
Curam
gerit et
ronis.
August.
Tra. 116
in 10a.
Hiero.*

Cum proprium sit eius, qui alapā
impingit, mox vertere terga. Iesus
molliter respōdeus, quasi dexteram
porrigit, vt teneat fugam meditantē,
eum que ouem ad errorem sinistra
deuiantem, perducatur ad dexterā. D.
August. expendo sententiam. *Vbi non
respondebat, sicut ouis silebat; vbi respon-
debat, sicut Pastor docebat.* Docebat sci-
licet ouem illam erroneam locū dex-
teræ, vbi Dominicæ oues collocan-
tur. Hinc pulchrè exoritur rursus
D. Hieronymi expositio ad locū Mat-
thæi. *Si quis te percusserit in dextera ma-
xilla, præbe ei & alteram dexteram.* Sic
Iesus alteram dextram præbuit, dum
in morem benignissimi Pastoris eum
docuit, quonammodo posset ad dex-

teram collocari.

Et quidem grauisimum Iesu vul-
nus, peccatorem vulneratē fugere
apud sinistram periturū. Hinc ex Ie-
remia querimonia. *Edificauit in gyro
meo, & circumdedit me felle, & labore.*
Thr. 3. Vbi Pascha. *Quoniam coedifica-
uerat ei Pater in gyro obsidionem, quando
cum armis, & fustibus eum a Iuda tra-
ditum comprehenderunt, & ne posset effu-
gere, vinctum eum perduxerunt.* Expo-
luit David, *Traditus sum, & non egre-
diebar.* Psal. 87. *Videte, si est dolor, sicut
dolor meus.* Ego ille, qui traditus cum
fuerim à Discipulo, percussus à mini-
stro, non egredior (sic disponēte Pa-
tre, qui mihi murum apposuit) vt il-
lum eripiam à laqueo, vt hunc addu-
cam ad ouile.

Dolor hic æqualis equidem ei,
quam exciperet Iesus, si ossa viuen-
tis confringerentur. Cur Pater iam
indè ab Agno Paschali iussit, ne Iesu
ossa perfringerentur? Mitto alias cau-
sas; vnā illam exhibeo, nēpè prius
eadem Iesu ossa quodammodo con-
fringenda. Vndè ne bis frangerētur,
Pater imperauit eis parcere milites.
Quādonam igitur contracta sunt os-
sa Saluatoris? *In me* (inclamat Iesus)
*uertit, & conuertit manum suam tota
die, contriuit ossa mea.* Thr. Pater iam,
contriuit ossa, vos ò Milites, parcite.
Et quidem contriuit tunc ossa (inter-
prete D. Paschasio) *quando in passione
Christi etiam ipsi Apostoli contriti sunt,
& pauore mortis fugati.* Certe eorum
reuocabilis fuga. Quid non dirius cō-
fringerentur ossa Iesu ex percutien-
tis fuga irreuocabili?

SECTIO QUARTA.


Ex Capite 14. Marci.

TEXTVS.

Verf. 65. *Et cæperunt quidam conspuere in eum, & velare faciem eius, & colaphis eum cadere, & dicere, & dicere ei: Prophetiza.*

COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES.

¶ *Improperia recensentur.*

§. 1. *Tota nocte percussus est.*  *T cæperunt quidam conspuere in eum. Illud cæperunt inuenit non semel expuisse. Tota etenim nocte Iesum*

Angust. *ritid D. Augul. fatus. Hæc intelligi ur passus Dns vsque ad mane. Et Palcha. Hæc (inquit) vsque ad mane gesta sunt.*

2. *Conspuere in eum.* Scilicet in faciem eius, vt Matthæus adnotauit. Postquã reus mortis cõclamatus est, hi, cuius causa mori dignabatur, afflicto probra, irrisiones, atque illusiones addidit. Num ipsi sacerdotes, & Primores illuserint, ac percusserint? Respondet præcipuos illusionis, & percussionis huiusmodi autores Ministros fuisse, Primores autem probabiter extitisse non solum tanti facinoris approbatores, verũ & exequutores. Id exprimit Marcus, *Et cæperunt quidã conspuere in eum &c.* adijcit, *Et ministri alapis eũ cadebant.* Ergo quosdam distinguit à Ministris. Illi igitur quidam Primores proculdubio fuere.

3. *Conspuere in eum.* Primo faciem Iesu terræ, cœloque venerandã fœdis saluis conspurcarũt. Quæ quidẽ horribilis ignominia vlitata fuit apud Iudæos, vt ex illis verbis colligitur. *Si Pater eius spuisset in faciem illius, nõne debuerat saltem septem diebus rubore suffundi?* Num. 12. Pater ergo aliquãdo in faciem filij inspuerat, vt eũ grauissimè puniret: filius vero tam ingenti ignomia affectus, saltem septem

diebus rubore suffundebatur.

Et velare faciem eius. Velle deinde, vel aliquo aino haud mundo velamine Iesu oculos operuere. Quare? Respondet Chry. *Tam gratiosa, & benigna Domini facies erat, vt hostes, quamuis crudeles essent, & eum odio prosequerentur, nõ possent tamen eam cernentes, in eũ sentire, sed emolliti commiserabatur.* Ideo consiliũ eorum fuit, faciem eius velare, quo atrocius eum caderet colaphos, & alapas impingent, barbam vellerent, puluerẽ in faciem eius iactarent, & execrarentur in eum. Plura alia myltice Patres: Ego etiam existimo irrisionis ergo faciei appositum velamen, vt eum falsum Prophetam ostentarent.

Et colaphis eum cadere. Colaphus Grecũ vocabulũ. Græcus Euthy. sic exponit. *Et colaphus verberatio, qua in collo fit, vacua manu, vt sonum edat.* Theophy. autem colaphum cum alapa confundit. *Colaphizare est manibus percutere, & simul incuruatis digitis, & pugno cadere.* Cum Euthymio distinguo collaphum colli percussionẽ, ab alapa vulneratione quidem faciei.

Et dicere ei, Prophetiza. Quia vulgo insignis Propheta habebatur, & ipse se Filium Dei cõfessus fuerat, per irrisionẽ obuelatis oculis, eũ cedentes, interrogat, *Prophetiza nobis, quis est, qui te percussit?* Nec quidem prophetauit. *Stultum enim erat (loquor cũ D. Hiero.) verberantibus respondere, & prophetizare cadentibus, cum palam percutientis videretur insania.*

Proh mundi delictis præstantissimum

4. Cur faciem velauerunt? Chryf. hom 86 in Mat.

5. Cadunt colaphis.

6. Cur adijciunt: Prophetiza?

7.

Christi
probra
nostro-
rum vul-
nerū me-
dicamē.
Sedul.
L. 5.

mum medicamen! Quam dulciter ce-
cinit se dulius!

*Saluator patiens subiecto corpore totū.
Sustinuit, nostra que dedit sua mem-
bra saluti.*

*Namque per hos colaphos caput est sa-
nabile nostrum.*

*Hæc sputa per Dominam nostram la-
uere figuram.*

*His alapis nobis libertas maxima
plausit.*

*Bonū
pro ma-
lo reddē-
dum.

Ad
illud:

Et ca-
perunt,
¶c.

Sedul.

9.

Se de-
bellantē
benedi-
cit.

Gen. 32.

Euseb.
hom 8.
de Pas.

10.

Vulnera
tuslanac

Tunc, cum cædebarur Iesus, per-
cucientientium vulneribus
medebatur.

Illustro breuiter hanc sententiam.

Nostræ que dedit sua membra saluti.

8. Quis nisi Iesus se vulnerantibus illa
tenebricosa nocte pararet medicinā?

Noctē quadam Iacob preces ef-
fundebat. *Ecce vir luctabatur cum eo*

usque mane, & cum praualuisset Iacob,

dixit ei Angelus. Dimitte me, iam enim

ascendit aurora. Respondit Iacob: Nō di-

mittā te, nisi benedixeris mihi. Gen. 32.

An non stultum impugnatōrē ab im-
pugnato, imo & expugnato benedi-

ctionem postulare? Quā pulchrē Eu-
sebius Gal. *Qui vincitur, benedicat?*

In Iacob ergo Iudeorum populus, in Angelo

Christus agnoscitur. Preualuerāt enim

(autore D. Augustino) ad tempus in

Dominica passione Iudæi. Adnota ita

que consequentię vim. Qui vincitur,

*benedicit? Ergo in Iacob Iudæi in Ange-
lo Christus figuratur. Quis enim nisi*

ror iudicij Abucuch? *Dñe, (inquit)*
audiui auditionem tuam. Id est, (Lyrano
interprete) audiui Iudæorū pro-
bra, irrationes, contumelias, calum-
nias, alaparum, colaphorū strepitus
meis peruenit ad aures. Adijcit. *Et*
tinnui. En iudicij error. Quis non sibi
prudenter persuaderet Iesum tā im-
maniter vulneratū aduersus percus-
sores insurrecturum: iam à meo exci-
di errore. *Domine, opus tuum in medio*
annorum diuifica illud. Cap. 3. Illa ver-
ba: *In medio annorum,* ad Dominicam
ætatē, qua passus Dominus, allicit
idem Lyr. Hæc est tuæ passionis cō-
ditio, vt opus manū tuarum, quod
te interimit, tunc vita dones.

Colaphos itaque sustinuit inobe-
dientiæ nostræ, sputa nostræ fœdita-
tis admisit, alapis nostræ captiuitatis
est vulneratus, vt ægritudini nostræ
mederetur. Paulum audite. *Qui non*
nouerat peccatum, pro nobis peccatum fe-
cit 2. Cor. 5. Fecit peccatum, id est,
figuram abluendi peccati in suo cor-
pore ex inflictis hac nocte vulneri-
bus admisit. *Ho. (scite inquit D. Am-
brof.) ad eos referendum videtur, quas*
Deus in carne suscepit iniurias. Et neces-
sium fuit, vt erummarum multitudinem
miserationum multitudo depelleret.

II.
Hinc
peccatū
fecisse
Paulus
affirmat.

Ambrosi

*Impro-
perij, &
iniurijs
homi-
nes se-
nescunt.

Ad
illud:

Et cape-
runt,

¶c.

12.]

OBSERVATIO. I.
MORALIS PANEGRICA
CIRCA LITTERAM.

Tota Iesus nocte percutitur, imo
eternū quodammodo passus est.

Vidimus ex D. Augustino Iesum
tota fuisse nocte vulneratum. *¶c.*
Hæc (ait) intelligitur passus Dominus
que ad mane. O nox superans æterni-
tatem! Tot opprobria Iesus vna in
noctē sustinuit, tot vulnera accepit,

vt nox secula transilens, eternitati ad hærescere conari videretur.

13. Ad iuue-
te ro-
bur cu-
rat Pro-
pheta
reuoca-
ri Iesum
ex im-
prope-
rijs fe-
nescit.
Aba. 3.

Inclamabat Propheta, *Domine, opus tuum in medio annorum viuifica illud.* Abac. 3. Vbi Lyran. *(Christus enim)* *trigesimo tertio anno, quod est quasi medium ætatis humana, passus est.* Ac si diceret, Quid o vir, in ætatis robuste meta constitutus, quasi senio confectus es? Viuifica opus tuum, adde florentis robur ætatis, ne scilicet ab hostibus tuis pigritudinis incusseris. Proh Deus immortalis! Quid o Propheta vidisti in Iesu, quod protenderet senium? Canus est puluere conspicitur, caluitium crinium reuulsio effecit, maxillæ eius alapis exaratæ.

14. Inter
inimi-
cos inue-
terauit.
Thr. 3.

Vetustam (cōqueritur Ieremiæ ore Iesus) *fecit pellem meam, & carnem meam.* Thr. 3. Vbi D. Pascha, gemere affirmat caput nostrum, quod peccatorum actiones crudelissimæ eum ad senium perduxerunt. *Inueteraui inter omnes inimicos meos.* Psal. 6. Cur David se asserit ad senium perductum? Num quia in veteris hominis Adam antiquitate permansit? Sic Cassiod. Num quia per consuetudinē, & per seuerantiam prauorum operum non nouum, sed veterem se peccato esse agnoscebat? Ita Grego. At meh conuenientius Theodor. *Omnibus malis* (ait) *grauiora mihi sunt inimicorum opprobria, hæc enim me consumunt, & liquefaciunt, & ad extremam senectutē adducunt.* Si ex opprobrijs purus homo, ex Adami origine, & ex adulterio im- purus senio conficitur, quid homo Deus nunquam vetusto Adami vestitus indumento?

15. Sæpe o-
biit, &
renatus
est hæc
noctele

Age vero, non solū senuit hac nocte Iesus, sed totiens confectus senectute obiit, quotiens aliquod subijt opprobrium; post obitum vero rur-

sum mox quodam modo repetijt infatiam, vt iniurias, ac vulnera sustinēdo infinitas percurreret ætates, exanthlaret secula. Ieremias, *Pauca in puluere os sum.* Thr. Legit D. Amb. *Dabit in sepulturam os suū.* Vbi silentiū Domini inter probra, & calumnias contemplatur. At si diceret. Quotiens lesus aut probro affectus, sicut colaphis vulneratus tacet, totiens descendit ad sepulchrum. Quasi enim senio confectus interit.

16. Appa-
ret sic
Apo. 1.

Id quod egregiè probat Apocalypseos testimonium. *Et conuersus, vidi septē candelabra aurea, & in medio septē candelabrorū aureorū simile Filio hominis.* Caput autē eius, & capilli erant candidi tāqua lana alba. Et pedes eius similes aurichalcho sicut in camino ardenti. Cap. 1. Ad quem locum Lyranus significatur (ait) *hic maturitas mortis, & ætatis.* Ideo Iesus senis in morem ardenti camino, id est, pro ra, seu quodā busto in nititur. Vndenā o bone Iesu, tam maturè, imo tā immaturè secedis, & occubis? Profecō candelabra noctem illam quodammodo eternam inuūt, qua Dominus innumera sustinēs opprobria sepe sepius senectute confectus properauit ad tumulam.

17. Sæpe ad
cunam
reuer-
tur.
Abac. 3.

At enim ideo senex occūbebat, vt rursum infans noua toleratus insurgeret. Iterum Abac. testimoniū pulchrum plane accipite. *Domine, opus tuū in medio annorū viuifica illud,* Cap. 3. Lxx. transferunt. *In medio duorum animalium.* Quid Dominicis aunis cum duobus animalibus natalitij? Vaticinatur equidem Propheta Iesum in ætatis medio, ad infantilem rursum properaturum, ac si in præsepio in medio duorum animalium collocaretur. Quorsum hæc? Porro Christus ex opprobrijs, & vulneribus senescens,

nescēs, ad infantilem affectu rursus
deueniet ætatem, de sepulchro exi-
liens ad cunam, vti vna in nocte infi-
nita secula trāliat. Senescere, mori
efficiūt in iuriæ: Igitur iniuriarū illa-
tor prorsus quodāmodo homicida.

Deus olim Coelicolis. *Clamor Sodo-
morum venit ad me, & peccatum eorum
aggravatum est. Descendam igitur & vi-
debo, &c. Gen. 18. Vbi Abulensis, Mo-
re humano loquitur. Ac si diceret, Homi-
num morem gerit Deus. Nā quia illi
homines flagitiosi existimabant, Deū
nullatenus eorū peccata videre, Nec
intelliget Deus Iacob: Deus ironice in-
clamat, eorum gerens morem: Descē-
dā igitur, & videbo. Iam expēde queis
illi criminibus implicabantur. Profe-
cto non solum in fanda libidinis estu
incendebantur, verum & crudelitati
operā dabant. Hūc respicit illud Do-
minicū: *Et peccatum eorum aggravatum
est. Ad que verba Abul. Dicit Rabbi Sa-
lom, quod quaedam puella pauperi petenti
panem, dedit; ideo mandato (iustitias nu-
data sunt, & melle delibuta toto corpore,
astino tempore in foro apibus, & muscis
exposita, vbi cum grauer toqueretur, cla-
mauit ad Dominum contra gentem illam,
& exaudita est. Quando etenim non
crudelitatis facinora molitur, qui Dei
oculos censet obnuiliari?**

20.
Hinc So-
domitæ
crudelit
fimi.
Gen. 18.
Abul.

OBSERVATIO II.

Quam immanes in Iesum, qui
eius oculi velari, eiusque prophe-
tiam inanem esse existima-
bant.

*Dei ef-
fugiens
præsen-
tiā hor-
ribili-
bus pec-
catis illi
gatur.

Ad
illud;

Et cæpe

runt cō

spuere,

Ac si prophetia careret

&c.

18.

Simon

de Caf.

L. 13.

19.

Sæuit in

Deum,

qui cæ-

cum me

ditatur.

Psal. 93.

Calsia.

Psal. 93.

Psal. 93.

Psal. 93.

Psal. 93.

Psal. 93.

Psal. 93.

Psal. 93.

Psal. 93.

Psal. 93.

Psal. 93.

Psal. 93.

Psal. 93.

Psal. 93.

Psal. 93.

Psal. 93.

Psal. 93.

Psal. 93.

Psal. 93.

Psal. 93.

Psal. 93.

Psal. 93.

AD hæc venerabilis Simon Caf-
sian. *Prophetiza (inquit) nobis,
spuere, qui te percussit? Ac si prophetia careret
&c. anima Saluatoris, siue tanta sit ignoran-
tia Iudicis, quod culpam nesciat delinquē-
tis, & quod nesciens culpam, non inferat
penam. Vnde pernitiosa licentia per uage-
tur iniquitas, si Iudex ignorat, quem pu-
niat. Similiter & si nescit patiens ferien-
tem, quod iustam nequit rependere vicē.
Eum abnegant Prophetam, oculos-
que eius posse obrui cal gene arbi-
trātur. Hinc effrenatio delinquētiū.*

Describit David sceleratos admo-
dum peccatores contumelias in Do-
minum iactantes. *Effabuntur, & loquē-
tur iniquitatem. Populum tuum, Domine,
humiliauerunt. Psal. 93. Calsiodo. Deo
fieri contumelias hæc audiebant. Vnde
nam igitur tam effrenati in Dominū
irruunt? *Dixerunt, Non videbit Domi-
nus, nec intelliget Deus Iacob. Calsiod.
Æstimant enim dementes Deum non vi-
dere mala illorū. Opportunior adhuc
Calsianus. Quid enim est, dicere. Nō vi-
debit Dominus, nisi, Prophetiza nobis, quis
est, qui te percussit? Vt malefactorum im-
punitas subsequatur. Credunt namque nō
nulli oculos Dni fasciolis ignorantia obue-
lasse, ut nec ipse speculator desuper astet.**

Hinc elicies, quā crudeles se præ-
buerint erga Iesum, qui oculos vela-
mine obtenebrabāt, nec existimabāt
Dominico spiritu inesse prophetiā!
O quam sæuere ex faciei venerabi-
lis conspurcatione! *Faciem meā (Iesus
ait) non auerti ab increpantibus, & conf-
pueitibus in me. Isai. 50. Hebraicē, Fā-
ciem meā non auerti ab ignominijs, (cres-
cit oratio) & sputo. Valde etenim 2-
pud Iudæos ignominiosum vel à pa-
rentibus sputo fædari, D. Hilarius. In
palmis, atque sputis, ad consumandam ho-
mini: humilitatem, & in uersa in eum con-
tumeliarum genera exercebantur. Reli-
qua opprobria tuæ meditationi ma-
teriem subministrant.*

21.
Quam
ex hoc
capite
imma-
nes, Iu-
dæi Iesu
vultu era-
tores
Isai. 50.

Hilar.
Gen. 32.
in Mat.

SECTIO QUINTA.

Petri Negatio.

Ex Capite 26. Matthæi.

TEXTVS.

Verf. 69. Petrus verò sedebat foris in atrio, & accessit ad eum una ancilla, dicens, Et tu cum Iesu Galilæo eras.

Verf. 70. At ille negavit coram omnibus, dicens, Nescio quid dicis.

COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES.

¶ Petrus sequitur Iesum usque ad atrium, Petro foris manente.

¶ Tres Petri negationes.

S. I
Petrus
sequi-
tus Sai-
uatorē.

Petrus, (Ioannē si demas, ceteri Discipuli meru ter riti, alius alio fugerant) tamen si nō successerat pugna, tamen non poterat omnino obij cere curam Domini, quem vehemen ter diligebat: nec rursus audebat ad esse. Sequitur tamen utcumque pro cul, ac tandem per tenebras ingres sus est ignotus in atrium Cayphæ. Vbi quidem sedebat admixtus ministris, ad prunas calefaciens se; ut quā do non poterat defendere Iesum, sal tem quis nam exitus iudicij existeret videre quiret; si quidem spes nonnul la adhuc animū alebat Apostoli. Pro fecto Discipuli noti Pontifici inter cessione introductum Petrum asse rit Ioannes.

2. Quisnam fuerit huiusmodi notus Pontifici Discipulus, si roges Hiero. Chryloto. Euthym. Theop. Lyra. & alij asserunt Ioannem. Vnde nā Hieronymus, *Propter generis nobilitatem.* Nicephorus. *Quia partem, qua sub i ex hereditate obuenerat, Cayphæ vendide rat.* Lyranus, quod pisces Cayphæ do mum ferre solebat. Licet non assentiar, non audebo tantos Doctores impug nare. Quia igitur notus erat Pontifi ci Cayphæ Ioannes, admissus est in

Petrus sedebat foris in atrio. Intro ductus Petrus in Cayphæ pala tium, non ascendit Domum, ubi ade rat Iesus; sed sedebat foris in atrio. Hoc est, manebat foris extra alias e des, in quibus Iesus commorabatur. Nam & atrium illud intrā palatij am bitum erat.

4. Queritur, quotiens Petrus Chri stum negarit? Euangelistæ enim sic negationes commemorant, ut plu res, quam tres fuisse videantur. Ca rietā septies Petrum abnegasse exi stimat, ter à fœminis, quater à viris interpellatum. Quomodo autē stare potest opinio huiusmodi cum celeberrima Christi prædictione, *Ante quam gallus tunc ter me negabis.* Res pondet ille, eum, qui septies negat, negare etiam ter, quemadmodū qui soluit septem aureos, tres etiam soluit. Attamen non credam Dominū eum sciret Petrum septies abnegatu rum, ter se solummodo abnegandum ab illo prædiceret. Ter itaque Petrus Dominum abnegavit.

Accessit ad eum una ancilla dicens

¶ Petrus igitur sedebat foris in a trio, procul triste spectaculum con templans, & rei expectans exitum,

nec

3.
Sedebat
foris.

4.
Quo-
tiens ab
negavit

5.
Ancillæ
prolo-
quuntur

nec audens accedere propius, ne à ministris agnosceretur. Oltiaria eū, siue potius hostis, adit ancilla, quæ propter socij Pontifici amici respectum illum ingredi passa erat, & eum noscicans, ait. *Et tu cum Iesu Galilæo eras.* Vocat Iesum Galilæam ignominia causa, sicut qui iniguo erga eum erant animo solebāt appellare à quibus ea propter muliebrem leuitatē didicerat. Et quia, cum in Galilæa plurimum diuersaretur, Galilæus fortasse esse credebatur; & quia omnes fere Discipuli Galilæi erant. Sic Iulianus Apostata & Christum, & christianos omnes Galilæos appellabat, uti autor est Socrates.

Socrat.
l. 3. Hist.

6. *Ac ille negauit coram omnibus, dicens: Nescio quid dicis.* Quare coram omnibus Euangelista Petrum negasse dicit? Num ut declaret circumstantiam, qua crimen augetur? Et quidem non mediocriter e publico scādalo crescit iniquitas. Nam ut historix fidem faciat, ne Apostolorum Principem falso accusare videatur, quasi omnes qui aderant, pro testibus adducens? Profecto Procerum excessus non sunt nisi cum maximo euulgandi fudamine. Ex his elige quam malueris responsionem.

7. *Nescio, quid dicis.* Securæ negationis emphāsim habet. Ac si dicat, Nō solum non sum, quem me esse dicis; sed tantum absum, ut sim, uti ne intelligam quidē, quid dicas. Sic enim solemus respondere, cum ab eo crimine, quod nobis obijcitur, longissime nos abesse significamus. Non intelligo, quid dicas, Nescio, quid dicis.

Vis pro
positio-
nis.

8. Profecto Ioannes scribit Petrum respondisse, *Non sum.* Lucas, *Non noui illum.* Marcus, *Neque scio, neque noui.*

Euange-
litarū.
pugna.

ui, quid dicas. Existimo hæc omnia exaggerandi causa Petrum respondisse. Cum ancilla quasi dubitando, interrogauit. *Num quid & tu ex Discipulis es hominis istius?* Simpliciter dixit: *Non sum,* ut ait Ioannes. Deinde cum iustaret ancilla, & affirmanter proclamaret, *Et tu cum Iesu Galilæo eras:* quod Mattheus narrat. Petrus respondit. *Neque noui illum, neque scio quid dicas,* quod à Mattheo, Marco, & Luca adnotatur.

Petrus itaque ad ancillæ vocem exanimatus, & oblitus illius magnificæ vocis, qua dixerat Christo; *Et si oportuerit, memori tecum, non te negabo:* coram omnibus abnegauit Dominum suum, dicens, *Nescio, quid dicas.* Et continuo gallus cantauit. Cum autem parat exire, in ipsis foribus vidit illum a terra ancilla, quæ prodens illū alijs ministris altantibus, ait. *Et hic erat cum Iesu Nazareno.* Petrus autem rursū abnegauit, adiurans se hominem nō nouisse. Verū paulo post quidā ex circumstantibus agnoscentes Petrū; dicebant: Profecto tu ex hoc numero es. Si quidem non facies solū, sed & sermo tuus te prodit Galilæum. Tunc magis etiam expauesfactus Petrus, cœpit non solum abiurare, sed & execrationibus deuouere se ipsū, si nouisset hominem. Et continuo iterum gallus vocem emisit. Post hæc intuitus est illum Iesus, & oculis illi loquens, admonuit. Tunc demum Petrus ad se reuertus recordatus est, quod ipsi prædixerat Iesus, iactanti fortitudinem suam: Priusquam gallus bis cantet, ter me leō negando delaberis. Ad intuitum ergo Iesu statim respuit, & egressus foras amare fleuit.

9.
Reliquæ
abnegationes.

Quoniam modo Petrum Dominus respexit;

10.

Easil.
hom de
Humil.

Ambro.

Hiero.

Victor.

Hiero.

13.

Quare
permis-
sus Pe-
trus ca-
dere?

14.

Non ex-
ciditè
de.

respexit, si Petrus in atrio erat foris, & deorsum; Christus autem in ædibus interioribus, quæ atrio superiores erant. Respondet D. August. spiritualiter fuisse hunc Iesu respectum. Contra, quia Christus conuersus dicitur, cum Petrum respexit. Non est conuersus spiritualiter, quia non erat animo auersus à Petro. Ergo conuersus est corporaliter ipso vultu. Respondere pro Augustino possumus, conuersum Iesum etiam spiritualiter ad ferendum auxilium Apostolo.

D. Basil.) arrogantius dixerat: Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego non scandalizabor: humana traditus est pusillitati, & prolapsus est in negatione iam Apostoli tepiditatem taxant. Ad carbones (inquit D. Ambros. Petrus stabat, quia agebat affectu. iam oculorum Iesu laudant efficaciam. Nec fieri poterat (Hierony. profatur) ut in negationis tenebris permaneret, quem lux respexerat mundi. iam Petri poenitentiam extollit. Dimissum est ei (verbis vtor Victor. Victoris Antioch.) tale peccatum; quoniam quemadmodum oportebat, poenitentiam egit, licet non dum hostia fuisset oblata, non dum victima sacrificata, non dum esset suspensum peccatum; sed adhuc dominaretur. & tyrannidem exercebat. iam denique fugam Petri ex atrio ponderantes inelamant. In atrio Cayphæ sedens, (cum D. Hiero. loquor) non poterat agere poenitentiam. Egre ditur foras de impiorum consilio, ut pauida negationis sordes amarum fletibus lauet. Plura in Panegyri.

Quod si requiras, Cur permiserit Dominus Apostoli casum? plures reddunt causas Doctores. Ego vnam illam exhibebo, & illustrabo, nempe ut disceret Petrus ex his, quæ passus est peccatoribus misereri. D. August. Ideo (ait) Dominus Petrum paululum subdeseruit, ut Ecclesiæ Rectori futuro ignoscendi peccantibus quadam regula poneretur, ut in laibus esset fidelis ianitor, in sententijs demumissimus dispensator. Cōtestatur D. Basil. Petrus lapsu institutus est ad pietatem, & edoctus etiā alijs infirmis parcere.

Ad hæc aduertendum duxi à duplici nos opposita sententia fugere oportere. Sunt enim qui asserant fidem Petrum perdidisse. Nec enim fidem perdidit; sed negavit, quod aliud

Quoniam
modo
Iesus Pe-
trum
respexit
rit?
August.
l. i. de
Grat. c.
45.

11. Probabilius existimo post trinam Petri negationem illico ductum Dominum ex aula superiori in atrium inferius, vti posset vulnerari crudelius & diutius, à Pontificio abstractus cubili. Tunc conuersus ad Petrum, respexit illum, eo que edocuit respectu, quanta sit humana fragilitas, & ad poenitentiam excitauit, quam ille nō distulit; sed protinus exegit. Egressus foras, fletu amare. Ex Græco Marci textu sic Theophy. Cum velamen eiecisset fleuit. Hoc est, cum caput obuellasset, fleuit. Amare enim fleuit obuelato capite, iuxta hanc interpretationem, ex atrio discedens.

12. ¶ Quid denegatione Patres?

D. Leo. ser. 9. de Pas. Plura Patres in præsentia acervant. Iam Petri lacrymas laudibus effert. Felices (inquit D. Leo.) lacryma tua sancte Apostole, quæ ad diluendam culpam negationis, virtutem sacri habuere baptismatis. iam Dei gratiam commendant. Magnum dogma (ait D. Chry.) à Petro discimus, quia nullo modo hominis voluntas sufficit, nisi auxilio superiori roboretur. Quid est (loquor cum August.) homo sine gratia Dei, nisi quod fuit Petrus, cum negavit Christum? iam animi damnant elationem. Quoniam (ait

Chryf.

August.

aliud esse quis Theologus non videat, Ap̄te Prudentius.

*Fleuit negator demque.

Ex ore prolapsum nefas.

Cum mens maneret innocens.

Animusque seruaret fidem.

Sunt etiam & magnę authoritatis Doctores, qui affirmant Petrum, cū Christum negauit, aut non peccasse, aut mentitum non fuisse: sed salua veritate, ambigē locutum; vt D. Hilar. & D. Ambros. scribunt. Nec enim (inquiunt) mentiebatur, qui eum hominem se nosse negabat, quem Deum cognoscebat. Quos, vt opinor, Doctores hisce verbis D. Hieronymus notat. Scio quosdam pro affectu ad Apostolum Petrum, locum hunc ita interpretatos, vt diceret, Petrus non Deum negasse, sed hominem: Et esse sensum: Nescio hominem, quia scio Deum. Hoc quam frivolum sit prudens lector inteligit. Sic defenunt Apostolum. Vt Deum mendacij reum faciant. Si enim iste non negauit, ergo meritis Dominus, qui dixerat: A nē dico tibi, quia hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis. Cerne quid dicat, Me negabis, non hominem. Quamuis possamas Hilarium & Ambrosiū ab huiusmodi nota pia interpretatione liberare, vt non negent & abnegauisse, & peccasse, & mentitum fuisse Petrum; sed tantum ita locutum dicant, vt ex verbis eius aliquis verus sensus fauorabilis nempe elici possit. Quia dixerat, Non noui hominem. Quod interpretari possemus, Non noui tanquam solum hominem, sed tanquam Deum.

15. Vere ab negauit & peccauit.

Hiero.

*Prelatus debet ex sua firmitate infirmis misereri. Ad Illud:

OBSERVATIO. I.
MORALIS PANEGYRICA
CIRCA LITTERAM.

Excidit Petrus, vt cadentibus

miseretur ex his, quæ passus est.

Petrus vero sedebat

Petrus (aiebat D. Basilius) lapsus in stitutus est a pietatem, & edoctus etiam alijs infirmis parcere. Qui enim propriam infirmitatem contempletur subditorum parcat miserię.

Hinc edisces, quare Deus indutus humanitatis specie in morem ambulantis post meridiem delinquēti Adamo apparuit inclamans, Adā ubi es? Gen. 3. Anselmus acutē. Audiuisti vocem Domini deambulantis, non stantis. Ac si vel habitu corporis inclamaret. Nil est, quod timeas Adam fugitans, quoniam si excidisti, Dominum vides ambulantem, non sedentem. Plinij pulchro expendo testimonio. Ambulans natura casu proclius. Deus equidem minime est casui obnoxius, sedet enim, asidet throno. At ambulans obijcitur trāgresfori, vt indutus natura labili fragili, ab homine labenti non timeatur.

Prodigus Adolescens seruili affectus timore ad Patris domum reuersurus, ait, Fac me sicut vnum de mercenarijs tuis. At Pater misericordia motus est, & accurrit, & cecidit super collum eius. Luc. 15. Quare Deus non heres throno expectat, sed potius se simulat visibili specie cadentem? Cecidit super collum eius. Vt simulans casum eum, qui verē ceciderat, benignus alliciat. Rem perficit D. Petrus Chrysol. Certē si abscessimus, sitotum venimus ad ruinam, surgamus, & ad talem Patrem tali inuitati redeamus exempla. Accurrit, & cecidit? Quis hic desperationis locus? Quomodo non miserebitur, qui abscedentem, & cadentem filium habitu cadentis excepit?

Adam Princeps hominum constituitur.

16. 17. Deo ap paruit sub specie humanitatis casui obnoxia. Gen. 3. 18. Prodigus i Patre labili natura induto exciditur. Chrysol. ser. 2.

Adam
Prin-
ceps la-
bis.
Gene. 2.
Ambro.
L. 1. de
Paradi.

stituitur. Cui equidē illa indicta lex. *De omni ligno comede, de ligno scientia boni & mali ne comedatis.* Ge. 2. Ad quē locum D. Ambr. *Qua ratione, ubi præcepit, ex omni ligno edendum, singulariter dixit, Edes: Vbi autem de ligno scientia boni & mali non edendo, pluraliter, edetis, dixerit? Existimo id esse sc̄ū, vt Adam Princeps futurus nunquam consideret subditos delinquere, diuinā que legem transgredi, nisi se similiter videat delinquentem. Vt scilicet facile criminibus misereatur, quibus se contemplatur obnoxium. De ligno scientia boni & mali non comedatis. Si subditus comedit, Princeps se comedisse arbitretur. Tunc misericorditer exercebit iudicium, cum se labilem fuerit arbitratus.*

20. Et Moy-
ses.
Exo. 31.
Lyra.

Peccato maximo olim contamina-
to populo, Moyses in Domini confes-
peccū. *Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo.* Exo. 32. Lyranus eo libro intelligi affirmat *Librum vite, de quo delentur peccatores.* Caieta. *Est sermo de libro Principatus.* Vtramque amplector expositionem. Moyses enim præstantissimum Principem agebat, dum misericorditer subditorum salutem procurabat. Vndenam tam benignus? Quid non peccantibus misereretur Princeps, qui se adeo fragilem existimabat, vt e vitali libro cum peccatoribus quiret aboleri?

21. Iesu ex-
plum.
Mar. 4.
Chryf.

Redeo ad Iesum Prælatorum ma-
gistrum. Dum ipse cum Discipulis na-
uigaret, excitata tempestate, iam iam
nauicula mergebatur. Quid tunc Do-
minus? *Erut ipse in puppi super cervicalis dormiens: & excitant eum, & dicunt illi, Magister, non ad te pertinet, quia perimus?* Mar. 4. Ad quem locum Chry-
sost. docet quonammodo Iesus periclitantibus, imo excidentibus pecca-

toribus medeatur. Affectus enim cō-
passione, dormitionis specie verē
dormientes peccati somno excitare
conatur. Per pulchrē Chrysol. *Ad Chryso.*
*dormientem confugiunt, & credunt obse-
sere sauientibus elementis eum, cui som-
num dominari sua compassione conspi-
ciunt. Prælati noster qui non nouit
peccatum, dormienti induitur ex cō-
passione natura? O quam clementer
nos à peccati exitiali homino reuoca-
bit, à naufragioque liberauit eterno!*

OBSERVATIO II.

Petrus tepiditate laborans, à ti-
more corripitur, vt abneget
Magistrum.

Paschafius mysticē ad hæc. *Si tem-
pus (ait) consideremus, poterimus a-
nima tueri, quibus Petrus premebatur
malis, quādo eum frigus obgelauerat. No-
enim erat in atrijs Domini, sed in atrijs
Caypha. Ac si diceret, Tepiditate præ-
sus Apostolus, quia non feruenter ad
coelestem Patriam eleuabatur, mise-
rē corruit. Quando etenim tepiditas
non spiritualementem virum deturbauit?*

Triplici admonitione Iesus Petrū
ad orationis feruorem excitat. *Vi-
gilate, & orate, ne intretis in tērationem.*
Semel, ac iterum, & tertio Iesus ad se
coelestem euocabat Sponsam. *Surge,
propera, & veni.* Cant. 2. Quare eam
triplicata cōpellat admonitione? An
quia satis non est spirituali viro fer-
uenter iter inchoasse, si non ad per-
fectionem vsque perduceret? Ita pla-
ne. Nyssen. *Rursus ait ad excitatam,
Surge: & ad venientē, Veni. Nec enim
ille, qui hoc modo surgit, vnquam surge-
re desinet: neque à corrente ad Dominum
amplissimum illud diuino cursui destina-
tum spatium conficietur. Semper nimirum
exci-*

*Tepidi-
tas spiri-
tuale vi-
rum de-
turbat.

Ad
illud:

Petrus

sedebat

foris in

atrio.

22.

Paschaf.

L. 11.

23.

Totum

iter fer-

uenter

percur-

re.

Cant. 2.

Nyffe.

Ora. 5.

in Can.

exci-

excitari nos oportet, nec unquam est quies-
cendum, etiam si cursu propriis ad scopio
peruenimus. Quam feruenter Petrus
volatum instituit! Et si oportuerit me-
mori tecum, non te negabo. At in domo
Cayphe, sedebat Apostolus. Petrus
autem sedebat foris in atrio, Quid mihi
miserè corruisse?

24. D. Pascha. Tempus (acutè ait) con-
sideremus, in quo negat Petrus. Quid tē-
pori cum negatione, siue quid nega-
tioni cum tempore? Petrus etiam si
præterito tempore feruenter auola-
uit, præsentis tempore sedebat, cum si
bi esset semper currendum, ideo ex
charitatis tepiditate corruit. Palus
ad hæc. *Charitas nunquam excidit.* 1.

1. Co. 13. *Nunquam* charitas præteri-
tum tempus aspèctat, vt sedeat, sem-
per ascendere ulterius conatur, soli
præsentis tempori firmiter inhæret.
Bernar. Pulchrè plane D. Bernard. *Vera vir-
tus finem nescit, tempore non clauditur.*
Nec enim vera virtus esset, si varietati
temporum inuiteretur.

25. Vnde inuocat David. *Domine,*
quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis
requiescet in monte sancto tuo? Respon-
det. *Qui ingreditur sine macula, & ope-
ratur iustitiam.* Psal. 14. D. Hieronym.
Psal. 14. *Qui ingreditur sine mortalibus peccatis,*
Hier. *& operatur iustitiam, quæ magna vir-
tus est, & mater omnium.* Iam quælo,
adnotata temporum varietatem. *Quis
habitabit quis requiescet?* En futurum te-
licitatis æternæ. *Qui ingreditur, qui ope-
ratur.* En præsentis spiritualis viri pro-
fectus. Quare non dixit, *Qui ingressus
est sine macula, qui operatus est iustitiam?*
Quia spiritualis vir nihil cum tempo-
re præterito debet habere, omnia in
præsentis ei collocanda, vt ad futurum
perducatur. D. Basilius. *Attende exa-
mpla dictionis v. m. Non dixit: Qui am-*

bulauit; sed; *Qui ambulat, neque: Qui fe-
cit iustitiam; sed: Qui facit.* Non enim
vnius actus perficit studiosum virtutis
operatorem; sed per omnem vitam proro-
gari, & extendi conuenit virtutis actio-
nes.

Assimile Pauli testimonium. Ego 26.
me non arbitror comprehendisse. Quare Pauli e-
trò sunt obliuiscens, ad ea, quæ sunt prio- xemplo
ra, extendens me ipsum, ad destinatum per confir-
sequor, ad brachium supernæ vocationis. mo.
Phil. 3. Vbi expendit illud præteri-
tum: *Cōprehendisse, illud præsens, Per-
sequor; illud futurum: Ad brachium su-
pernæ vocationis, siue felicitatis æter-
næ.* Num Apostolo tatis prælapto tē-
pore currisse? Minime. Præsentis tem-
pore currit, non sedet. Quia semper
currendum ei, qui futuræ felicitatis
palmam expectat. D. Bernard. *Num* Bernar.
quam iustus arbitratur se comprehendisse. Epi. 233
Sed semper esurit, sicutque iustitiam. Non
enim ad tempus, instar mercenarij; sed in
æternum diuino se mancipat famulatu.
O tepiditas, quando non spiritualē
virum deturbasti!

OBSERVATIO. III.

Semel abnegans Petrus, deinde,
& tertio se grauioribus crimi-
nibus illigauit.

(*)

Contēplari licet Petri delinquen-
tis decursum. Primò simpliciter
abnegat, *Nescio, quid dicis.* Deinde,
negat adhibito iuramento, quia non
hominem agnouisset. Tertio deni-
que adijcit in super & detestationē.
Quando enim peccatum sine huius-
modi incrementis in animo perseue-
rat? Id quod adnotauit Paschas. *In* Paschas.
prima (inquit) negatione sua coram om- L. 12.
nibus dicit tantum, Nescio quid dicis. In
secun-

* Secun-
dū pec-
catū se-
pè gra-
uius pri-
mo.

Ad
illud;
At il-
le nega-
uit co-
rā om-
nibus,
&c.

27.

Paschas.
L. 12.

Basil.
in Cat.
Græc.

Secunda vero negat cum iuramento. Porro in tertia dicitur, quod cœperit detestari. Grauius quidem, ac grauius negat. Quia quanto profundius in negationem vadit, tanto etiam cum iuramento amplius peccat.

28. Dominus olim ad Cain ira succē-

Peccata Cain ag grauan- tur sic- eefsu. Gen. 4.

sum in Abelem. Quare iratus es, & cur concidit facies tuā? Non ne si bene egeris, recipies &c. Gen. 4. Septuag. Peccasti, quiesce. Te iratum intueor, vultuque decidente cogitabundum. Vē tibi. Si enim non quiescis, in grauius proculdubio exilies peccatum. D. Chrysol. Peccasti, & grauius peccasti. Igitur quia grauius peccasti, quiesce, tranquillitatem facito; ne addas priori peccato grauius aliud. Quare grauius secundum additum peccatum futurū? Scitne peccator à peccato in peccatum transilire, quod prioris non exuperet grauitatem? An non Petri in morem à simplici iracundia properauit in homicidium, ab hoc autem tetendit in desperationem?

29. Confirmatur. Gen. 4.

Expendo sententiā illā: Non ne si bene egeris, recipies; si autem malè, statim peccatū tuum in foribus tuis aderit? Gen. 4. Quid peccato cū domus foribus? Professō primum peccatū quasi Diabolice machinationis fores est. Super quod Diabolus aliquum grauiorum criminum exaificationem extruit. Hūc respicit Apostolicum illud: Sol non occidat super iracundiam vestram.

Eph. 4. Diaboli machinationes.

Ephes. 4. Quare? Si in morem Cain concidente vultu, cogitationum laxatis habenas, peccatum, quod pro foribus est, iucrescet in machinam.

Theod.

Perpulchrè Theodor. Veretur, ne non est quiescens cogitatio, morbum auget. Nonit namque Diaboli machinas. Secū dum enim à foribus conscender in tecta, tertium autem è tectis auola-

bit in turres.

Triplici item se se delicto Iudas ^{30.} contaminauit avaritia, sacrilegio, desperatione. Sacrilegium quidem grauius avaritia delictum, sacrilegio autem ingētius facinus desperatio. Scitè equidem Gentilis avaritiam criminum portam appellauit. Aderat tunc Iudæ flagitium pro foribus, imo peccatū ipsum fores domus agebat. Nō protius euertit, quid mirum, si crescente machina, ad domus pinnaculū Iudas eleuaretur, vnde præcepit dare tur in laqueum? D. Chryl. Iudas, si peccunie amorē coercuisset, nō venisset deinde ad sacrilegium, non denique precipitaretur in laqueum.

Plutar.

Chryl. in Pla. 6.

Triplicatā equidē ruinā Vates in ^{31.} clamat. Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorū, & in via peccatorū non stetit, & in cathedra pestilentie non sedit. Psal. 1. Ad quem locum D. Basil. Tripropofuit (inquit) obseruatione digna. Non abiisse in consilio, non stetisse in via peccatorum, non sedisse in cathedra pestilentie. Primo consilium minus, postea id actione confirmamus, demum in eo insistimus. In cathedra itaque pestilentie sedere, idem est, ac tertium perpetrare flagitium, Basilio auctore. Quare igitur pestilentie cathedram tertio crimini accommodauit? Quia si primi peccati morbus noxius erat, si secundi flagitij lues magis exitialis, tertij criminis tabes omnino pestilens, imo omnis pestilentie magistra. Malitia enim peccatorum quando non ascendit, quando non profilit in machinam?

Id affirmat Dauid. Psal. 1. Basil. in Cat. Græ.

Pulchrè alibi confirmat. Supra dorsum meum (exclamat Iesus) fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam. Psal. 128. Vbi ausus Iudæorum, hostiumque Christi apprimè expendantur. ^{32.} Huiusmodi machinam supra Iesudor sum.

penduntur. *Fabricauerunt.* Prius verberibus, tertio denique me addixerunt in crucem. Ita Hugo Card. *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. Post impugnationem verberum. Pro longauerunt iniquitatem suam.* En fabricæ huiusce processus. Verba hærebant foribus, verbera ascenderunt ad tecta, crux denique capitolium pertingit.

OBSERVATIO III.

Excussatum quodammodo habeo Petrum, quia in domo Cayphæ abnegauit.

(*)

Minus equidem mirum, si Apostolus apud domum Cayphæ deliquit. Quod egregiè ponderat Pascha. fructus, *Considerandū tamen est, ubi negat Petrus. Non in monte, ubi fuit cum Domino, non in templo, non in domo sua; sed in pratorio Iudeorum, & in nocte, vel in domo Principis sacerdotū. Ibi ergo negat, ubi veritas non est, ubi Christus ligatus est, & ubi Christus contumeliatur, ubi eum intromisit ancilla ostiaria, & interrogat eum fraudibus suis, ubi innocentia difficile seruatur.*

Non in monte (inquit) ubi fuit cū Domino. Olim Adam in paradiso constitutus est, ubi cū Domino commorabatur. Deus enim ambulans ad aurem post meridiem describitur, vt inuat Textus Deum & Adami sociū, & paradisi habitatorem. Ibi Adam deliquit, ibi hostis gladio confossus est, ubi cum Domino commorabatur. Vnde non tam veniabilis Protoplasti delictum, quam Petri, qui quidem non in monte, ubi fuit cum Domino; sed ibi deliquit, ubi sedes Sathanæ, ubi improborum commora-

tio. Ad hæc Paschasius. *Id circo in domo Cayphæ magis veniabilis Petri culpa est, quam Adami fuerat in paradiso.*

Dauid eo tempore, quo solent Reges ad bella procedere, domi remansit, vbi viliter fœmineo gladio fuit interemptus. 1. Reg. 11. Si ad bella processisset, si inter furentes hostiū phalanges vulnus accepisset, non mirabile. At domi constitutum à fœmina fortissimum imperatorē vulnerari, planè in gloriam militi tanto, nec veniabile profectò quid protendit. Eleganter de more Bachiarius. *Requie primiuu frater, vtrum qui cecidit in pugna inuentus, an in domo fuerit vulneratus. Quia plus misericordia meretur, quem in certamine hostis percusserit, quam ille, quem dormientem latro confoderit.* Petrus vulneratus & à fœmina, & ab ancilla; sed in certamine, vbi nullus nō sagittarius, vbi non solum improbis, sed rectis corde iaculum preparatur.

Aliam Rathberti Abbatis expendo particulam. *Ibi negat, ubi veritas non est.* Quid è socio mēdatio nisi negatio veritatis? Precauit olim Ioseph ne fratres Aegyptijs immiscerētur. Ideo inquit. *Cumque vocauerit vos Pharaon, & dixerit, Quod est opus vestrum? respondebitis. Viri pastores sumus serui tui. Hac autem dicetis, vt habitare possitis in terra Gessen.* Gen. 46. Nam cū odio prosequerentur Aegyptij pastores ouium Deorum vtique suorum percussores, vrbe pastores interdicti in suburbium remitterentur. *Terra Gessen (inquit Abulensis) erat separata in fine Aegypti, vt nō habitaret inter Aegyptios.* Cur Ioseph tam sollicitus de fratrum separatione ab Aegyptijs? Vt videlicet fidei veritas illibata persisteret. Nam cum

AEGYP.

33.
Dauidis
gravior
culpa,
quia nō
in bello
2. Re. 11.

B achia
de recipi
laps.

37.
Ex con
focio-
menda-
cij, le-
uius. Pe-
trus ve-
ritatē
negat.

Gen.
46.

*Minus
grauiter
delin-
quit qui
cadit in
pugna.
Ad
illud:
Negat
ut co-
rā om-
nibus.

33.
Palsch.
L. 12.

34.
Grauius
deliquit
Adam
in Para-
diso.
Gene. 3.

A Egyptij naturaliter sint mēdacijs, ac adulationibus additi, mirum esset, si tibi, tibi veritas non est, Hebræi veram fidem non abnegassent.

OBSERVATIO V.

Foras egreditur Apostolus, quia in domo Cayphæ pœnitentiã peragere nequibat.

Quare apud Cayphæ domũ mox ad Domini aspectum Petrus nõ dicitur plorauisse? Respondet D. Hiero. In atrio Cayphæ sedens nõ poterat agere pœnitentiã. Egreditur foras de impiorum consilio, ut pœnitentiã sordes amaris fletibus lauet. Illud pondera, In atrio Cayphæ sedens, non poterat agere pœnitentiã. An non pœnitentiã animo salubris? Ita plane. Quonammodo igitur qui voluntariè apud proximã delinquendi occasiõem commoratur, sanitas potest in pestilentia domicilio?

Appositè David. *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in cathedra pestilentia nõ sedit.* Psal. 1. Quid pestilentie cathedra, nisi delinquendi occasiones, vbi sedes Sathanæ? Non igitur potest quis in cathedra pestilentie sedens, pœnitentiã donari sanitate, si quidem corruptus aer vim solutaris pœnitentiã inhibebit. D. Basili. *Quem admodum in pestilentibus locis sensim attractus aer corporibus morbum inicit, sic in praua conversatione maxima nobis mala hauriuntur.* Sicut igitur ad corporis valetudinem à pestilenti loco abstrahimur, ita ad animi sanitatem delinquendi occasiõem declinare debemus.

Non ne pœnitens à creaturã ad Deum conuertitur? Si igitur manes apud creaturam, quonammodo ad

Deum parabis conuersionem? Plora bo ibi, operiam cilicio carnem meã, à cibo abstinebo. Nil horum præstabis, vt oportet ad salutem, si remanes apud occasiõem proximã transgressionis. Testor Achabum, de quo Textus. *Operuit cilicio carnem suam, ieiunauit que, & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite.* 3. Reg. 21. Num tamen intus inmutatus est? Minimè plane. Quod si causam requiras, ea in promptu est. Flebat apud flagitiorum suorum ille clementia, non recedebat ab idolis. Nec enim manendo apud creaturas quis potest pœnitere. Scite ad hoc testimonium D. Ambro. *In ipso perfido Achab gemitus inuenisset gratiam, nisi manens, cum lasset offensa. Non enim gemitus præduatur, sed qui habet conuersionem.* id est. Ille fletus commendabilis, qui sequitur exitum, recessum, fugam à loco, vbi scandalum excidendi.

In atrio (aiebat Hier.) Cayphæ sedens, non poterat agere pœnitentiã. Sic Ambro. *Pœnitentiã ergo non verbis agenda est, sed & actu.* In primis omnis cura vite huius interimenda tibi est, & quasi mortuam te existimans, sicut es, quomodo possis reuiuiscere, cogita. Deinde tibi accipienda est vestis. Compone particulam illam: *Quomodo possis reuiuiscere, cum illa: In domo Cayphæ non poterat agere pœnitentiã.* Dic mihi, si casu, qui defunctus existimatus fuit datus sepulturæ, in se reuersus, meditaretur quonammodo rursus ad viuorum habitationem redire posset: an non in primis aut voce, aut vi ruptis funereis vinculis ab ergastulo pro filire curaret? Quis abneget? Hoc animus emortuus præstare debet, vt possit resurgere, à sepulchro, vbi iacuerat mortuus, effugere. Nec enim ibi consti-

In peccati occasione peragere non potest.

Ad illud: Egredus foras flet.

38. Hiero.

Quid est pestilentia salutis? Psal. 1.

Basili. Hom. quod Deus non sit causa malor.

40. Habeat exitum pœnitentiã.

3. Re. 21

Ambro. in Psal.

41. Defere sepulchrum, vt viuas Ambro. ad virg. Laps.

constitutus potest ad vitam reuocari. Implicat namque conuerti ad Dominum, illum, qui apud creaturas conatur remanere. Alibi datum rem illustrat Iohannis testimoniū. Lazarus profilijs è sepulchro ligatis manib⁹, & pedibus inlitis, audita voce Saluatoris, *Lazare veni foras.* Cap. 11. Vbi Antonius Ghuilandus duplicem memorat resurrectionem. Alteram scilicet, qua corporaliter à tumulo surrexit; alteram, qua spiritualiter ad vitam vocatus est. Profecto si resurrectio corporea perfecta fuit apud sepulchrū, spiritualis resurrectio extra sepulchrum peragitur. Vnde imperantur Discipuli, *Soluite eum.* Nec enim Sacerdotes absoluūt peccatorem in sepulchro commorantem, in occasione delinquendi manentem, apud Caypham sedentem; sed proficientē à sepulchro.

Lazari exēplo roboratur. Ioa. 11.

42. Hinc Iudae poenitentia in vitilis. Mat. 27.

Disimilis poenitentia Iudae. Reliquit Dominicā domū, se se que seculari habitaculo cōmisit. At poenitentia ductus, retulit triginta argenteos, nec tamē plorauit vtiliter? Quare? Qui egressus à Dñica domo, apud seculares deliquit, debebat omninò egressus à seculari habitaculo rursus se in Dñicam domū recipere. In domo enim mūdiali siue in ipsa delinquendi occasione voluntariē degens poterat ne agere poenitentia? Accipite D. Chryf. Chrysof. *Et egressus foras, fleuit amare. Propterea ei remissū fuit huiusmodi peccatū, quoniā quomodo oportuit, egit poenitentia. Poenitentia quoque egit Iudas, sed male.*

*Poenitentis laudabilis pudor. Ad illud: *Fleuit amare.*

OBSERVATIO VI.

Petrus obuelato capite deplorat, pudentē cōmendans peccatorē.

Theop. *Cum eiecisset fleuit.* Id est, obuelato capite, apposito faciei velamine, de dicitur peti à sterui. Inuercundos e quidē taxans peccatores. O quā laudabiliter pudoris velamine obnuatatur facies, quā turpiter in calā ansa est!

43. Theop.

Post tridū Angelus Mulieribus, *Dicite Discipulis eius, & Petro, quia praecedet vos in Galileam, ibi eū videbitis.* Mar. 16. Quare specialiter foeminis indicitur, ut Petrū admoneat de profectu ad Galileā? Ibi vidēdus ab omnibus Discipulis Iesus apparere debebat iuxta illud: *Ibi eū videbitis.* Petr⁹ igitur poenitēs apposito velamine in signū pudoris non auderet accedere ad locū, vbi Dñi faciem spectaret, ab eo que, imò à reliquis Discipulis aspiciposset, nisi cognosceret ex speciali sui cōmemoratione se gratia diuinæ restitutum.

44. Petrus amat labiala. Mar. 16.

Egregiē id cōfirmat Ose. *Venite, reuertamur ad Dominum; quia ipse caepit, & sanabit nos. Percutiet, & curabit nos, & viuemus in conspectu eius.* Cap. 6. Pro illo verbo: *Curabit nos,* Graece habetur vocabulum, quod propriē significat *lintheola* (loquor cum Hiero.) *quae inseruntur vulneribus.* Seu quib⁹ vulnera obuelantur. *Curabit nos.* Id est, velamina immittet, vti eo tempore, quo durat poenitentiae curatio pudoris religiosi velamento obnubilemur. *Die tertia suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius.* Sequemur Petrū ad Galileam properantem, vbi ablegato velamine, Magistri optimi omnium que fratrum obijciamur aspectui.

45. Confirmat Oseas. Ose. 6.

Hier.

Virgini lapsē D. Amb. poenitentiae habitum praescribens, ait. *In primis quomodo passis reuiscere cogita. Dein de lugubris tibi accipienda est vestis.* AC

46. Lapsa Virgo sudario obueletur. Ambr. ad Vic. lap.

si diceret, Morem vita sanctæ geras. An non cadaueris sudario facies operitur? Cogita igitur te mortuam Lazari habitu resurgere debere in verecundiæ documentum

47. Sic Mag dalena.

Verè poenitentem D. Greg. Mag dalenâ describit illa expendens verba: *Attulit alabastrum unguenti, & stans retro secus pedes Domini, lacrymis cepit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat.* Luc. 7. *Oculis terrena (ait ille) concupierat, sed hostiam per poenitentiam conterens, flebat, &c.* Id est efficiens demitti, & collo iuclinato terræ firmiter hæere in morè illius, qui pudore suffunditur. Id quod *Per poenitentiam conterens, flebat.* Opportunus namque tunc fletus, cum faciei præcedit sue comitatur obnuuilatio.

Luc. 7. Grego. Hom. 33 in Euâ.

48.

Non aliter David. Salnia. L. 2. de Guber.

Sed & poenitentis Davidis habitum Saluanus in hunc modum descripsit. *Agnoscat reus culpam, humiliatur, compungitur, confitetur, luget, poenitet, gemas regias abdicat, crepantia auro textili indumenta deponit, purpura exuitur, diadema exonoratur.* Adiecit. *Providum poenitentem cum patrocinio ambitiosi squaloris assumit, fletu effanditur, solitudine carceratur.* Quam pulchre lacrymarum profluxum cum solitudinis velamento copulauit.

49.

Qui operitur, aspicietur a Deo.

His profecto efficaciter efflagitabit à Domino benigne respici, qui curat tunc temporis pudoris velamento faciem operiri. David poenitens in clamabat. *Auerte faciem tuam.* Vereor equidem tot, tantisque criminibus maculatus, in tuo apparere conspectu. Mox rursus in clamitat. *Ne projicias me à facie tua.* Psa. 50. *Si facie obnuuilata, curas à Domino minime aspectari, cur petis ab eodè, reiecto velamine, videri? Quia tunc benigne in meam Deus faciem intuebi-*

Psal. 50.

tur, cum me prius vidit obrectum velamine. Egregie excogitavit D. August. *Quia supra dixerat. Auerte faciem tuam, hic propterea addit, Ne projicias me à facie tua.* Nunquam enim securius Dei aspectum inuocabis, quàm cùm post delictum eius oculos timuisti. Propterea addis, *Ne projicias me à facie tua.*

August.

OBSERVATIO VII.

Petrus trinam negationem trino amoris affectu compensauit.

*Virtutibus compensa flagitia. Ad illud: *Fleuit amare.*

50.

Non possum non Christi Domini benignitatem mirari, qui ut ab Apostolo suo omnino notam trine negationis ablucet, trinam huiusmodi negationem trino amoris affectu inaurari curauit. Bis enim & tertio de Petri amore facit periculum, ut Apostolus triplici exardescens charitatis affectu, trine abnegationi trinam supponeret flammam. Adnotauit hoc Paschas. factus. *Imiteris Petrum, ut desceas mala tua; & diligas deinceps, sicut dilexit Petrus. Etiam & tertio interrogatus, quod ter negaueras, pleno confitearis amore, & trino dilectionis affectu ex toto corde, & ex tota anima tua, & ex tanta mente tua.*

Paschas. L. 12.

D. Petrus Chryso. illud Pauli: *Peccabimus, quia non sumus sub lege, sed sub gratia,* Rom. 6. sic exponit. *Ac si diceret, Fratres, peccauimus, quia incuria non permansimus iam sanati; peccauimus, quia ignem reliquimus iam curati.* Quasi diceret. *Ignem diuini amoris flagrantes, ad poenitentiam nos recepimus, post sanitatem igitur non debemus ab hoc igne dimoueri, ne ingratitude in cusssemur.* Audi, (inquit D. Chry.) *ut Petrus amore Christi vinculus ardeat, & anima, & vitæ, & omnibus rebus illum anteponens.*

51. Dei amoris ignem fove post crimina. Rom. 6. Chryso.

Chryso. hom. 5 ad Ro.

52. Vinculus ardet qui peccando ligatur

Theod. fer. de Char.

53. Magdalena sic.

Pende illud, Vinculus ardeat. Quod nam vinculum Petrum constringes? Profecto funiculus ille triplex trinæ charitatis affectus, quo constrictus, trinæ alterius negationis triplicis funiculi vim cõminuens curabat. Appositè admodum Theodoritus. *Fleuit quidem amarè, & quod vinculus esset, suam defleuit imbecillitatem, assedit autem vinculis amoris irretitus.* Vt scilicet triplex hic amoris funiculus triplici Diabolico laqueo responderet; & trino amoris affectu trinam negationem compensaret.

In cuius robur Magdalenæ exemplum exhibeo. Hæc & oculis, & crinibus, & ore Dominum abnegarat. At poenitēs, lacrymis cepit rigare pedes

ei°, & capillis tergebat, & osculabatur pedes eius. Lu. 7. Ei quidē triplici abnegationi triplicē amoris affectū respondere curauit. Expendit eleganter Mag. Gre. *Oculis terrena cõcupierat; (se abnegans cœlestibus) sed hos iam per poenitentiam conterens, flebat. Capillos ad compositionem vultus exhibuerat; (negans se Dei imaginem) sed iam capillis lacrymas tergebat. Ore superba dixerat; (se negans cū Protoplasto creaturam) sed pedes Domini osculans, hoc in Redemptoris sui vestigia figebat. Et adiecit. Quot ergo in se habuit oblectamenta, tot de se inuenit holocausta.* Vt triplex amoris affectus triplicem abnegationem oblitera-

Grego. hom. 33.

ret.



LIBER

LIBER

LIBER SEXTVS.

CHRISTI PASSIO APVD PILA^{tū.}

COMMENTARII ET ILLUSTRATIONES IN CAP.

27. Matth. 23. Luc. & 18. Ioan. Obseruationes morales panegyricæ
ciaca literam ad Christum patientem.



A Antica infremit crudelitas. Quare (proclamat David) fremuerūt gentes, & populi meditati sunt inania; Astiterunt Reges, terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. P^sal. 2. Vbi Strabus, Astiterunt non solum populi, & gentes contra Christum; sed & Reges, id est, Herodes, & Principes, id est, Pilatus. Si vnus Rex Herodes, quonammodo Reges? si vnus Princeps Pilatus, quonammodo Principes? En Passiois Dominicæ apud Herodem & Pilatum immanitas. Vnus Rex, vnus Princeps tantam seuitiæ suæ copiam dedere, vt Iesus nō à duobus, sed ab omnibus Regibus, & Principibus tyrānis percussus esse videatur.

MAT. LVC. IOAN.

PARAPHRASIS.

Ex cap. 27. Mat. Vers. 3. Tunc videns Iudas, quod damnatus esset, pœnitentia ductus, reculit triginta argenteos Principibus Sacerdotum, dicens.

Vers. 4. Peccavi tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt: Quid ad nos? tu videris.

Vers. 5. Et proiectis argenteis in templo, recessit, & abiens laqueo se suspendit.

Ex cap. 23. Luc. Vers. 11. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo, & illisit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum.

Ex Cap. 18. Io. Vers. 40. Clamauerunt omnes dicentes. Non hunc, sed Barabbam. Erat autem Barabbas lacro.

Ex cap. 27. Mat. Vers. 24. Videns autem Pilatus, quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens.

Vers. 25. Innocens ego sum à sanguine iusti huius, vos videritis.

Ex cap. 19. Io. Vers. 1. Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit.

3. Vincitum itaque Sacerdotum Principes tradidit Iesum Pilato Præsidi, vt in damnatū animaduerteret. At Iudas, qui prodiderat eum, videns, quod damnato Iesu, iam ad extrema pertenderent: actus poenitentia, reculit triginta argenteos Principibus Sacerdotum, & senioribus populi, dicens.

4. Peccavi, qui prodiui sanguinem innoxium. Fateor auaritiæ morbo factum. Quid, inquiunt, nō ostia refert, Tu videris.

5. Agnouit Iudas magnitudinem Iceleris sui, sed magnitudinem diuinæ munificentie nō agnouit, obiecto magis animo, quam conuerso, ac digressus, dedit se laqueo.

11. Pilatus autem cognoscens de reo pertinere ad Herodem, reiecit ad illum, qui quidē non alia sciscitabatur à Iesu, quam quæ sciscitaturus erat à Mago. Iesum denique haud eius curiositati feruentem Rex contennēs indutum veste alba remisit ad Pilatum.

40. Qui quidem cum nec hac via profecisset, proposuit Iudæis vtrum è duobus sibi velient econdonari diei festi gratia Iesum, an Barabbam, Ciuitatis odiū. Sed tanta erat Pontificum, & his adhærentium infantia, vt postularent sibi Barabbam condonari.

24. Præsides denique animaduertens, quod tentatis omnibus, nihil proficeret, sed magis popularis tumultus concitaretur, prius absoluit Iesum, quā damnaret. Siquidē corā omnibus, accepta aqua, abluuit manus suas, dicens:

25. Innoxius ego à sanguine Iusti huius. Vos mortis auctores

1. Pilatus itaque victus illorum pertinacia vefania, cōdonauit illis Barabbā mortis auctore, omnium iudicio damnatum etiā ante iudiciū: Iesū auctore vitæ ex more Romano flagris celsum, tradidit, vt cruci suffigeretur.

28. Tunc

Ex cap. 27. Mat. **Vers. 28.** *Exiētes eum, clamydem coccineam circumdederunt ei.*

Vers. 29. *Et plēctentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius.*

Ex Cap. 19. Ioa. **Vers. 5.** *Exiit ergo Iesus, portans coronam spineam, & purpureum vestimentum, & dicit eis Pilatus, Ecce Homo.*

28. Tunc milites Fræsidis, vt ex innoxij Iudæbrijs caperent voluptatem, quoniã audierunt, quod Regem se faceret Iudæorū, & ingenio suo obsequentes, & à Iudæis instigati spoliatum vestibus suis, induunt chlamydem coccineam regale indumētum, diadema- dis loco coronā imponūt, capiti ē spinis cōtextā, sceptri vices gerebat arundo; flexif- que genibus illudebant, dicentes: Aue Rex Iudæorum.

5. Id quod Pilatus passus est furi in Iesū, vt Iudæorū odium hac hominis afflictione placaret, reddito Iesu pro inuidioso miserabili. Ecce, inquit, adduco vobis hominē foras, vt eius spectaculo vestros oculos satiari possitis. Prædit Iesus sicut erat ornatus. Nec tamen barbarorum feritas mitescebat.

SECTIO PRIMA.

Pœnitentia Iudæ.

Ex Capite 27. Matthæi.

TEXTVS.

Vers. *Tunc videns Iudas, quod damnatus esset, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos Principibus Sacerdotum, dicens.*

Vers. 4. *Peccavi, tradens sanguinem iustum. Ad illi dixerunt, Quid ad nos, tu videris.*

Vers. 5. *Et proiectis argenteis in templo, recessit, & abiens, laqueo se suspendit,*

COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES.

¶ *Proditori pœnitentis confessio, & restitutio.*

S. T. Iudas se quurus Iesum.



Iunc videns Iudas. Colligo hinc probabiliter Iudā se cutum Dominum cum Iudæis, & satelitibus vsque ad domum Cayphæ, testēque oculatum omniū, quę facta fuere, extitisse; nec non sententiam concilij: Reus est mortis, auribus percepisse. Vidit præterea Dām ad Præsidentem adduci, vt morti traderetur. Videns tunc, quod damnatus esset, pœnitentia iugenti affectus est.

2. Num Iudas damipsemet damnatus esset, propter crimen traditionis, pœnitentiã egit. Existimo ex-

positionē hanc à mente Euangelistæ an Iesū alienā. Pœnituit equidē Iudā, quod ^{Orige. Tra. 35.} Christi vendidisset, videns, quod ^{in Mac.} concilio esset condēnatus. Quia fortalsē ab ipso venditus non est, vt occideretur. Quod si interimendū prodidit, postea tamen, cū condemnatū vidit, serò pœnituit eū de traditione.

Retulit triginta argenteos. Quis scilicet Christum prodiderat, Christi est professus innocentiam, aperuit que crimen, in clamans, *Peccavi, tradens sanguinem iustum.*

Principibus sacerdotum, & senioribus. 4. Quis nā? Erāt enim tunc tēporis omnes nō in Tēplo, sed Iesu condemnati operam in pendentibus. Non nulli respondent ex præcipuis Principibus ^{Queis nā Principibus retulit pecuniã}

bus sacerdotum & senioribus tunc aliquos in Templo commorantes natum Iudam, quibus pecuniam referre valuit. Existimo retulisse quidem Principibus sacerdotum, & senioribus pecuniam, non vero necesario apud templum morantibus: sed vel in domo Cayphæ, vel in Pilati aedibus, vel in ipsa via residentibus. Non enim asserit Mathæus in templo commorantibus Principibus pecuniam detulisse: sed illis non accipientibus, apud Templum proiecisse.

At illi dixerunt. Quid ad nos? Tu vi-

An-
glo-
ris expo-
sicio.

5.
Sacerdo-
rum rel-
ponso.

deris. Quid (inquiunt) ad nos tuum attinet flagitium? Nos tra nihil omnino refert, tu tibi consule, tu vide quid gesseris, quidque sit deinde præstandum. Cum nollet itaque Proceres illi prætium sanguinis apud se retinere, in Templum miser abiit, non veniam efflagitaturus à Domino, sed ut proijciens in ipsa domo argenteos, ad miserabile exitum properaret.

* Male
parte di-
viti la-
cris inu-
tiles, &
profan-
nis.

Ad
illud:

Retulit
triginta
argen-
teos.

6.
August.
ser. 128.
de Tép.

7.
Proba-
tur ex
Isaia.
Isai. 29.

Iudæ iniuste acquisita pecunia nec possessori deseruit, nec à Deo accipitur.

Vides pecuniam male partam nec apud Iudam commorari, nec à Templo Receptoribus retineri? Proh pecuniæ delicto acquisitæ conditio! Nec sacris ministris deseruit, nec profanis. Ap-
positè D. Aug. *Restituit Iudas pecuniã*

6. *Pharisæis. Sed nec Pharisæi (auari admodum) eam accipiunt.*

Apud Isaiam pulchram admodum illustrationem inueni. Dñs sic vociferatur. *Va Ariel, Ariel (uitas. Circum-*

vallabo Ariel, & erit tristis & mærens, & erit mihi quasi Ariel. Cap. 29. In cuius expositione præmitto Ariel idem esse ac *Leonem*, qua quidem appellatione diripiens Ierolyma significa-

tur. Omnes auaritiæ morbo corripiebantur mundiales ciues, vbi sacerdotium numis comparabatur, vbi publica latrocinia, vbi pecunia offerebatur Iudæ pro iusto prodendo. *Et erit mihi quasi Ariel.* Siue *Aieli.* Septuaginta lucem afferunt expositioni. *Et erit fortitudo illius, diuitia mihi.* Ego enim quasi Leo fortissimus Ierolymæ leonis diripientis male comparatas diuitias diripiã. En diuitiæ minimè deseruietes iniusto possessori. At videntur Deo deseruire, si quidẽ Deus Leonis in more eas sibi aufert. *Et diuitia mihi.* Profectò eas Deus aufert à possessore iniquo proijciendas. D. Cyril. *Terræ diuitia eorum eximuntur sunt diripientibus his, qui eam obsident.* Nec enim sacris vrbibus deseruiunt diuitiæ iniuste comparatæ

Contestatur Psalter. *Nutantes trāserantur filij eius. & mendicant, & eijciuntur de habitationibus suis. Scrutetur fenerator omnem substantiam eius, & diripiant alieni labores eius.* Plal. 108. Lyra. *ad literam Psalmum totum exponit de auaritia Iudæ. Theo. Quæ verba non Iudæ modo, verum omnibus perfatis congruunt.* Obijcias, quæso, tibi Iudam, omnes que affleclas auaros diuitijs onustos. Nū ipsis diuitiæ deseruiunt? nū sacris muneribus impenduntur? *Scrutetur fenerator omnem substantiam eius.* Chal. *Colligat exactor omnia, quæ ipsius sunt.* Geneb. ex eodem Chal. (vnde nam ignoro) sic, *Colligat fiscus omnia, quæ ipsius sunt.* Et illud adfert D. Ber. *Quæ nõ capit Christus, rapit fiscus.* Id est, quæ Iesus lacris minimè patitur deseruire, quæque ab iniusto eripi peragit possessore, mundialibus deseruiunt seu exactionibus, seu supplicijs.

Septua.

8.
Et ex
Psalte.

Psal. 108
Lyra.
Theod.

Geneb.

¶ *Iudæ suspendium.*

Et

9. Num Iudas perierit antè suffixum Iesum? Augul. Q. 9. **E**T abiens, laqueo se suspendit. Num antequam Iesus ageretur in crucem? Auctor q. q. noui & Veteris Test. Improbabile (inquit) est apud me, quo die, imo quo tempore laqueo finierit Iudas. Auctor Comment. in Marcum, qui D. Hieronymo adscribuntur, post Christi mortem, & Latronū obiisse exit: mat. *Alter (inquit) Latronum antecedit Petrum in paradysum; alter Iudam in infernum.*

10. Auctoris sententia. Probabilius existimo antè Christi mortem Proditorum ad suspendium cucurrisse. Nitō illis Matthæi verbis. *Videns, quod dānatus esset, & c. & abiens, laqueo se suspendit.* Non dixit, Vidēs, quod esset cruci suffixus; sed quod esset damnatus; ergo ante Iesu obitum hæc contigere. Vnde D. Augustinus expendes illud: *Fiāt dies eius pauci. Pauci (inquit) fuerunt dies Apostolatus Iudæ, quoniam ante passionem Domini; scelere ipsius, & morte consumpti sunt.* Contestantur D. Leo. D. Ignati. Orig. Theoph. & alij ex antiquis, & recentioribus.

11. Num obiit ex suspendio? Euthy. ait cognitum à quibusdam, & à suspendio liberatum; Deindè postquam in occulto modico vixit tempore, effusis visceribus præcipitem actum. Theophyl. scribit inclinata arbore superuixisse. Proculdubio suspendio perijt. Obijcies ex Luca, *suspensus crepuit medius.* Græcè, *Præceps factus crepuit medi.* A. 1. Respōdeo verbū illud Græcum propriè significare eū, qui capite est propendente, & vultu in terrā deiecto, qualis eorū, qui pendēt ex patibulo. Post suspendium intumuit, & tumefactus crepuit. D. Bernar. *Iudas (inquit) in aere crepuit medius & c.*

12. Cur se Iudas laqueo addixit? Theo

phy. *Non ferens ignominias subsequetur. D. Leo. Insurrexit in se ipsum, non iudicio pœnitentis, sed furore pœnitentis.* Respondeo, Nimia tristitia, & immeritata pœnitudo, & desperatio, quā cōcepit, quod videret Iesum damnatū à Iudeis, quē ipse prodiderat, cum impulit in laqueū. Hanc causā reddit Evangelista. *Vidēs Iudas & c. D. Leo. Iudæ desperatio traxit ad laqueū.*

Cur Iudas se laqueo addixit? D. Leo. ser. 3. de Pas.

OBSERVATIO I. MORALIS PANE GYRICA CIRCA LITTERAM.

Acuratior pecuniæ custos Iudas, quam sui.

Auarus plaris facit pœnitentiā, quam animū. Ad illud:

NE pecuniā deperiret, retulit iniuriam, ac iniquis hæredibus, tū amens se se laqueo dedit præcipitem. An non iuste amentē eū compellauit, qui in tuto voluit reponi pecuniam, suam verò conscientiam in extremum exitiū deturbauit? Projicit in Tēplo argenteot. Optimū pecuniæ locū statuit, se ipsum autem collocat in inferno. Id quod acutè exprimit D. Drogo Hostiensis, fatu. *Vide, quam magni ponderabat argenteos. Non prosequit eos in sterquilinio, sed in Tēplo. Ecce infelix qualiter excacatus est. Maluit se ipsum perdere, quā denarios petire. Denarios Tēplo, se ipsū laqueo addixit.* Quid amētius?

Retulit iniuriam argenteos. Drogo l. 1. de sacer. Pas.

Haud dissimilis olim Achitophel, qui daturus se se præcipitē barathro, quod Absalō eius cōsilio non acquieuit, prius curauit de diuitijs. *Paro Achitophel abiit in domū suam, & disposita domo, suspensus, interijt. 2. Re. 17. Disposita, inquam, domo id est, postquam suis facultatibus prouidit. Lyranus. Dimisit filijs suis bona sua. Proh auaritiæ insania! Plus miser ille de diuitiarum, quam de sui ipsius fuit commoditate sollicitus. Maluit*

14. suum

suum corpus in laqueū, suam animā in infernum deturbari, quam opes relinquere incustoditas. Rupertus ait Iudam se laqueo addixisse, quia presensit, quod res non procederet secundum consilium eius. En vel ex hoc Achitophelis imago.

Diues ille frugibus abundat, & locum indiget, ubi reponat. *Quid faciam, (ait) quia non habeo, quo congregem fructus meos.* Luc. 12. Quod si requiras quocum ille loqueretur? Respondet Chrysol. *Erat in illo alter. Quia ad eius penetralia iam Diabolus possessor intraverat: & qui intraverat in cor Iudæ, mentis eius tenebat arcanum.* Iam itaque diues ille Iudam imitatus requisierat locum, ubi animum collocaret, ubi mentem reponeret. Diabolus enim ad eius penetralia possessor intraverat. Porro qui animum inferno addixerat, nihil aliud curat nisi de requirendo diuitijs domicilio. *Non habeo, ubi congregem fructus meos.* Invenire desidero dignum, amplum diuitijs receptaculum, licet animum expectet angustum. *O stulte, animam tuam repetent a te.* Si in baratro constituta, torqueatur æternum, quid tibi proderit amplum diuitiarum repositorium?

Paulo ante huiusce diuitis expressionem, quidam deturba ad Dominum hanc litē deferebat. *Magister, dicit fratri meo, ut diuidat mecum hereditatem.* Cui Salvator. *Homo, quis me constituit iudicem super vos?* Luc. 12. Vbi D. Ambro. ideo ait Dominum noluisse votis illius hominis abnuere, quia qui est cælo in mundum venerat heres animarum, dignouit, quam abs re mundialis heres facturus fuerat partitionem. Curaret ille de diuitijs hæredibus accommodandis, minimè autē sollicitus esset de animo æternæ hæ-

reditati reponendo. Unde mox Diuitis præfati apponit similitudinem.

Alter damnatus diues, qui bysso, & purpura induebatur. *Mortuus est, & sepultus est in inferno.* Luc. 16. Proh diuitijs miserie! Nec corpori sepulchrum brevis vna prætitatur. Profecto qui diuitijs conseruandis, ac reponendis prouidit, nihil de corporis, aut animi repositorio curauit, unde sepultus in inferno est. Unde eundem de exigua corporis commoditate curaret, *Et tingat linguam meam.* Audiuit. *Recordare, fili, quia receperisti bona in vita tua.* Id est, quia quaeristi locum, ubi diuitiæ reciperentur, ubi conseruarentur; nihil autem de corporis, aut animi commoditate cogitasti, disposuisti. Apposite August. *Sic (inquit) moriuntur rerum suarum conseruatores.* Siue qui diuitiarum requirentes domicilium, ubi illæ conseruentur, & corporis, & animi collocandi curam deponunt.

Sanctissimus ille Aegypti Prorex qui præuidit Israelitici populi profectum in Patriam, sic iam moriturus suis rebus prouidit. *Deus visitabit vos: ut portate ossa mea vobiscum de loco isto, & mortuus est,* Ge. 50. Saceres vir non curauit de diuitiarum colloca-tione, sed de animi ac corporis domicilio. Moy ses, dum egressurus populus immentis Aegyptiorum opes ad sportare curabat, vacuus omnibus tulit ossa Ioseph secum. Pereant illæ in Aegypto, dum mens animusque in cælesti promissionis habitaculo reponantur.

OBSERVATIO. II.

Sacrilegus Iudas a sua consciētia, sententia propria condemnatur.

D. Am.

Ruper.

15.

Et diuitem tulit

Luc. 12.

Chrysi.

fer. 104.

17. 13 q
Epulons
prouidit
diuitijs,
non sibi
Luc. 16.

August.
de verb.
Dom.
fer. 24.

18.
Non sic
Moy ses
& Ioseph.

Gen 50
Exo. 13.

Sacrilegum
durum
consciēt
tæ tor
tor, quæ
mors
corpore
tis.

Ad illud: **D**ergo sententia Iudas proditor con-
 Pecca ui, tra- demnatur. Mirum forte sit vobis, quod
 dens - non eum populus iudicauerit, non Præses
 sanguini addixerit. Hoc sacrilegi solet esse iudi-
 cium, ut impietatem suam ipse dum recog-
 nit, et punit scelus suum, dum recog-
 noscit, et vendicet. Omnium enim super-
 greditur sententias, qui a sua conscientia,
 ser. 50. sua sententia condemnatur. Hoc, inquam,
 sacrilegi solet esse iudicium, ut conscius
 facti ipse se damnet. Est ne laqueus
 crudelior sacrilegæ conscientie tor-
 tura? Vos testor Sacerdotes, qui sa-
 crilego ausu ad altare acceditis. An
 non facilius tartareum ignem sustine-
 retis, quam miserabilis conscientie
 stimulos, si iam non Pharaonis in mo-
 rem indurationis morbo laboratis?

Sacrilegus itaque a sua conscientia,
 sua sententia condemnatur. Opportu-
 nè Ieremias, Peccatum Iudæ scriptum
 est stylo ferreo, ungue adamantino ex ara
 tum super latitudinem cordis. Cap. 17.
 Siue Proditoris Iudæ flagitium in se-
 cundatio sensu taxetur, siue Iudæo-
 rum sacrilegium in primario damnâ-
 tium lesum describatur. Sacrilegium
 itaque ipso in corde insculpitur sty-
 lo ferreo, & ungue adamantino; quia
 tanti flagitij recordatio tantundem
 est cordi sacrilego, ac si stylo ferreo,
 adamantinoque ungue carperetur, dif-
 cerperetur. Ambro. Scripta est, Iudæ,
 culpa tua graphio ferreo, & ungue ada-
 mantino, et scripta in pectore tuo.

Filij Israel cum inuenissent hominem
 colligentem ligna in die sabbati, obtulerunt
 eum Moysi, et Aaroni, et uniuersæ
 multitudini. Qui recluserunt eum in car-
 cerem, nescientes, quid super eum facere
 deberent. Num. 15. Exoritur hinc que-
 stio difficilis. Quonammodo nesci-
 rent, quid de illo faciendum esset, si

Exodi 31. expresse statuitur pœna ca-
 pitalis in Sabbati violatorem. Plures
 Doctores acerrant solutiones. Nos
 sic. Nū nō otiose à Iudicibus quo-
 dammodo capitalis in violatorē Sab-
 bati sententia ferretur, si ipse a sua
 conscientia sua sententia condemna-
 batur? Quid Deus? Morte moriatur
 (inclamat non consultus) homo iste, ob-
 ruat eum lapidibus omnis turba extra ca-
 stra. Ibid. si implenda legis disposi-
 tio circa Sabbati violatores, morte mo-
 riatur homo iste; duplici enim morti
 addicetur, qui iam a sua conscientia
 sua sententia condemnatus, rursus
 capitali Iudicis sententia interimi-
 tar.

An non Achitophel Absalem ex-
 citauit ad sacrilegum ausum in Da-
 uid, in Christum Domini? Pondera-
 tanti facinoris supplicium. Iudæ sa-
 crilegi in morem se se dedit in la-
 queum. Cuiusnam iudicis sententia?
 Profecto sur met ipse iudex, & carni-
 fex. Achitophel abiit in domum suam,
 et disposita domo sua, suspensus inter-
 iit. 2. Reg. 17. Quis nam te impulit o-
 miser? Tā immanis Iudex vindex cō-
 filij, qui non prodijt in factum? Pro-
 fecto conscientia miserum in præci-
 pitium deturbauit. Acute Caiet. Pro-
 pria interiit sententia, et ipse sur met car-
 nifex fuit, auctor tam prauorum consilio-
 rum. Quid ipsum Absalonem comme-
 morem suo met crine suspensū? Quā-
 do non cogitatio criminis, sacrilegū
 addixit in torturam conscientie om-
 ni læthali exitio duriolem?

OBSERVATIO III.

Iudas auaritiæ fune suffocatus.

D.Leo. Iudas, dum sicis luerum, per-
 uenit ad laqueum. Et quando nō se sus-

22. Typus Achitophel.

2. Re. 17

Caiet.

Et Ab- salon.

* Auari- cia aua- ri sup- pilcium Ad illud;

Laqueo

avaritia hominē miserum suffocavit?

24. Proba-
tur in
Diuite
Evan-
ge-
lij.) Si dormire intendunt; irruet la-
tro. Si harent mensæ; imminuentur
diuitiæ. Si sterilitate terra laborat; de-
ficiet cæsus. Si fertilis frugibus ager;

Luc. 12. *quo congregem fructus meos.* Luc. 12. An
non ille miser ipsius abundantie pō-
dere suffocabatur? Appositè admo-
dum Chrysol. *Miserum, quem abun-*
dantia fecit anxium! Anxiabatur enim
abundantia ille, quemadmodum qui
actus fune strangulatur.

25. Laque-
us simo-
ni Ma-
go pe-
cunia.
Act. 8. Magus ille Simon, qui Spiritus san-
cti gratiam conatus est pecunia com-
parare, à Simone Petro audiuit. *Pe-*
cunia tua tecum sit in perditionem. Act.
8. Ad superos volare intendit, super
nubes eleuatus est; ac miserabili lap-
si præceps in terram agitur. Quonā
pondere: Existimo diuitiarum. Ita ex-
plico verba illa: *Pecunia tua tecum sit*
in perditionem. Siue in perditionis &
instrumentum, & comitem, & carni-
ficem. Egregie D. Petrus Damia. *Pe-*
cunia cum negotiatore percutitur: nā ubi
deest pecunia, percussio non timetur. Tam
horribilis carnifex pecunia ad homi-
nis exitium, vt suaue omninō quod-
cumque capitis instrumentum ad ex-
itium in ferendum, si cum pecuniæ
tortura componatur. *Nam ubi deest*
(ait Damianus) pecunia, percussio non
timetur. Nec enim vel Dæmones, vel
ignis sic torquent auarum, quam cu-
rę ex ipsa illorū exortæ pecunia. Sic
liceat exaggerare pecuniæ suspen-
dium.

Damia
Epif 16
c. 20. 26. Diues
ex solo
paupe-
ris aspe-
ctu suf-
focatur.

Quid si ostendans diuites sine fu-
ne suffocatos ex solo pauperis aspe-
ctu? Ita exanimatur avarus, cum ad
aliquod subsidium exhibendam co-
gitur, ac si minime natandi peritus,
medio in alto flumine deperiret.

Principibus illis, qui ad inuisendum
Iobum accurrerant, sic vix patientif-
simus. *Nunc venistis, & videntes pla-*
gam meam, ti netis. Cap. 21. Quid, que-
re, timebant Reges (date mihi hanc
veniam, vt Reges hi auari agant per-
sonam) vbi pugna palestra sterquilii-
nium, vbi icus hostilis vulnerati ho-
muncionis sermones, vbi concerta-
tiones belicę fratris vlcerati commi-
seratio? Post paruū interstitium ad-
ijcit. Iob. *Nunc quid dixi: Afferte mi-*
hi, & de substantia vestra donate mihi?
Timorem pellite, veitriā à vobis pe-
cuniā nō requiro. Vnde optimè Lyr.
Timebant, (inquit) ne aliquid stipis à
Iobo pro subleuatione sua peteretur. Exi-
timatis eos ex illo timore non suffo-
cari? Non morabor Pagnini transla-
tionem. *Quia nunc estis similes torrenti,*
videtis fractionem, & timetis. Timor
vos conuertit in flumen, vobis ipis
suffocandis torrens exillitis, vbi mi-
sere obruamini.

27. Reus pa-
tibus
agēdus
auarus. Diuitiarum fune strangulatū Ab-
salonem, è pretiosissimis capillis pē-
dentem, quos nummis commutabat,
asserit Drogo. Cupiditas enim intar
rei patibulo infami agendi, gradus
ascendit scalæ, vt è fastigio homo se
se præcipitem laqueo committat. Rē
illustrat D. Ambrosii. *fatus. O diues!*
quasi quosdam gradus cupiditas habet; quo
plures ascēderit, eo ad altiora festinat, vn-
de sic grauis ruina lapsa. Nec enim des-
censurus, sed lapsurus ascēdit diues
rei in morem strangulandi.

OBSERVATIO IV.

Congruit poena Iudę flagitio.

I D quod venerabilis Beda hisce
verbis explanat. *Dignam sibi poenam se sus-*
cepit, vt guttur, per quod vox produ-
xit.

*Suppli-
ciū pec-
cato rel-
pūdens.
Ad
illud:
Laqueo
pendit.
tionis

Beda. *tionis exiuerat, laquei nodus necaret. Ad-
ijcit. Et qui hominū, Angelorumque Do-
minum morti tradiderat; cælo, terraque
perosus, aeris in medio periret. Et viscera,
quæ dolum proditiōnis conceperant rupta
caderent.*

29, *Diuitem in primis Epulonem cō-
templere quæso, siti inextinguibili
adeo defatigatum, vt vel stillam ab
inimico nō sine rubore multiplicatis
precationibus postularer. Luc. 16.
Cur siti torquetur? Vt plane suppli-
cium mōrem generet auaritię. D. Au-
gusti. ad hæc. Auarus inferno est simi-
lis. Infernus enim quantoscumque deuo-
rauerit, nunquam dicit, Satis est. Sic & si
omnes thesauri confluxerint in auarum,
nunquam satiabitur. Siti deliquit? Siti
merito discruciat.*

30. *Plures tibi confirmationes exhi-
bebit vna Absalonis, Iudæ in morē
pendentis, clades. Nam præterquam
quod ē coma suspensus, quam coro-
nari paterno diademate conabatur,
Vt coma (loquor cum Chryso.) tyra-
num torqueret. Tulit Ioab tres lā-eas
in manu sua, & infixit eas in corde absa-
lon. 2. Re. 18. An non Absalonis cor
pharetra, vbi sagittę Dauidi immacu-
lato dirigendę custodiebantur? Iu-
stę igitur in corde lanceę configun-
tur. Sic Chryso. In cor excordis tres
sagittas infixit, illic eum feriens, vbi erat
receptaculum iniquitatis.*

31. *Aliter Rabbi Dauid Kimhi trium
iaculorum expendit mysterium. Ab-
salon (inquit) furatus primum fuerat
cor Regis, deinde cor ducentorum Senato-
rum, qui simplici corde iuerant cum eo; ter-
tio totius Israelis. Ergo triplici ictu confos-
sum est cor eius.*

32. *Cumque (adijcit Textus) adhuc pal-
pitaret hærens in quercu, occurrerunt de-
cem iuuenes armigeri Ioab, & percussio-*

*tes interfecerunt eum. Ibid. Decem ne-
iuuenum facinus, in iam pene mor-
tuum irruere? Profecto commissum
ab impudenti Adolescente delictū
decem iuuenes percussuros attraxit.
Audite R Dauidē Kimbi. Decem con-
cubinas Patris constuprauerat. Igitur de-
cem armigeri eum percussunt. Qua neces-
sitate consequentię pœna delicto res-
ponderet.*

*Quid plura? Et tulerunt Absalō, &
proiecerunt eum insaltu in foueam gran-
dem. Vbi sup. Nec sine cœlesti confi-
lio. Post paruū enim interstitiū qua-
si reddens rationem huiuscemodi ex-
turbationis cadueris in foueā, Tex-
tus ait. Porro Absalon exererat, cum ad
huc viveret, sibi titulum, qui est in valle
Regis Vt qui superbe in valle titulū
erexit, humili tumulo, in foueā pro-
ijceretur. Ita D. Ambro. Parricida Ab-
salon in valle Regis titulum statuit: &
in fossam proiectus est, cum esset in ter-
emptus.*

*Denique Israel filij Comportauerunt
super eum aceruum lapidum magnum ni-
mis Ibid. Vbi Lyranus obseruat hoc
illos præstitisse secundum legem Deut.
21. Vbi precipitur filius contumax a po-
pulo lapidari. Iste autem (adijcit) non so-
lum erat contumax, sed etiam manifeste
persequebatur Patrem, & ideo non so-
lum erat dignus a gladio periri, sed etiam
a populo lapidari. En lapideę Absalo-
nis contumacię lapides respondent.
Alibi plura.*

OBSERVATIO V.

Inanis Iudæ poenitentia.

Profecto contemplatus Iudam & poenituisse, Poenitentia ductus; & Pani-pecuniam reddidisse, quod non facientia le præstant peccatores, Retulit triginta ductus,

concu-
binas cō
strupa-
torē de
cem iu-
uenes in
terimūt.
2. Reg.
18.

33.
Infouea
proijci-
tur quia
in vale
titulum
erexer-
at.
2. Reg.
18.
Ambro

34.
Lapida-
tur lapi-
deus.
2. Reg.
18.
Lyra.

*Oppor-
tuna
confes-
sioni sa-
cra Heb-
doma-
des.

Ad
illud:
Pani-
pecuniam
reddidisse,
quod non
facientia
le præstant
peccatores,
Retulit
triginta
ductus,
argen- 35.

29,
Siti bñ
dus Di-
ues siti
extor-
quetur.
Luc. 16.

August.
1. de sa-
lut. Doc
c. 30.

Sagittas
rectu in
corde ia-
culis in
termi-
tur.

Reg. 18.

Chryf.

31.
Cor tri-
plex cor
euertēs
triplici
ictu vul-
neratur.

32.
Decem
Patris

argenteos; & peccatum confessione euulgasse, *Peccavi, tradens sanguinem iustum*; non possum non huiusce peccatæ feriem recognoscere; ut eius defectus valeam vestigare, & vestris oculis exhibere vitandos.

Caput primum.

Non expectavit, donec Iesus suffigeretur.

*Sacra
Hebdo.
madis
vis.

Ad
illu:
Pœni
tentia
ductus.
36.
Pascha.
L. 12.

D. Paschal. *Pœnitentia ductus retulit triginta argenteos. Nec tamē ita pœnitentiæ modum tenere potuit, qui mox laqueo se suspendit.* Particulam illā mox aduerte. Non dubium, quin semper diuinæ misericordiæ fontes pateant pœnitenti; sed est, quando specialissime misericordiæ iubar effulgeat. Quam prudens Proditor accederet ad Domini suffixionem, quando sacratissimus sanguis efferuescens vel Latronis maculas cluebat. Suadere intendo, quam utilis sit illa cōfessio, quæ sancta in Hebdomada peragitur inter Domini sanguinis fluxus, cuius equidem aspectus nos ad dolorem excitat efficacius. Quamque suspecta non semel, quæ inter Paschalis iacurritatē symphoniam modulorum secularis plerūque instituitur ab homine non tam à deuotione illecto, quam à annui præcepti necessitate coactō.

37.
Pœnitē
tia in cō
spectu
fluenti
Iesu san
guinis.
D. Leo.
serm. 3.
de Pas.

Proh confessio illa influentis Domini sanguinis conspectu facta! **D. Leo.** *Expectastes (inquit) Iuda, donec sanguis Christi pro omnibus funderetur peccatoribus, informis lathi suspendiū didulisses; sanguis Dominicus te à præcepto tuo renocasset.*

38.
Petrus
foras ex
iuit, ex-

Non semel miratus sum Petrum triplicis abnegationis crimine maculatum, non mox ad salutarem Iesu fō

tem misericordiæ accurrisse, sed con
tinuò foras egressam, Dominicum af
fectum vitasse. Existimabam illud:
Egressus foras. Ad pudorem ita referē
dum delinquentis, ut propterea dis
cessisset, quod in conspectu Domini
apparere vereretur. Iam autem ideo
fortasse etiam recessisse reor, ut Affe
runt enim Doctores, Petrum coram
suffixi Saluatoris conspectu diu per
seuerasse. Ut scilicet spiritus, qui exie
rat, reuerteretur Dominico sangui
ne diluendus. Non sic Proditor. *Sed*
homo inconuertibilis, (loquor cum D.
Leone) spiritus vadens, et non reuer
tens, cordis sui secutus es rabiem.

peccans
Iesu suf
fixionē.

D. Leo.
citatur.

Quid Nabuchodonosore flagitio
sius? Vigil in clamitavit *Cor eius ab hu*
mano cōmutetur. Et septem tempora mu
tentur super eum. Dan. 4. Omnia adim
pleta sunt. Postquam autem septem
super miserum mutata sunt tempo
ra, ad pœnitentiam, & ad veniam re
cipitur. *Igitur (ait ipse) post finem die*
rum, ego Nabuchodonosor oculos meos ad
cælum leuaui &c. Cum Hugone Car
din. ad 4. Genes. mysticè expono
hūc septem temporum decursum ad
Domini sanguinis fluxionem. *Septu*
plum ultio dabitur de Cain, de Lamech
vero septuagies septies. Gen. 4. Quod
sic exponit Doctor. Post septem tem
porum decursum expiabitur crimen
Lamech. At ille decursus iuxta Pa
tris computationem, ad tempus Do
minicæ crucis expectat, de quo vber
ius alibi. *Igitur (mystice) post finē die*
rum ego oculos ad cælum leuaui, vti Iesū
suffixum aspicerem, & sanguine fluē
ti tantum facinus dilueretur.

39.
Nabu
chodo
nosor Pe
triamita
tor.
Dan. 4.
Hugo.

David, *Amplius laua me ab iniqui*
tate mea. Psal. 50. An non lacrymis
sape diluisti! Quid igitur vberius ex
petis lauacrum? Existimo sanguinis

40.
David ex
peccabat
sanguis
nis flu
xum.
Psal. 50.

Domini

Dominici Regem requirere rigatū, quādo allatam ex Cisterna Bethlehemitica aquam non hausit, sed etiam Domino liuauit. Expetebat enim sāgninem Iesu iuxta D. Ambrosij expositionem, vt scilicet eius criminum maculæ abluerentur. *Amplius laua.* Proh fluentis Dominici sanguinis opportunitas, quam ad cuiusuis criminis dilutionem accommodata es!

voluit peccata deserere; vt illam de adulterijs suis non impossibilitas subtraheret, sed voluntas. Illud pende. Impossibilitas traheret. Peccādi enim impossibilitas non hominem allicit, sed trahit. At cum pœnitentiæ opus omnino debeat esse voluntarium: (abiccit enim Dominus sacrificium Cain, quia coactus id offerebat,) quid minus à voluntate, quam hominem ab impossibilitate delinquendi trahi? Magdalena igitur cum *adhuc poterat peccare*, agit pœnitentiam, ne in conspectu impossibilitatis delinquendi, ex Hiero. mente, non posset.

*Sera pœnitentia valde difficilis.

Ad illud: Pœnitentia dicitur.

41. Hiero.

Caput secundum.

¶ *Serò pœnituit.*

ALiter D. Hieronym. *Nihil profuit Iudæ sera pœnitentia, per quam scelus corrigere non potuit. Hoc est quod in Psalmo de eodem dicitur. Et oratio eius fiat in peccatum. Vt non solum emendare nequuerit proditoris nefas; sed ad prius etiam proprii homicidij crimen addiderit. Illas adnotata particulas. Nō potuit, Emendare nequuerit.* An impossibilis pœnitentia, dum superstes peccator? Minime plane. Quare igitur Hieron. impossibile fuisse Iudæ veraciter pœnitere affirmat. Quia pœnitentia sera ob difficultatem maximam quodammodo repugnare dicitur.

42. Potens delinquere Magdalena pœnitere potuit. Luc. 7.

Profectò quodammodo non potest pœnitere, qui non potest delinquere. Magdalena pœnitentiæ affectu, attulit alabastrum unguenti. &c. Luc. 7. Adnotat Euangelista Alabastrum unguenti attulisse, vt innuat non ex impossibilitate homines alliciendi pœnitentiam egisse; sed tunc facinora deplorasse, cum poterat faciei ornatui intendere, & hominum illaqueationi operam dare. Expresit id D. Cæsarius Arel. *Nec ipsa se re seruanit, vt in fine vita sua pœnitentiā ageret; sed dum adhuc poterat peccare, sic*

Duo Latrones iuxta Crucem Iesu pariter suffiguntur, quorum altero in blasphemias proclui, alter asequendę saluti ex pœnitentię affectu, effectuque operam dabat. Nos (inquit) *inste.* Cui quidem Iesus, *Amen dico tibi, Hodie mecum eris in paradiso.* Luc. 23. Verbum hoc adnota, *Eris.* Luc. 23. Adhuc tēporis innuit inducias. Profecto Latro beatus ideo, quia nō ex impossibilitate delinquendi, pœnituit; nā dum Socius in blasphemias irruebat, poterat & ipse blasphemijs Christi futuri honorem. Potens igitur delinquere huiusmodique metaphorico latrocinio studere, prius extiali latrocinandi mori nuncium remisit, quam æternum Regnum postulasset. Cum igitur poterat delinquere pœnituit, impossibilitatē (vere difficultatem vocitabis) effugiēs pœnitentiæ. Planus iam Hie. sensus

43. Latro sic.

*Causa pœnitentis Confessarij causa est

Caput tertium.

¶ *Inepti Ministri.*

INfelix, qui ab improbis Sacerdotibus, stultis medicis extorquere medellam accessisti. Quid (inquiūt)

Ad illud: Retulit triginta argenteos, &c.

ad nos? Quasi non essent de proximi-
sibi inimo commissio rationem red-
dituri. Pulchrè id adnotauit D. Pas-
chal. *Quid ad nos? Quasi ipsi nihil mali
admisserint, nec curant de reatu proximi.*
An confessarius admisit proximi rea-
tum? Profecto ita se habere debet
circa adhibenda proximo vulnerato
medicamina quali ipsa eüdem admi-
ferit malum, propriæ que ægritudi-
ni consilere deberet.

Miserimum Ierosolymæ statum
hisce verbis exprimit Ieremias. *Cui
comparabo te? aut cui assimilabo te, filia
Ierusalem? Magna est uelut mare con-
tritio tua. Quis medebitur tui? Num Sa-
cerdotes? Propheta tui none aperiebant
iniquitatem tuam, ut te ad pœnitentiam
prouocarent.* Thr. 2. Aliter pro *Iniqui-
tatem tuam*, ponitur *Iniquitatem suã.*
Vnde difficile redditur testimoniũ.
Quorsum enim Prophetæ medico-
rum munus obeuntes propriam suã
iniquitatẽ peccatoribus euulgarent,
ut prouocarent eos ad pœnitentiã?
Profecto tam coniuncta est Sacerdo-
tis medicantis ac peccatoris sanandi
causa: ut tantundem sit, Prophetas
peccatoris flagitia non aperire, ac
propria crimina dissimulare. Qui u-
delicet qui dissimulat peccatorum
scelera, non consulens mediãmini il-
lorum, quasi propria criminum vul-
nera immedicata relinquit. *Nec du-
bium*, (scitè ait idem Paschal.) *quod
culpa Sacerdotum ruina sit populi, qui ini-
quitatem suã populo, ut prouocent ad
pœnitentiam, non annũciant.* Illud, *Quod
culpa Sacerdotum ruina sit populi*, sic ex-
pone Populi ruina Sacerdotum cul-
pa est. Causa etenim confessarij &
pœnitentis in vnum coheret.

Hinc Deus minaciter inlclamat. *Iu-
raui Domini Heli, quod non expietur mi-*

quitas domus eius uictimis, & muneribus usque in eternam. 1. Reg. 3. Quare
Deus tam inaccessibilis Heli? D. Pe-
trus Damia. affirmat Deum in Heli
inuehere, quia filios criminosos non
curauit, vnde ipse sine medicamine
perit. *Victimis, & muneribus omnia cri-
mina diluuntur;* (sumit uictimas & mu-
nera non secundum externas tãtum
ceremonias, sed secundum internos
animorum affectus fidei, charitatis,
pœnitentiæ) *sola autem falsa in Epis-
copis pietas ueniam non meretur. Vi-
deat, qui eorum dijudicare mala dissimu-
lat; quam dura sententiã apud districtũ
iudicem se obnoxium reddat.* Non igitur
Sacerdotes inlclament. *Quid ad
nos? Si causa pœnitentis adeo cum
Sacerdotis causa copulatur, ut rece-
dẽte sine medicamine peccatore, Sa-
cerdos remaneat agrotus. Num pe-
rierit Heli non huius loci.*

Caput quartum.

¶ *Sine preparatione confessio.*

Plures defectus in Iudæ Confes-
sione contemplor. In primis Con-
fessio illa extitit spe vacua inanis fi-
de. Non credidit Iesu omnipoten-
tiam, cuius vi grauiora admodũ cri-
mina dilui possent. D. Leo. *Iesum non iustum.
Deum Dei Filium, sed nostra tantummo-
do conditionis hominem inter extremum
mortis tua periculum credidisti.* De spei
autem defectu sic D. Fulgentius. *Iu-
das peccati sui pœnitentiam gessit: sed
salutem perdidit, quia indulgentiam non
sperauit.* Laborauit præterea pœni-
tentia Iudæ & doloris defectu, &
proposito correctionis non fuit he-
rens ex Ruperti sententia Nec deni-
que facta quonammodo debebatur
restitutio. Alterius loci hæc. Profe-

ternum
æger,
quia fi-
lios non
curauit.
1. Reg. 3.
Damia.
L. 1. Epi.
6.

* Cõf. s-
sio sine
prepara-
tione &
non in-
tegra dã
natur.

Ad
illud:
Pecca-
ui, tra-
de-
dẽs san-
ctum
guinem
47.
D. Leo:
cita.
Fulg.

Rupert
Mat. 26

Pascha.
L. 12. in
Mat.

45.
Culpa
populi
Sacerdo-
tis cri-
men.

Thr. 2.

Prschaf.
L. 2. in
Thr.

46.
Heli me
dicus a-

Ad duplicem in præfenti eiusdem repetitione, ne è memoria labantur! confessionis defectum & hoc & sequenti Panegyrico exhibebo, & confirmabo.

Sponfo Hebræo sic præparabatur alienigena. Radat (ait Deus) casariè, & circumcidet unguës, & deponet vestem, in qua capta est, sedensque in domo tua flebit patrem & matrem suam uno mense. Deut. 21. Vbi Lyranus, Per hanc mulierem significatur anima pulchra ratione imaginis, captiua ratione criminis. Hanc amat Christus, & vult sponfam habere. Sed oportet, vt deponat vestes, id est, vitia & peccata præterita, & radat casariem, & circumcidat unguës, id est, peccatorum circumstantias aggravantes deponat. Quoniam igitur modorem tam difficilem perficiet? Sedensque flebit uno mense. Non prepropre ad pedes accurret confessarij, moris necessarijs vterur, vt in amaritudine possit omnis annos recogitare captiuitatis.

50. Sponfo Iesu præparatio.

Deu. 21. Lyra.

48. In primis itaque Iudas antè confessionem præparationem minimè præmissit. Pœnitentia ductus, rotulit triginta argenteos, & ait, Peccaui. Præpropre huiuscemodi Confessio facta est. Confiteri cogitat, & mox ducitur ad confessionem sine vllò cōscientiæ facto periculo, qui non vno, sed pluribus sceleribus implicabatur. Haud fidem illius Principis fuerat contemplatus fantis. *Recogitabati bi omnes annos meos, in amaritudine anime meæ.* Isai. 38. Annua Confessio diligenti præparatione requirit. Quid simultorum annotum crimina promenda sint?

Iudas sine prævio examine cōfiteatur.

Isai. 38.

49. Preuiū Dauidi cæ Confessio nis examine. Psal. 50.

Ambro.

Audite integram confessionem Dauid. *Dele iniquitatem meam. Me enim adulterio maculaui. Amplius laua me ab iniquitate meæ.* Ita vt ablutio cogitationem deprauatam pertingat. *Peccatum meum contra me est semper.* Quia contra hostium conspectum, vbi ingentius belli periculum, statui feci illius foeminæ maritum, vt in fallibiliter de medio tolleretur. *Tibi soli peccaui*, cui ob specialissima beneficia deuinctus eram. En cogitationes, actus, circumstantias, quæ sibi videbantur aggravare delicta, profiteretur. Vndenam tam accurata delictorum peruulgatio? *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco.* Imo recognosco, recogito, mente euoluo, sæpe cogitatione percurro in morem pueri, qui quod memoriæ mandare vult, sæpe sæpius repetit. Egregiè D. Ambrosius. *Delicta sæpe repetendo, merito misericordiam poscit.* Quæ integra erit confessio, præmissa tali peccatorum

Prodigus ille non mox post reuersionis propositum, itineri se accinxit, sed sedens recogitauit, ad memoriam que adduxit facinora. *Ibo ad Patrem meum, & dicam.* Luc. 15. Surgam, inquit, de perficienda confessione sollicitus. Sedebat vtique, vt intellectu lustraret lapsus, sentiret ruinas, respiceret vndique miserum conscientie statum, Huc refero D. Chrysologum fantè. *Intellexit lapsum, sensit ruinam, iacere se turpis ruina respexit in lubrico, & ideo ait, surgam.* Nec viæ se committit, donec penitus statu miserie examinato, suam dignoscit ruinam.

51. Recogitat Prodigus.

Luc. 15.

Chryf. ser. 3.

Reatè Salomon, *Iustus prior accusator est sui.* Prou. 18. Ac si diceret, Prius se sibi accusat, recogitando sicut Prodigus, postquam pœnitentiam ad iustitiæ statum adduxit. Huiusmodi autem præmissa intra conscientiam accusatione, cognoscit, quo-

52.

Prius te ob præparationem accusa.

quo-

quonammodo vincula peccatorum dissoluere in confessarij conspectu valebit. Confirmat pulchrè D. Ambrosius. *Iustus prior accusator est sui. No- uit, inquam, quemadmodum peccatorum suorum vincula dissoluat. Ut confitendo, (post preparationem huiuscemodi) suam allenet omne delictum. Quam apposite: Omne delictum.* Quia qui ad Confessarium sine sufficienti pœnitentiæ examine accedant, nullatenus possunt (moraliter loquendo) omnia delicta, immò nec omne delictum, hoc est, & substantiæ & circumstantiarum seriem exprimere.

53. Magda- lenæ e- xamen. *Ut cognouit, quod Iesus accubuit in domo Pharisæi.* Non igitur studuit peccatorum meditationi. D. Gregor. ab huiusmodi nota liberans peccatricem, ait, *Quia hæc Mulier turpitudinis suæ maculas aspexit, lauanda ad fontem misericordiæ cucurrit.* Iam apud meditationis speculum omnes maculas, omnes neuos adspexerat. Imo quia se se maculistarum fœdetam vidit, cucurrit ad fontem. Præterea, *Stans retro, lacrymis capit &c.* Quare retro adstat? An non supra dorsum Iesu peccatores ex ædificauerunt? *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam.* Visa tibi Magdalena ad fontem cucurrisse, nec satis præmississe meditationis criminum, apud dorsum Iesu, ubi omnium crimina scribebantur, veluti in speculo lucidissimo adhuc turpitudinis suæ maculas aspicere conatur, fonte misericordiæ pia, & integra confessione abluendas.

54. Et Petri. Denique D. Petrus præfata præparationis, & examinis nobis præbuit exemplum. Triplici abnegationis il-

ligatus funiculo, cum primò fuit Dominicis oculis aspectatus, continuo egressus foras. *fleuit. Mat. 26.* Quare illico non accurrit ad misericordiæ fontem, sed quasi fugitans ab ipso, delitescit. Alia alibi. At præsentis instituto accommodatissimam rationem ex Victore Antiocheno exhibeo. *Petrus (inquit) (Christi abtutu peccati sui admodum, non palam illud ausus est facere, quo circa egressus est foras. Cur non ausus est peccatum confiteri? Num ob Iudæorum metum? Profecto qui armatam cohortem non timuit, quando percussit Malchum, qui gladios armatorum non exhorruit, minimè aut linguas, aut calamos Scribarum, vel Pharisæorum exhorretceret. Non ausus tamen est peccatum palam facere, quia qui deliquerat ter negando, additis iuramento, & detestatione, præuia examinatione indigebat, priusquam coram misericordiæ fonte abluenda crimina detegeret.*

Caput quintum.

¶ Confessio non integra.

Solummodo ò Iuda, tradendo sanguinem iustum, deliquisti? En defectus præparationis inconueniens. Plerumque Confessio integra non est. Id quod D. Ambrosius obseruauit adnotans Iudam alia flagitia silentio præterisse. Debuerat etenim inclamare, *Peccaui tradens corpus, & sanguinem iustum.* Qui namque manducet, & bibit indigne, *reus est corporis, ac sanguinis Domini.* Loculos item habens, & faciens latrocinia deliqui. Si Confessio non integra, quonammodo pœnitentia salutaris?

Adæ Deus, *Maledicta terra in opere tuo. Gene. 3.* Caino autem, *Maledictus*

* Confessio- nis inte- gritas il- lustra- tur.

Ad illud: Pecca- ui tra- dens san- guinè.

55. Ambros.

56.